A mortuum Phacee, Ozea filio Elam conjurationem et insidias in illum comparante. Sed quod temporibus ejus accidit, in medium narrationis adducit. « Cœpit enim, inquit, Dominus mittere diebus illis in Judam Rhasin regem Syriæ, et Phacee filium Romeliæ. » Phacee namque Romeliæ filius Jerosolymitas, tanquam finitimos armis lacessivit. Cumque acriter, et infracto robore sibi resisti videret, Rhasin Syriorum regem ad arma secum Jerosolymæ expugnandæ consociandæ impulit. Bello igitur adornato, Joatham Azariæ filius decedit, et regnum Achaz filius ejus accipit [22], homo improbissimus et idololatra, adeoque ad errorem insani idolorum cultus ebrius, ut et filium suum per ignem transferret, et ad quodvis tetrum facinus declinaret, et adoleret incensum in excelsis, et sub omni liguo frondoso, sicut 9 scriptum est [23]. Conturbatus igitur Achaz, collectisque universis divitiis quæ in domo Domini inveniebantur, per nuntios ad Theglatphalasar regem Assyriorum salutis obtinendæ causa eas transmisit. Assyrius igitur contra Rhasin regem bellum sumit, Damascum Syriæ metropolim capit, Rhasin interficit. Achaz postmodum Jerosolymis Damascum, Assyrium visurus, descendit. Ibi in delubris idolorum cum altare novo quodam et insolito modo constructum vidisset, eo magnopere delectatus, formam ejus seu exemplar ad Uriam sacerdotem Jerosolymam misit, et simile construi jussit. Quo illato in domum Domini, et tantum non spreto ac contempto quod Moses Dei voluntate fecerat, super eo sacrificia solemnia perpetrari mandavit. Alia præter hæc in templo, pro arbitratu inconsiderate, et Deo invito novavit. Quin et temporibus ejus, etiamnum vivente Osee filio Elam rege Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum adversus Israel, vastataque Samaria, ad montes et fluvios Medorum ipsum transtulit. Osee quoque neci dedit, quod manaa (signum subjectionis) non attulisset, quin potius Ægypti regem auxilio vocasset [24]. Achaz e vivis exempto, regnavit Ezechias filius ejus super Judam in Jerusalem. Hic fuit vir pius, et justitiæ quam studiosissimus, ut immensum quantum supra alios in his excelleret. « Ipse excelsa dissipavit, et lucos succidit, et erat Dominus cum eo [25]. » Eo rege ascendit Senacherim rex Assyriorum ad civitates Judææ munitas, quas obsedit, et citra laborem cepit. Tunc item Rabsaces Jerosolymis insultat, et impudens os contra Deum aperiens, maledicentissimas illas voces emittit. Tunc quoque leto data ex castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, una nocte manu angeli confecta. Hæc utiliter in præsens dicta sunt : cuique enim istorum casuum propheticus hic sermo scite quadraverit. Nunc enim Samaritas increpat : nunc Jerosolymitis hostilem adventum minatur: captivitates prænuntiat, timorem præsignificat, auxilium promittit : ad conversionem invitat : nec ulla in hac prophetia prætermissa est ratio, ullusve mo-

[22] IV Reg. xvi, 2. [23] ibid. 4. [24] IV Reg. xvii, 1 seqq. [25] IV Reg. xviii, 4.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

dus, quo tunc errore deceptis consuli debuit. Ait ergo : Ὅτι μὴ προσκεκόμικεν αὐτῷ τὸ μαναὰ, φησὶν, ὃ ἦν συμβολον ὑποταγῆς· ἐκάλει δὲ μᾶλλον εἰς ἐπικουρίαν τὸν Αἰγυπτίων τύραννον. Εἶτα κατὰ τοῦτο τελευτήσαντος τοῦ Ἄχατζ, βεβασίλευκεν Ἐζεχίας υἱὸς αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Ἰούδαν ἐν Ἱερουσαλήμ. Οὗτος γὰρ ἀνὴρ γέγονεν εὐσεβὴς, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα δικαιοσύνης ἐπιμελουμένων, ὡς ἀσύγκριτον ἔχειν παρὰ τοὺς ἄλλους τὴν ἕν γε τούτῳ διαφοράν. « Αὐτὸς καθεῖλε τὰ ὑψηλὰ, καὶ τὰ ἄλση, φησὶ, ἐξέκοψε. Καὶ ἦν Κύριος μετ' αὐτοῦ. » Αὐτοῦ βασιλεύοντος ἀνέβη Σεναχερεὶμ, βασιλεὺς Ἀσσυρίων, ἐπὶ τὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας τὰς ὀχυράς. Καὶ πολιορκήσας, εἷλεν ἀμοχθί. Τότε καὶ ὁ Ῥαψάκης αὐτοῖς τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπιπηδᾷ, καὶ ἀπύλωτον ἀνοιγνὺς κατὰ Θεοῦ τὸ στόμα, τὰς παμβλασφήμους ἐκείνας ἀνίησι φωνάς. Τότε καὶ πεπτώκασιν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδες, ἐν μιᾷ νυκτὶ, ἀγγέλου χειρὶ δαπανώμεναι. Ταῦτα χρησίμως εἴρηται πρὸς τὸ παρόν. Ἑκάστῳ γὰρ τῶν συμβεβηκότων ἐφαρμόσειεν εὐσέχνως τῆς προφητείας ὁ λόγος. Ποτὲ μὲν γὰρ ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ· ποτὲ δὲ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπειλεῖ τὰς ἐφόδους, προαπαγγέλλει τὰς αἰχμαλωσίας, προκαταμηνύει τὸν φόβον· ἐπαγγέλλεται τὴν ἐπικουρίαν· καλεῖ πρὸς ἐπιστροφήν· καὶ οὐδεὶς τῇ προφητείᾳ καταλέλειπται λόγος ἢ τρόπος τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν τοῖς τοτηνικάδε πεπλανημένοις. Τοίνυν φησίν·

10 VERS. 2. *Principium sermonis Domini ad Osee. Et dixit Dominus ad Osee.*

A Ἀρχὴ λόγου Κυρίου ἐν Ὡσηέ. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ὡσηέ.

II. Incipit enim Deus in propheta revelare mysteria, secundum illud utique, quod ab alio propheta satis aperte dictum est : « Super custodiam meam stabo, et ascendam super petram, et contemplabor, ut videam quid loquetur in me Dominus Deus[28]. » Revelat enim universorum Deus, dum sanctis futurorum notitiam in animum immittit. Unde beatus David : « Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam[26]. » Eodem modo et beatus Zacharias loquitur : « Et respondit angelus, loquens in me[27]. » Consueverunt quippe sancti prophetæ Dei sermonem appellare angelum, utpote annuntiantem ipsis, et manifestantem voluntatem Dei Patris. Quod item propheta Isaias testatur : « Quia omnem stolam congregatam dolo, et vestimentum cum commutatione restituent, et volent, si fuerunt igne combusti, quia puer natus est nobis, et vocatur nomen ejus, magni consilii Angelus[29]. » Fuisse autem tenuem, nec tam claram revelationem in sanctis, nec lingua, et verbis more nostro constantem, plane fidem nobis faciet Paulus scribens : « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus[30]? » Quamobrem dicere, Dei verbum factum in Osea, meo quidem judicio aliud nihil est, quam audientibus significare, revelationem factam in Osea, et futurorum notitiam ei illuxisse instar luminis, non oculos corporis, sed mentem et cor illustrantis. Rursum quod dicitur : C « Et dixit Dominus ad Osee, » hoc nobis cogitandum subjicit. Quod enim jubebatur, non omnibus lecturis commune erat, nec proponebatur, ut qui vellent aliquando, id facerent : sed separatim soli Oseæ dictum est. Nec enim quemadmodum commune et utile præceptum est illud : « Hæc dicit Dominus, Juxta vias gentium nolite discere : et a signis cœli nolite metuere[30]; » sic potest intelligi etiam bonum et frugiferum esse accipere uxorem fornicariam, et filios fornicationis. Verum illud utiliter ad omnes pertinere potest : hoc proprie ad solum prophetam a Deo dici convenit. Est autem,

B' Ἄρχεται μὲν γὰρ ἐν τῷ προφήτῃ Θεὸς ἀποκαλύπτειν μυστήρια, κατ' ἐκεῖνό που πάντως, τὸ δι' ἑτέρου προφήτου σαφῶς εἰρημένον· « Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν, καὶ ἀποσκοπεύσω τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός. » Ἀποκαλύπτει γὰρ τοῖς ἁγίοις, εἰς νοῦν ἐνιεὶς τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Καὶ τοῦν ὁ μακάριός φησι Δαβίδ· « Ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. » Οὐδὲν δὲ ἧττον ἡμῖν καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ζαχαρίας διὰ τῶν ἴσων ἔρχεται λόγων· ἔφη γάρ· « Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί. » Ἐν ἔθει γὰρ ἦν τοῖς ἐν ἁγίοις προφήταις ἄγγελον ἀποκαλεῖν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ὡς ἀπαγγέλλοντά τε αὐτοῖς καὶ ἐναργῆ καθιστῶντα τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἐπιμαρτυρήσει δὲ λέγων καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ· « Ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην δόλῳ, μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσι, καὶ θελήτουσιν εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι. Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. » Ὅτι δὲ ἦν ἰσχνὴ καὶ ἀσυμφανὴς ἐν τοῖς ἁγίοις ἡ ἀποκάλυψις, καὶ οὐχὶ γλώττῃ καὶ ῥήμασι τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐπιτελουμένη, πληροφορήσει γράφων ὁ Παῦλος· « Ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » Οὐκοῦν τὸ ἐν Ὡσηὲ γενέσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, εἴη ἄν, ὡς ἔμοιγε πάρεστι νοεῖν, ἕτερον οὐδὲν τοῖς ἀκροωμένοις κατασημαῖνον, ἢ ὅτι γέγονεν ἀποκάλυψις ἐν Ὡσηὲ, καὶ τῶν ἐσομένων ἡ γνῶσις φωτὸς ἐνέστραψε δίκην, οὐ σώματος ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ νοῦν καὶ καρδίαν καταλαμπρύνοντος. Τὸ δὲ δὴ φάναι πάλιν, « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ὡσηὲ, » πρὸς ἐννοίας ἡμᾶς ἀποφέρει τοιαύτας. Τὸ γάρτοι προστεταγμένον οὐ κοινὸν ἅπασι τοῖς ἐντευξομένοις ἦν. Οὔτε μὴν προῦκειτο τοῖς ἐθέλουσι ἀποπεραίνειν αὐτὸν κατὰ καιρούς. Ἀλλ' ἰδικῶς καὶ πρὸς μόνον εἴρητο τὸν Ὡσηέ. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἐστὶ κοινὸν καὶ ἐπωφελὲς παράγγελμα, τὸ, « Τάδε λέγει Κύριος, Κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ μανθάνετε, καὶ ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε· » οὕτως ἂν νοοῖτο καλόν τε καὶ ὀνησιφόρον τὸ λαβεῖν γυναῖκα πορνείας,

[28] Habac. II, 1. [26] Psal. LXXXIV, 9. [27] Zachar. I, 9. [28] Isa. IX, 6, 7. [29] II Cor. XII, 3. [30] Jerem. X, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ τέκνα πορνείας. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν χρησίμως εἰς ἅπαντας διήκοι ἂν· τοῦτό γε μὴν ἰδικῶς πρὸς μόνον ἂν πρέποι τὸν προφήτην λέγεσθαι παρὰ Θεοῦ. Τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ, καὶ « Εἶπε πρὸς Ὡσηέ, » ὅμοιον ὡς εἰ τυχὸν λέγοι· Οὐ πρὸς πάντας ἁπλῶς ὁ τοιόσδε λόγος, ἀλλὰ πρὸς μόνον τὸν Ὡσηέ. Οὐ γὰρ ἔδει πρόφασιν αἰσχρᾶς τε καὶ φιληδόνου ζωῆς γενέσθαι πολλοῖς, τὸ οἰκονομικῶς πρὸς ἕνα κατὰ καιροὺς εἰρημένον. Τί οὖν ἔφη ὁ Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον Ὡσηέ;

A opinor, quod ait, et « dixit ad Osee, » perinde ac si dicat fortasse, Non ad omnes simpliciter talis est sermo, sed ad Oseam solum. Non enim turpis et voluptariæ vitæ multis fieri occasionem oportebat **11** quod dispensatorie ad unum quondam dictum est. Quid ergo ait ad beatum Oseam?

Βάδιζε, λαβὲ σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας, καὶ τέκνα πορνείας, διότι ἐκπορνεύουσα ἐκπορνεύσει ἡ γῆ ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Κυρίου. Καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἔλαβε τὴν Γόμερ, θυγατέρα Δεβηλαΐμ, καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ υἱόν.

Vers. 3. *Vade, accipe tibi uxorem fornicationis, et filios fornicationis, quia fornicans fornicabitur terra a Deo. Et abiit, et accepit Gomer filiam Debelaim, et concepit, et peperit ei filium.*

Γ'. Οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος, παραιτεῖσθαι τὸ Γράμμα, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ εἰκαῖον καταψηφίζεσθαι, καὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος καθορίζειν τὸ ἀκαλλὲς, καὶ οἴεσθαι κατά τινας, μὴ οὕτως πεπράχθαι, μήτε μὴν παρειλῆφθαι πρὸς γάμον, ἤτοι σύνοδον γαμικὴν τὴν Γόμερ, ὅπου καὶ σύλληψιν γεγενῆσθαί φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, καὶ μὴν καὶ ἀπότεξιν, μέμνηταί τε καὶ ὀνόματος τοῦ παιδίου, καὶ τὸν τοῦ γυναίου λέγει πατέρα, καὶ αὐτὸ δὲ πρὸς τούτοις τοῦ γυναίου τὸ ὄνομα. Ἐπειδὴ δὲ ἀναγκαῖον ἦν ὁμολογεῖν, τῇ τῶν πεπραγμένων ἀληθείᾳ συνειπεῖν ἑλομένους, ὅτι ταῦθ' οὕτως γέγονεν ἀληθῶς, φέρε τοὺς τῶν κατασκώπτειν εἰωθότων παραθέντες λόγους, τότε λοιπὸν ἐπαγάγωμεν ἐπὶ καιροῦ τῆς οἰκονομίας τὴν ἀφήγησιν. Λογιδίῳ μὲν οὖν ἐνέτυχον ἀνδρὸς οὐκ ἀσήμου, διατρανοῦν ἐθέλοντος τὰ περὶ τὸν τόπον· ὃς τῆς ἱστορίας, καὶ τῶν οὕτω γεγενῆσθαι λεγόντων, οὐ μετρίαν ἐποιεῖτο τὴν κατάρρησιν, δεῖν τε ἔφασκεν ἐναργῶς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ μάλιστα δεδιότας οὐδὲν, ἀνακραγεῖν τῆς ἐγκρατείας τοὺς ἐραστάς· « Τὸ γράμμα ἀποκτείνει. » Ἐρήμην γὰρ ὥσπερ κατατρέχων τοῦ γράμματος, καὶ οἱονεὶ κατὰ πρανοῦς ἐρχόμενος, τοιούσδε τινὰς συνετίθει λόγους. Μωσῆς γὰρ, ἔφασκεν, ὁ θεσπέσιος προσετάττετό ποτε τῆς Αἰγυπτίων δουλείας λελυτρωμένον ἀποκομίζειν τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν πάλαι τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένην ἁγίαν γῆν, φημὶ δὴ τὴν τῆς ἐπαγγελίας· ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἤκουσε Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε, προφήτην εἰς ἔθνη τέθεικά σε. » Πῶς οὖν οὐκ ἀξιάγαστοι, φησὶν, οἱ καὶ τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ παγκάλην διακονίαν παραιτούμενοι· καὶ τὴν μέλλησιν οὐκ ἀπαναινόμενοι; Ὁ μὲν γὰρ ἔφασκε· « Δέομαι, Κύριε, προχείρισαι ἄλλον δυνάμενον ὃν ἀποστελεῖς. » Ὁ δὲ τὴν νεότητα προϊσχόμενος, ἐκδυσωπεῖν ἐπειρᾶτο Θεόν. Ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης, φησὶν, Ἰεζεχιὴλ ἐν βολβίτοις κόπρου ἀνθρωπίνης ἄρτους ἑαυτῷ ποιῆσαι προστεταγμένος, δεδυσφόρηκεν οὐ μικρῶς, ἤκουσέ τε διὰ τοῦτο· « Ἰδοὺ δέδωκά σοι βόλβιτα βοῶν ἀντὶ βολβίτων ἀνθρωπίνων, καὶ ὀπτήσεις τοὺς ἄρτους σου ἐπ' αὐτῶν. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὰ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, ὅτε τῆς ὀθόνης καθιεμένης ἐξ οὐρανοῦ, ἐν ᾗ πάντα ἐγέγραπτο τὰ τετράποδα καὶ τὰ κτήνη, Θεοῦ λέγοντος ἤκουσεν· « Ἀνα-

III. Nullo nobis argumento persuadebitur Scripturam repudiare, et historiam vanitatis condemnare, et rem ipsam inhonestatis coarguere, putareque, ut quidam, non ita gestam, neque ad nuptias, sive matrimonii consuetudinem adscitam esse Gomer, quando et conceptum, et partum secutum sacra Scriptura docet, meminitque et nominis filii, et patrem ipsius mulierculæ nominatim exprimit, et insuper ipsam nomine appellat. Quia vero rerum gestarum veritati assentiri volentes, confiteri necessario debent, hæc ad hunc modum vere contigisse, age eorum quibus solemne est calumniari rationibus propositis, postea œconomiæ narrationem opportune subjungamus. Incidi igitur in disputatiunculam viri cujusdam non obscuri, qui hunc locum explanare conaretur, et historiam affirmantesque id re ipsa tali modo factum, non leviter reprehenderet, assereretque planis verbis, super hoc ipso capite sine ullo timore exclamandum, continentiæ amatoribus, « Littera occidit[31]. » Quasi enim deserto ab ipsa vadimonio scripturam incursans, ac velu præcipitem urgens, hujuscemodi conclusiones texebat. Moyses enim divinus, aiebat, Israelem ab Ægyptia servitute olim vindicatum in terram sanctam, patribus promissam, in terram promissionis, inquam, deportare jussus est[32]. Quin et Jeremias Deum manifeste dicentem audivit, « Priusquam formarem te in utero, novi te; et antequam exires de vulva, sanctificavi te. Et prophetam in gentibus dedi te[33]. » Quomodo igitur non admiratione digni, inquit, qui adeo venerandum, et honestissimum prorsus ministerium aversantur, et cunctari non verentur? Ille enim, Moyses, aiebat : « Obsecro, Domine, delige alium idoneum, quem mittes[34]. » Alius juventutem prætendens, exorare Deum nitebatur. Quin et propheta Ezechiel, in stercore humano panes sibi facere jussus, non mediocriter moleste fert, et idcirco audit : « Ecce dedi tibi stercora boum **12** pro humano, et coques panes tuos in eis[35]. » Insuper et divus ipse Petrus, quando linteo de cœlo submisso, in quo omnia quadrupedia et jumenta cernebantur, Deum dicentem audivit : « Surge, Petre; occide, et manduca[36], » recusavit, his verbis : « Nequaquam, Domine, quia

[31] II Cor. III, 6. [32] Exod. III, 8. [33] Jer. I, 5. [34] Exod. IV, 13. [35] Ezech. IV, 15. [36] Act. X, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

munquam comedi omne commune, aut immundum [37], » neque ingressa est in os meum ulla caro profana. Oseas autem audito se cum muliercula inhonesta et fornicaria, et vitam vivente exsecrabilem debere copulari, rem non deprecatur; cunctationem nullam admittit; non sibi istud remitti suppliciter orat; sed, ut quispiam petulantissimus, tantum non promptissime, sine mora, propemodum in rem involat, voluptate, credo, muliercula fruendæ superatus. Deinde orationem cum absurdo finiens, pauca quædam, et frigida adjungit. Simulat enim se prophetæ patrocinari, et ait, plurimum se ipsum excusaturum fuisse, si Deum commistionem corpoream mandasse putavisset.

Sed quoniam erat spirituale quiddam quod agebatur, ex multa erga Deum charitate propemodum ultro ad id quod jussum erat præstandum, prophetam descendisse. Præterea, inquit, continentiæ Deus haud voluisset quidquam committi tale, ut vir tantus adeo turpibus detestandisque complexibus, feminæ hujus, inquam, obscenæ et fornicariæ contaminaretur. Historiam autem enervans, et eam in sensus spirituales quodammodo transformans, Gomer affirmabat esse typum animæ, quæ sibi vitam inhonestam ac turpem delegit; prophetam sustinere imaginem ejus qui de cœlo est, hoc est, Verbi ex Patre : qui quidem animabus nostris modo sub intelligentiam tantummodo cadente copulatus, vitæ probæ ac sanctæ semina injicit. Et hæ quidem in illa oratione, qua persuadere voluit, probationes ab eo excogitatæ sunt. Cepit autem me admiratio non vulgaris : primum, quod vera sentire contemnens, ausus est dicere, litteram occidere; deinde, quod introduxit Moysen, et quos modo nominavimus, qui cœlestibus oraculis reclamarint; quod autem divinis mandatis se opponere ausi extra culpam non fuerunt, male tacuit. Sacrorum namque doctorem Moysen subterfugientem, et ad obeundam missionem tergiversantem, et linguæ tarditatem obtendentem, ut infirmum in fide reprehendit Deus, in hæc verba : **13** « Quis dedit os homini? et quis fabricavit mutum et surdum, videntem et cæcum? nonne ego Dominus Deus? Perge igitur, et ego aperiam os tuum [38]. » Eo adhuc recusante, et moras nectente, « Iratus est, » inquit, « Dominus in Moysen, et dixit : Non ecce Aaron frater tuus? Scio quod loquens loquetur ipse tibi [39]. » Rursum, cum Jeremias inconsideratius dixisset se juniorem esse et nescire loqui, nihilominus et Deus ita occurrit : « Noli dicere, quia junior ego sum, quoniam ad omnes, ad quos ego mittam te ibis, et universa quæ mandavero tibi loqueris [40]. » Non enim omni periculo vacabat, dicere, aut saltem cogitare, summum consilium a recta ratione aberrasse, dum juvenem ad vaticinandi officium vocat. Similiter Petrus accepit quidem vocem, linteo de cœlo submissam, Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε· » παρῃτεῖτο, φησὶν, οὕτω λέγων· « Μηδαμῶς, Κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν, ἢ ἀκάθαρτον, » οὐδὲ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου πᾶν κρέας βέβηλον. Ὡσηὲ δὲ ἀκούσας, ὅτι γυναίῳ συνάπτεσθαι δεῖ αἰσχρῷ, καὶ πορνευομένῳ, καὶ ἐπάρατον ἔχοντι ζωὴν, οὐ παραιτεῖται τὸ χρῆμα, οὐκ ὄκνον ἐνδέχεται, οὐ προσάγει τὴν ἱκετηρίαν, ἀνεῖσθαι παρακαλῶν· ἀλλ' οἷά τις τῶν ἀσελγεστάτων προχειρότατα, καὶ ἀμελλητὶ, μονονουχὶ καὶ ἁρπάζει τὸ χρῆμα, τάχα που τῆς εἰς τὸ γύναιον ἡδονῆς ἡττώμενος. Εἶτα κατακλείων εἰς ἀτοπίαν τοὺς λόγους, προσετίθει τούτοις ὀλίγα ἄττα καὶ ψυχρά. Σκήπτεται μὲν γὰρ τῷ προφήτῃ συνηγορεῖν, καὶ πάλιν φησὶν, ὅτι πλείστην ἂν ἐποιήσατο τὴν παραίτησιν, εἰ σωματικὴν ἠπίστατο κοινωνίαν προστάξαι Θεόν.

Ἐπειδὴ δὲ ἦν πνευματικόν τι τὸ δρώμενον, ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλοθεΐας, μονονουχὶ καὶ αὐτόμολος ἐπὶ τὸ δρᾶν ἔρχεται τὸ κεκελευσμένον. Ἄλλως τε, φησὶ, οὐκ ἂν ὁ τῆς ἐγκρατείας Θεὸς ἠθέλησέ τι γενέσθαι τοιοῦτον, ὡς ἄνδρα τοσοῦτον αἰσχραῖς οὕτως καὶ βδελυρωτάταις καταμιαίνεσθαι συμπλοκαῖς, ταῖς εἰς γυναῖκα, φημὶ, καὶ τοῦτο μαχλῶσαν καὶ πεπορνευμένην. Μεταπλάττων δὲ ὥσπερ τῆς ἱστορίας τὴν δύναμιν εἰς ἐννοίας πνευματικὰς, ἔφασκε μὲν εἶναι τὴν Γόμερ εἰς τύπον ψυχῆς, αἰσχρῶς καὶ ἀσέμνως διαζῆν ἠρημένης· τὸν δέ γε προφήτην εἰκόνα πληροῦν τοῦ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, τουτέστι, τοῦ ἐκ Πατρὸς Θεοῦ Λόγου· ὃς ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς συναπτόμενος νοητῶς, τὰ τῆς φιλαρέτου ζωῆς ἐνίησι σπέρματα. Καὶ ταῦτα μὲν τῆς ἐκείνου πιθανολογίας τὰ εὑρέματα. Τεθαύμακα δὲ οὐ μετρίως ἐγὼ, πρῶτον μὲν, ὅτι τῶν εἰς ἀλήθειαν ἀφειδήσας ἐννοιῶν, τετόλμηκεν εἰπεῖν, ὅτι τὸ γράμμα ἀποκτείνει. Εἶτα πρὸς τούτοις, ὅτι παρεκόμισε μὲν τοὺς ἀμφὶ τὸν Μωσέα, καὶ ὧν ἐπεμνήσθημεν ἀρτίως, τοῖς ἄνωθεν κεχρησμῳδημένοις ἀντειρηκότας· ὅτι δὲ τοῖς θείοις θεσπίσμασιν ἀντιβλέψαι τετολμηκότες οὐκ ἔξω γεγόνασιν αἰτίας, σεσίγηκεν οὐκ ὀρθῶς. Παραιτούμενον μὲν γὰρ τὸν ἱεροφάντην Μωσέα, καὶ ὀκνοῦντα τὴν ἀποστολὴν, καὶ προϊσχόμενον τὴν βραδυγλωσσίαν, ὡς ἀσθενοῦντα περὶ τὴν πίστιν ἤλεγχε Θεὸς, οὕτω λέγων· « Τίς ἔδωκε στόμα ἀνθρώπῳ; καὶ τίς ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφὸν, βλέποντα καὶ τυφλόν; οὐκ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός; Καὶ νῦν, πορεύου, καὶ ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου. » Ἀναδυομένου δὲ μετὰ τοῦτο, καὶ μέλλοντος ἔτι, « Ὠργίσθη, φησὶ, Κύριος ἐπὶ Μωσῆν, καὶ εἶπεν· Οὐκ ἰδοὺ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου; ἐπίσταμαι ὅτι λαλῶν λαλήσει αὐτός σοι. » Ἱερεμίου δὲ πάλιν προαλέστερον εἰρηκότος, ὅτι Νεώτερος ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, οὐδὲν ἧττον ὑπήντα Θεὸς, λέγων· « Μὴ λέγε, ὅτι Νεώτερος ἐγώ εἰμι, ὅτι πρὸς πάντας οὓς ἂν ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε, πορεύσῃ, καὶ κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντείλωμαί σοι, λαλήσεις. » Οὐ γὰρ ἦν ὅλως ἀκίνδυνον εἰπεῖν, ἤγουν ἐννοῆσαι μόνον, ὅτι λογισμοῦ τοῦ πρέποντος ἡ ὑπερτάτη βουλὴ διημάρτηκε, νέον ἄνδρα καλοῦσα πρὸς προφητείαν. Ὁμοίως ὁ θεσπέσιος Πέτρος ἤκουσε μὲν, τῆς ὀθόνης καθιεμένης ἐξ οὐρανοῦ·

[37] Act. x, 14. [38] Exod. IV. 11, 12. [39] ibid. 14. [40] Jerem. I, 7.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

« Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε. » Ἐπειδὴ δὲ Ἰουδαϊκῶς ἀνακεκράγει τὸ, « Μηδαμῶς, Κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον κοινὸν, ἢ ἀκάθαρτον· » ἐπετιμᾶτο παραχρῆμα, καὶ ὡς τοῖς θείοις σκέμμασιν ἀντιφέρεσθαι τολμῶν, ἤκουεν ἐναργῶς· « Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. » Εἰ γὰρ καὶ ἐλέγχειν ἤθελεν ἠπίως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ οὐκ εὐθὺς ὡς ἀντειρηκόσιν οὐ μετρίως ἐξεπικραίνετο, ἀλλ' οὐκ ἔξω γέγονεν αἰτίας αὐτοῖς ἡ παραίτησις. Χρῆναι δέ φημι ταῖς ἄνωθεν ψήφοις ἀμελλητὶ νέμοντας τὸ ὀρθῶς καὶ ἀδιαβλήτως ἔχειν, ἀποπεραίνειν ἐπείγεσθαι τὸ κεκελευσμένον, κἂν εἰ μὴ σφόδρα τὸ χρῆμα ταῖς ἡμετέραις ἀνδάνῃ ψυχαῖς. Οἷόν τί φημι· Προστέταχε τῷ Σαοὺλ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀποσφάξαι τὸν Ἀγαγ, ὡς ἀνόσια δεδρακότα κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. Ἀλλ' ᾠήθη τὸ χρηστὸν ἐπ' αὐτῷ βουλεύεσθαι, καὶ φειδοῦς ἠξίου τὸν ταῖς ψήφοις καταδεδικασμένον. Προσκρούει δὲ οὖν ταὐτηγοὶ τῷ Θεῷ, καὶ μάλα. Ἐκήδετο δὴ οὖν τοῦ τεθνάναι προστεταγμένου, μονονουχὶ διακεκραγὼς, καὶ λέγων δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὅτι μὴ δικαίαν ἐπ' αὐτῷ τὴν ψῆφον ἐποιεῖτο Θεός. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐλυπεῖτο μὲν λίαν, καὶ συνηγανάκτει Θεῷ ὁ μακάριος Σαμουήλ. Καὶ ἀποσφάττει μὲν τὸν Ἀγαγ αὐτὸς, ἐπιφωνῶν τὰς αἰτίας· « Ἀνθ' ὧν γὰρ, φησὶν, ἠτέκνωσε γυναῖκας ἡ ῥομφαία σου, οὕτως ἀτεκνωθήσεται ἐκ γυναικῶν ἡ μήτηρ σου. » Προαπαγγέλλει δὲ τῷ Σαοὺλ, ὅτι καὶ τῆς βασιλείας ἐξοισθήσεται, καὶ πικρὰς τῆς παρακοῆς ἀποτίσει δίκας.

Εἰ δὲ χρὴ πρὸς τούτῳ καὶ ἑτέρας ἡμᾶς ἱστορίας παρενεγκεῖν ἀφήγησιν, ἐν τῇ τρίτῃ γέγραπται τῶν Βασιλειῶν, ὅτι κατεστρατεύετό ποτε τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ὁ Ἀδὲρ, ὁ Σύρων ἡγούμενος, ἤτοι βασιλεύς. Ἀλύοντος δὲ οὐ μικρῶς τοῦ Ἀχαὰβ, ὃς ἦν βασιλεὺς Ἰσραὴλ, καὶ δεδιότος τὴν ἔφοδον, ἀλώσεσθαί τε οὐκ εἰς μακρὰν παντρατιᾷ προσδοκήσαντος, ἐπηγγέλλετο διὰ προφήτου Θεὸς, παραδώσειν αὐτῷ τὸν ἐχθρόν. Εἶτα λαβὼν ἐκεῖνος, ἠξίου φειδοῦς παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ. Καὶ τί μετὰ τοῦτο τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν; « Καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐκ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν εἶπε πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐν λόγῳ Κυρίου· Πάταξόν δή με. Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ὁ ἄνθρωπος πατάξαι αὐτόν. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἀνθ' ὧν οὐκ ἤκουσας τῆς φωνῆς Κυρίου, ἰδοὺ σὺ ἀποτρέχεις ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πατάξει σε λέων. Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ εὑρίσκει αὐτὸν λέων, καὶ ἐπάταξεν αὐτόν. Καὶ εὑρίσκει ἄνθρωπον ἕτερον, καὶ εἶπε· Πάταξόν δή με. Καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος, καὶ πατάξας συνέτριψε. Καὶ ἐπορεύθη ὁ προφήτης, καὶ ἔστη τῷ βασιλεῖ Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Καὶ κατεδήσατο τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. » Μικρὰ δὲ ἄττα μεταξὺ προσλελαληκὼς ὑποστρέφοντι τῷ Ἀχαὰβ, προσετίθει πάλιν· « Τάδε λέγει Κύριος· Διότι ἐξήνεγκας σὺ ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ τῆς χειρός σου, καὶ ἔσται ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Ἀκούεις ὅπως ὁ πατάξαι τὸν προφήτην παραιτούμενος, ἐλεεινῶς ἀνῃρέθη, δεινῷ θη-

so : « Surge, Petre, occide, et manduca [41]. » Quoniam autem ut Judæus exclamabat : « Nequaquam, Domine, quia nunquam comedi commune, aut immundum quidpiam [42], » illico est objurgatus, et ut divino proposito obsistere non reformidans, clare audivit : « Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris [43]. » Quamvis enim Deus universorum et mansuete reprehendere voluit, et non illico, ut in refractarios vehementius est exacerbatus, tamen eorum detrectatio culpa non caruit. Oportere autem existimo omni mora posthabita, cœlestem sententiam rectam atque inculpabilem statuentes, ad jussa exsequenda properare, etiamsi res animis nostris parum arriserit. Quale est, inquam, quod universorum Deus de Agag occidendo, ut qui in Israelitas nefanda molitus esset, Sauli mandavit, qui benignius in eum consulendum, et venia dignum censuit, quem divina auctoritas damnaverat [44]. Quare non leviter Deum offendit. Curam igitur gessit ejus, qui mori jussus fuerat, tantum non clamans, et dicens facto ipso, iniquam sententiam adversus ipsum tulisse Deum. Hanc ob causam contristatus magnopere, et una cum Deo indignatus est beatus Samuel, occiditque ipsa sua manu Agag, causam superadjiciens : « Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua [45]. » Prænuntiat autem Sauli regno pulsum iri, et acerbas contumaciæ pœnas persoluturum.

Quod si insuper alterius historiæ intexenda est narratio, in tertio Regum scriptum est, aliquando contra Israelitas **14** Ader Syrorum principem, sive regem, expeditionem suscepisse. Mœsto autem non mediocriter Achab rege Israel, et incursum hostilem metuente, nec multo post cum omnibus suis copiis in potestatem venturum hostium formidante, promisit per prophetam Deus, se illi hostem traditurum. Quem cum accepisset, illi parcendum statuit, secus quam Domino placuerat. Et quid post hæc Scriptura sacra? « Et homo quidam de filiis prophetarum dixit ad proximum suum in sermone Domini : Percute me. Qui noluit percutere. Et dixit ad eum : Quia non audisti vocem Domini, ecce recedes a me, et percutiet te leo. Et discessit ab eo. Et invenit eum leo, et percussit ipsum. Et invenit alterum virum, et dixit : Percute me. Qui percussit eum, et percussum contrivit. Abiit ergo propheta, et occurrit regi in via, et ligavit fascia oculos suos [46], » et pauca locutus revertenti Achab, rursum adjecit : « Hæc dicit Dominus : Quia dimisisti virum dignum morte e manu tua, erit anima tua pro anima illius, et populus tuus pro populo ejus [47]. » Vides, quo pacto qui prophetam percutere noluit, miserabiliter in atrocem bestiam incidit ac periit? Atqui, quomodo non verum est, munus esse pietatis in Deum, a sancto et propheta percutiendo refugere? sed erat hoc in sermone Domini, inobedientia de-

[41] Act. x, 13. [42] ibid. 14. [43] ibid. 15. [44] I Reg. 15, passim. [45] ibid. 33. [46] III Reg. xx, 35-38. [47] ibid. 42.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

fendi a crimine non poterat. Pepercit autem et Achab inconsulto Ader, quamvis Deus illum perdere jussisset, et pro anima ejus ipse traditus est. Quocirca citra tergiversationem et dilationem a nobis confici quod Deo complacitum est, necessitas postulat: aliud quiddam præter hoc aut facere, aut cogitare, superbiæ maculam inurit. Tales enim tantum non etiam Deum in reprehensione ponendum arbitrantur, ut qui interdum non recta decernat.

Respondemus igitur historiam calumniantibus, temereque insimulantibus: Heus vos, fœdum putatis prophetam contubernalem esse libidinosæ feminæ. Quid? annon multo fœdius quosdam per sanctos prophetas interficl? Quomodo igitur Samuel Agag, Elias prophetas Baal, quamvis multos numero, interficit? Quid autem, dic mihi, et propheta Isaias saccum de lumbis suis solvit, nudusque et discalceatus Jerusalem obambulavit [48]? Annon in tali habitu ut levem, **15** et stupidum, et mente captum derisisset quispiam? Et quid ista res dubitationis habet, cum laudis plenum sit, omnia a nobis decore et honeste fieri? Sed occurres, divino nutui cedentes tunc talia fecisse. Quid ergo, quæso, de beato Osea cogitandum? num sua sponte, an imperio Dei ad mulierem meretricem accedit, et adeo inhonestam sibi contubernalem domesticamque facit? Miror nihilominus illum cavillari super eo scripta voluisse, historiamque ut indecoram lacerare non erubuisse. Rejiciens enim rem ut incredibilem, asserensque apertissime, prophetam non habuisse consuetudinem cum scorto, sed cum animabus fornicariis Dei Verbum aliquando copulari, non intellexit, ut par fuit, quibus se ineptiis involveret. Honestiorem enim certe prophetam, quam Deum omnium honestissimum esse vult. Annon enim, obsecro, ejusdem generis quispiam esse dixerit, cum improba muliere prophetam copulari, et cum immunda anima velle commercium habere Dei Verbum? Puto sane nihil esse medium. Aut igitur una cum illo et hoc propter inconvenientiam repudient; aut certe divino consilio humana cedere patiantur. Aliquid porro etiam de evangelicis Litteris apponendum reor. Accubuit cum publicanis et peccatoribus Dominus noster Jesus Christus, quod iterum criminatores Pharisæi vitio dabant, et ad sanctos discipulos ejus adeuntes, libere objiciebant: « Quare cum peccatoribus manducat et bibit magister vester [49]? » Quid ad hæc Christus? « Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus [50]. » Eum igitur et inquinatos, et a peccato nondum ablutos, ex immensa benignitate admittere, nemo vel parum dubitat.

ρίῳ προ[σ]πεσών; Καίτοι, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἦν εὐλαβείας καρπὸς τὸ μὴ καταπαίειν ἀποτολμᾷν ἅγιον καὶ προφήτην; ἀλλ' ἦν ἐν λόγῳ Κυρίου, καὶ δυσδιάφυκτον ἔγκλημα γέγονεν ἡ παρακοή. Ἐφείσατο δὲ καὶ Ἀχαὰβ παραλόγως τοῦ Ἀδὲρ, καίτοι Θεοῦ διολλύναι προστεταχότος, καὶ δέδοται αὐτὸς ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ὄκνου τε δίχα καὶ μελ[λ]ησμῶν ἀποπεραίνεσθαι πρὸς ἡμῶν, ὅπερ ἂν ἀνδάνοι Θεῷ· τὸ δὲ ἕτερόν τι παρὰ τοῦτο δρᾷν, ἢ καὶ φρονεῖν, ὑπεροψίας ἔγκλημα φέρει. Μόνον γὰρ οὐχὶ καὶ ἐπιτιμᾷν ἐγνώκασιν οἱ τοιόδε λοιπὸν, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἔσθ' ὅτε βουλευομένῳ Θεῷ.

Φαμὲν οὖν τοῖς τὴν ἱστορίαν διαβολῆς οὐκ ἔξω τιθεῖσι, καὶ ἀβούλως ἐπαιτιωμένοις· Ἀκαλλὲς ὑμῖν, ὦ οὗτοι, φαίνεται τὸ μαχλώσῃ γυναικὶ συνέστιον γενέσθαι προφήτην. Τί δέ; οὐ πολὺ ἀκαλλέστερον τὸ ἀποσφάττεσθαί τινας διὰ προφητῶν ἁγίων; Πῶς οὖν ἀνῄρηκε Σαμουὴλ μὲν τὸν Ἄγαγ, Ἠλίας δὲ τοὺς προφήτας τοῦ Βάαλ, καίτοι πολλοὺς ὄντας τὸν ἀριθμόν; Τί δὲ, εἰπέ μοι, καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας τὸν σάκκον ἐκ τῆς ὀσφύος περιελὼν, γυμνός τε καὶ ἀνυπόδετος περιθέων τὴν Ἱερουσαλήμ; Ἆρα γὰρ οὐχὶ τὸν ἐν τοιῷδε γεγονότα σχήματι καταμωμήσαιτ' ἄν τις εὐθὺς ὡς ἄσεμνον, καὶ ἐξεστηκότα, καὶ τὴν φρένα παρενηνεγμένον; Πῶς τοῦτο ἀμφίβολον, εἴπερ ἐστὶν ἐπαίνου μεστὸν, τὸ ἐν κόσμῳ τῷ καθήκοντι πάντα πράττεσθαι πρὸς ἡμῶν; Ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι τοῖς θείοις εἰκόντες νεύμασιν, ἔδρων τὰ τοιάδε τοτηνικάδε. Τί δὲ, εἰπέ μοι, φρονεῖν ἄξιον περὶ τοῦ μακαρίου Ὡσηέ; ἆρα γὰρ αὐτόκλητος πρὸς γυναῖκα πόρνην ἔρχεται, καὶ ποιεῖται σύνοικον τὴν οὕτως αἰσχρὰν, ἣ προστέτακται παρὰ Θεοῦ; Τεθαύμακα δὲ οὐδὲν ἧττον τοῦ κατασκώπτειν ἐθέλοντος τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ ἀτερπὲς διασύρειν ἀποτολμήσαντος. Ἀναιρῶν γὰρ τὸ χρῆμα διὰ τὸ ἄτοπον, διισχυριζόμενός τε καὶ μάλα σαφῶς, ὡς οὐ πόρνῃ γυναικὶ κεκοινώνηκεν ὁ προφήτης, ἀλλ' ἐκπορνευσάσαις ψυχαῖς ὁ θεῖος ἔσθ' ὅτε συνάπτεται Λόγος, οὐ νενόηκε, κατὰ τὸ εἰκὸς, οἷῳ περιπέπτωκεν ὕθλῳ. Σεμνότερον γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸν προφήτην εἶναι γοῦν βούλεται τοῦ πανάγνου Θεοῦ. Ἢ γὰρ οὐκ ἐν ἴσῳ λόγῳ φαίη τις ἄν, εἰπέ μοι, πονηρᾷ γυναικὶ τὸν προφήτην συνάπτεσθαι, καὶ τὸ ἀκαθάρτῳ ψυχῇ κοινωνεῖν ἐλέσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον; Ἀλλ' οἶμαι τὸ μεταξὺ παντελῶς οὐδέν. Ἢ τοίνυν συναναιρούντων ἐκείνῳ καὶ τοῦτο διὰ τὸ ἄτοπον, ἤγουν ἐφιέντων κατόπιν τῆς θείας βουλῆς ἔρχεσθαι τὰ ἀνθρώπινα. Χρῆναι δὲ οἶμαι καί τι τῶν εὐαγγελικῶν παραθεῖναι Γραμμάτων. Συνανεκλίθη τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλ' ἐπῃτιῶντο πάλιν οἱ φιλεγκλήμονες Φαρισαῖοι, καὶ τοῖς ἁγίοις προσίεσαν μαθηταῖς ἀναφανδὸν, λέγοντες· « Διατί μετὰ ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν ὁ διδάσκαλος ὑμῶν ἐσθίει καὶ πίνει; » Τί οὖν πρὸς ταῦτα ὁ Χριστός; « Οὐ χρείαν, φησὶν, ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατρῶν, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Ὅτι μὲν οὖν καὶ μεμολυσμένους, καὶ ἐκνενιμμένους οὔπω τὴν ἁμαρτίαν, ἐξ ἀμετρήτου φιλανθρωπίας προσίεται Θεὸς, ἐνδοιάσῃ τις ἂν οὐδαμῶς.

[48] Isa. xx, 2. [49] Matth. ix, 11. [50] ibid. 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Χρῆναι δὲ δεῖ μάλιστα τῆς κατὰ τὸν μακάριον Ὡσηὲ γενομένης ἱστορίας μὴ καθορίζειν τὸ ἀκαλλὲς, γραφούσης ἡμῖν ἐφ' ἑαυτῆς παγκάλως, ὅτι βδελυροῖς καὶ ἀκαθάρτοις οὖσιν ἔτι, τὴν παρ' ἑαυτοῦ πνευματικὴν κοινωνίαν ὁ θεῖος ἡμῖν χαρίζεται Λόγος. Ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον Ὡσηέ· « Βάδιζε, λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας, καὶ τέκνα πορνείας. » Δέχεται δὲ τὴν Γόμερ, οὐχ ἡδυπαθείας εὕρεμα τὸ χρῆμα ποιούμενος, ἀλλ' ὑπακοῆς καὶ διακονίας ἔργον ἀποπληρῶν, καὶ ὑπηρέτης τοῦ τύπου γινόμενος, ὃν αὐτὸν δὴ μάλα ἐροῦμεν, ἐν τοῖς σαρκικοῖς καὶ γεωδεστέροις διαμορφοῦντα, ὡς ἔνι, τὰ πνευματικά. Αἰτιῷτο δ' ἂν, οἶμαι, τὶς οὐκ ἐν κόσμῳ λοιπὸν τὸν τοῦ προφήτου σκοπόν. Τὸ γὰρ ἐλέσθαι γαμεῖν, καὶ γυναίῳ συνάπτεσθαι, καὶ τέκνων ἐρᾶν, ὁ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς οὐκ ἐξείργει λόγος, μᾶλλον δὲ μώμου καὶ διαβολῆς ἀπαλλάττει παντα-χοῦ· « Τίμιος γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. » κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Ἐφεῖτο δὲ τοῖς ἐθέλουσι διαβιῶναι ὀρθῶς, καὶ τὸν ἐνάρετόν τε καὶ εὐσεβῆ κατορθῶσαι βίον, κἂν εἰ τέκνων εὔχοιντο γονάς. Διεβίω γὰρ οὕτως ὁ μακάριος Ἀβραὰμ, γεγόνασι δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν εὐδόκιμοι παρὰ Θεῷ. Τί οὖν, εἰπέ μοι, τὸ ἄτοπον ; ἢ πῶς ἂν ὅλως διαβεβλήσεται τὸ μὴ ἀνήνασθαι γάμον, Θεοῦ προστάττοντος γράφεσθαί τι τῶν πνευματικῶν, καὶ ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν τοῖς ἐντευξομένοις ἐν τοῖς σωματικοῖς τε καὶ αἰσθητοῖς ; Φαίην δ' ἂν ἔγωγε καταδείσας οὐδὲν, ὅτι καὶ σέσωκεν ὁ προφήτης τὴν Γόμερ. Γύναιον γὰρ τὸ οὕτως αἰσχρὸν καὶ πολύκοινον, ἑνὶ πέπεικεν ἀνδρὶ προσκεῖσθαι μόνῳ, καὶ τὴν πάλαι καὶ αὐτὴν λυποῦσαν τὴν φύσιν (ὅτι μὴ τέκνων ὑπέκειτο γοναῖς, ἀλλὰ ταῖς τῶν προστυχόντων ἡδυπαθείαις πωλοῦσα τὴν ὥραν, πέταυρον ἦν θανάτου, καὶ θύρα, καὶ ὁδὸς εἰς αὐτό που τὸ βαθὺ καὶ λοίσθον καταφέρουσα σκότος) ἀποσχέσθαι πέπεικε τῶν οὕτω διεπτυσμένων ἐπᾳσμάτων τε ἅμα καὶ ἐγχειρημάτων, καὶ τέκνων ἐποίει μητέρα σεμνήν. Τὸ δὲ δὴ μὴ σφόδρα φροντίσαι τῶν καθ' ἑαυτὸν, ἐξανύσαί γε μὴν ἐλέσθαι μᾶλλον τὸ ἑτέρῳ χρήσιμον, καὶ ἀναγκαῖον εἰς σωτηρίαν, ἀγιο-πρεπὲς ἂν φαίνοιτο καὶ ἀξιάγαστον σπούδασμα. Ἢ γὰρ οὐχ οὕτω καὶ ἐπαίνου παντὸς ἀξιώσομεν τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν, εἰ τὸν χιτωνίσκον ἀπο-δὺς, ὑπολυσάμενος δὲ καὶ τὰ σανδάλια, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιώσας λόγου τὴν εὐκοσμίαν, περιεπάτει γυμνὸς, ἵνα τῆς ἐσομένης αἰχμαλωσίας τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ παραδείξας τὸ σχῆμα, Θεῷ προ[σ]κεῖσθαι παρασκευάσῃ λοιπόν ; Τί δὲ, εἰπέ μοι, καὶ ὁ σοφὸς ἡμῖν Παῦλος οὐκ ἔφασκεν ἐναργῶς· « Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα ; » Οὐχὶ δὲ καὶ τοῖς πᾶσι γενέσθαι τὰ πάντα φησὶν, ἵνα πάντως τινὰς σώσῃ, καὶ γεγονέναι μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ, ἵνα σώσῃ τοὺς ἀνόμους ; Καὶ τί ἔτι ταῦτα λέγω, τὸ ἔτι μεῖζον ἀφείς ; ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα σώσῃ

A Historia autem de beato Osea neutiquam turpitudinis notanda est, in qua pulcherrime ostenditur, quo pacto nobis adhuc sceleratis et immundis spiritualem suam communionem divinum Verbum largiatur. Alloquitur ergo universorum Deus beatum Oseam in hunc modum : « Vade, accipe tibi uxorem fornicationis et filios fornicationis. » Accipit autem Gomer, non ut inde materiam voluptatis nancisceretur ; sed ut ministri obsequentis officium impleret, ut typo præserviret, quem ipsum esse potissimum dicemus, in carnalibus, et terrenis spiritualia, ut licet, repræsentantem. **16** Deinceps prophetæ scopum in modo et ratione nemo accusabit. Velle enim uxoriis vinculis alligari, suscipiendorumque liberorum studio teneri, a divinitus B inspirata Scriptura non prohibetur : quin id a dedecore, et calumnia ubique defendit : « Honorabile enim connubium, et thorus immaculatus[81], » juxta beati Pauli dictum. Concessum est autem volentibus recte vivere, et vitam virtute ac pietate conspicuam cum laude traducere, etiam proles optare. Sic namque vixit beatus Abraham, et posteri ejus Deo in hoc statu placuerunt. Quid ergo, dic mihi, alienum est, aut cuinam tandem criminationi patebit, non aversari nuptias, cum Deus in his corporeis, ut sensum moventibus quidpiam spirituale, et lecturis ad animi fructum conducibile describi ac depingi jusserit ? Equidem non verebor affirmare, prophetam Gomer etiam saluti fuisse. C Mulierculam enim adeo infamem, multisque communem eo promovit, ut uni viro adhæresceret : et quæ pridem ipsam quoque naturam contristabat (neque enim prolis tollendæ causa id faciebat; sed accedentium ad se libidinibus formam vendens, laqueus erat mortis, et janua ac via in ipsas profundas et extremas tenebras deducens), ei persuasit abstinere ab adeo despuendis incantamentis et operibus, honestamque liberorum parentem effecit. Quod autem de se parum sollicitus, potius quod alteri utile, et ad salutem necessarium foret, amplexus est, præclarus conatus, et sancto viro dignus fuit. An enim non ita omni prædicatione cohonestandum censebimus beatum Isaiam, quod, exuta tunicula solutisque sandaliis, et contempta penitus decentia ornatuque, nudus obambulavit[83], ut D futuræ captivitatis habitu Israelitis demonstrato, Deo illos in posterum adhærere faceret ? Quid ? annon et sapiens ille Paulus nobis aperte dicebat : « Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem[84] ? » Annon etiam omnibus omnia factum se confitetur, ut omnes faceret salvos ? et factum quidem Judæis ut Judæum : iis qui sine lege erant, quasi sine lege esset, cum sine lege Dei non esset, sed in lege esset Christi, ut lucrifaceret eos qui sine lege erant[85]. Et quid ego ista commemoro, quod majus est relicto ? Ipsum item unigenitum

[81] Hebr. XIII, 4. [82] Isa. XX, 2. [83] Rom. IX, 3. [84] I Cor. IX, 20-22.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Dei **17** Verbum, ut salvaret humanum genus, « non rapinam arbitratum est, esse æquale Deo; sed se ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factum, et inventum ut homo [55], sustinuit crucem, confusione contempta [56]. »

A τὸ ἀνθρώπινον γένος, « Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας. »

Nihil ergo mirum, si paulum extra decorum egressus propheta, salvavit Gomer, et mulierculam perditam ad morum honestatem revocavit. Utilis autem, et necessariæ rei causa Deum mandasse, uti mulierculæ conjugaretur, statim plenam fidem astruit, hac de causa illud mandasse confirmans: « Quia fornicans fornicabitur terra post Deum. Et abiit, et accepit Gomer, filiam Debelaim, et concepit, et peperit ei filium. » Non futuram terræ fornicationem, sed jam factam prophetæ B indicat. Erant enim vituli in Dan, et Bethel, et Baal templa excitata fuerant [57], et cæremoniæ ab Israel per totam Samaritarum regionem adhibebantur. Non igitur discrimen temporum facit, ac servat divina Scriptura, aut etiam, quod dictu verius est, qui hæc nobis sunt interpretati: sicut item et ipsa Christi persona per Isaiæ vocem inducitur loquens: « Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas [58]. » Et ipse propheta de ipso: « Sicut ovis ad occisionem ductus est, et ut agnus coram tondente se obmutescens; sic non aperit os suum. In humilitate ipsius judicium ejus sublatum est [59]. » Cernis quomodo quod futuris temporibus eventurum erat, ut jam transactum propheticus sermo nobis introduxerit? Quare illud: C « Fornicans fornicabitur terra, » pro, fornicata est, intelligi debet. Quonam autem modo fornicata est? « Post Dominum, » id est, sequelam aspernata est, qua quis quasi ad Deum tendit. Scriptum est enim: « Post Dominum ambulabis [60], » hoc est, Citra conversionem supernas et a Deo præscriptas leges sequeris. Fornicata est igitur post Dominum, non sustinens sequi. Descivit enim, et contaminata est, et idolorum cultibus dedita, Dominum offendit. Hac igitur de causa Gomer propheta Oseas vinculo conjugali sociatur, quia fornicata est terra post Dominum. Potest enim quod fit, pro mysticæ rei typo accipi, ut dicebam. Deinde peperit Gomer.

Οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ θαυμαστὸν, εἰ βραχὺ τοῦ πρέποντος ἐκπεφοιτηκὼς, σέσωκεν ὁ προφήτης τὴν Γόμερ, καὶ ἀπολωλὸς τὸ γύναιον ἀνακομίζει πρὸς εὐκοσμίαν. Ὅτι δὲ χρησίμου τε καὶ ἀναγκαίου πράγματος ἕνεκα συνάπτεσθαι τῷ γυναίῳ προσέταττε Θεὸς, πεπληροφόρηκεν εὐθὺς, ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐκεῖνα προστάξαι διαβεβαιούμενος. Διότι φησὶ, « Ἐκπορνεύουσα ἐκπορνεύσει ἡ γῆ ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Κυρίου. Καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἔλαβε τὴν Γόμερ θυγατέρα Δεβηλαΐμ, καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ υἱόν. » Καὶ οὐκ ἐσομένην πορνείαν τῆς γῆς, ἀλλὰ τὴν ἤδη γεγενημένην τῷ προφήτῃ φησί. Καὶ γὰρ ἦσαν αἱ δαμάλεις εἰς Δὰν καὶ Βηθὴλ, καὶ τὰ τοῦ Βάαλ ἐγήγερτο τεμένη, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ κατὰ πᾶσαν ἐπράττοντο τῶν Σαμαρειτῶν τὴν χώραν. Ἀδιαφορεῖ τοιγαροῦν κατὰ τοὺς χρόνους ἡ θεόπνευστος Γραφὴ, ἢ καὶ, ὅπερ ἐστὶν ἀληθέστερον εἰπεῖν, οἱ ταύτην ἡμῖν διηρμηνευκότες· καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον διὰ τῆς Ἡσαΐου φωνῆς εἰσφέρεται λέγον· « Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. » Καὶ αὐτὸς δέ φησιν ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν, ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. » Ὁρᾷς, ὅπως τὸ ἐσόμενον ἐν καιροῖς ὡς ἤδη γεγενημένον ὁ τῆς προφητείας ἡμῖν εἰσκεκόμικε λόγος; Οὐκοῦν τὸ, « Ἐκπορνεύουσα ἐκπορνεύσει ἡ γῆ, » ἀντὶ τοῦ, Πεπόρνευκεν ἡ γῆ, νοητέον. Πεπόρνευκε δὲ τίνα τρόπον; « Ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Κυρίου, » τουτέστι, τὴν ἀκολούθησιν ἀθετήσασα, ἣν ἂν ποιοῖτό τις, ὡς πρὸς Θεόν. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ὀπίσω τοῦ Κυρίου πορεύσῃ, » τουτέστιν, ἀκολουθήσεις ἀμεταστρεπτὶ τοῖς ἄνωθεν παρὰ Θεοῦ νόμοις. Πεπόρνευκε τοίνυν ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Κυρίου, κατακολουθεῖν οὐκ ἀνεχομένη. Γέγονε γὰρ ἀποστάτης καὶ βέβηλος, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων προστεθεῖσα λατρείαις, προσκέκρουκε τῷ Δεσπότῃ. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας συνάπτεται τῇ Γόμερ ὁ προφήτης Ὡσηὲ, ὅτι πεπόρνευκεν ἡ γῆ ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ Κυρίου. Μυστικοῦ γὰρ, ὡς ἔφην, πράγματος τύπος ἂν νοοῖτο τὸ δρώμενον. Εἶτα τέτοκεν ἡ Γόμερ.

18 Vers. 4,5. *Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen ejus Jezrael; quoniam adhuc modicum et ulciscar sanguinem Jezrael super domum Juda, et quiescere faciam regnum domus Israel. Et erit, in die illa conteram arcum Israel in valle Jezrael.*

Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς αὐτόν· Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰεζραὲλ, διότι ἔτι μικρὸν, καὶ ἐκδικήσω τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ καταπαύσω βασιλείαν οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ συντρίψω τὸ τόξον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν κοιλάδι τοῦ Ἰεζραέλ.

IV. Hic sermo duplicem nobis considerationem parit. Ab aliis enim alia scriptura affertur, cujus nunc necesse est meminisse, quo accuratius aga-

Δ'. Ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ λόγος διττὴν ὠδίνει τὴν θεωρίαν. Φέρεται δὲ καὶ ἑτέρα γραφὴ παρά τισιν, ὡς ἀναγκαῖον ἐπιμνησθῆναι νῦν διά γε τὸ ἀκριβές-

[55] Philipp. II, 6-8. [56] Hebr. XII, 2. [57] III Reg. XII, 29. [58] Isa. L, 6. [59] Isa. LIII, 7, 8. [60] Osee XI, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ὀνίνησι γὰρ οὐ μετρίως, τὸ ἀμφοῖν ἡμᾶς ἐπιμνησθῆναι τοὺν λόγοιν. Ἡ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς ἔκδοσις, τουτέστιν, ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα, « Καὶ ἐκδικήσω, φησὶ, τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ, ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. » Ἡ δὲ ἑτέρα φησί· « Καὶ ἐκδικήσω τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰηοῦ· » καὶ εἰ μὲν οὕτω νοεῖν ἔλοιντό τινες, ἱστορικωτέραν ἀνάγκη ποιεῖσθαι τὴν ἀφήγησιν. Ἔχει δὲ οὕτως· Γέγονε μὲν Ἀχαὰβ βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ, ὁ καὶ σύνοικον ἔχων τὴν Ἰεζάβελ. Ἐπειδὴ δὲ ἐζήτει τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Ναβουθαὶ, ὁ δὲ πρὸς τοῦτο ἀπήντα, λέγων· « Μή μοι γένοιτο δοῦναι ἀμπελῶνα πατρός μου σοί· » πεφόνευται, ταῖς τῆς Ἰεζάβελ δυστροπίαις περιπεσών. Ἐπειδὴ τοίνυν πεφόνευτο, κεκληρονόμηκεν Ἀχαὰβ τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Ναβουθαί. Προσέκειτο δὲ καὶ ἑτέρως ταῖς τῶν δαιμόνων λατρείαις, καὶ τοῦτο ἐκτόπως. Ἠγανάκτει λοιπὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Εἶτα προστέταχεν Ἐλισσαιὲ τῷ προφήτῃ χρῖσαι τὸν Ἰηοὺ, βασιλέα ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Ἀποστείλας δὲ τὸ παιδάριον ὁ προφήτης, τὸ θεῖον ἐπλήρου θέσπισμα. Εἶτα κεχρισμένος Ἰηοὺ, κάτεισιν ἐκ Σαμαρείας, καὶ τὸν θεῖον ἐπὶ τοῖς λελυπηκόσιν ἐπλήρου θυμόν. Ἀπεκτονὼς γὰρ τὸν Ἀχαὰβ, ἔῤῥιψεν ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Ναβουθαί. Εἶτα μετὰ τοῦτο τὴν Ἰεζάβελ, ἀνῄρηκε δὲ καὶ ἑβδομήκοντα τοῦ Ἀχαὰβ υἱοὺς, τοὺς ἀνὰ πᾶσαν ὄντας τὴν Σαμάρειαν. *Προσετίθει* δὲ τούτοις καὶ τὸν Βάαλ· ἐνέπρησε γὰρ τὰς στήλας αὐτοῦ, καὶ κατέσεισε τὰ τεμένη, καὶ αὐτοὺς ἀποσφάττει τοὺς ἱερεῖς. Ἐπὶ τούτοις αὐτὸν ἀποδέχεται ὁ Θεός· καὶ δὴ καὶ ἐπαγγέλλεται, λέγων, ὅτι « Υἱοὶ τέταρτοι καθήσονται ἐπὶ θρόνου σου. » Ἀλλ' ὁ οὕτως γεγονὼς εὐδόκιμος Ἰηοὺ, προσκέκρουκεν οὐδὲν ἧττον Θεῷ· οὐ γὰρ περιεῖλε τὰς δαμάλεις, κατεφωρᾶτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἁμαρτίαις Ἱεροβοὰμ ἀνοσίως πεπορευμένος. Εἶτα γέγονεν ἐξ Ἰηοὺ πρῶτος υἱὸς Ἰωάχας, ἀνὴρ καὶ αὐτὸς εἰδωλολάτρης, καὶ ταῖς δαμάλεσι προσκυνῶν. Ἀλλ' ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ, φησὶν, « Ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ Ἀζαὴλ βασιλέως Συρίας, καὶ ἐν χειρὶ Ἄδερ, υἱοῦ Ἀζαήλ. » Δεύτερος ἐξ Ἰωάχας βεβασίλευκεν Ἰωὰς, καὶ οὗτος ἀνὴρ πονηρός. Τρίτος Ἱεροβοὰμ, οὗ καὶ βασιλεύοντος ἄρχεται τῆς προφητείας Ὡσηέ. Τέταρτος Ἀζαρίας ἐξ Ἱεροβοὰμ, καὶ αὐτὸς εἰδωλολάτρης. Τοῦτον ἀπέκτεινεν ὁ Σελούμ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ κέχριστο μὲν ὁ Ἰηοὺ, ἵνα ἐκδικήσῃ τὸ αἷμα τοῦ Ναβουθαὶ, ὃς ἦν ἐξ Ἰεζραὲλ (πόλις δὲ αὕτη τῆς Σαμαρείας) καὶ ἵνα τὴν τοῦ Ἰσραὴλ εἰδωλολατρίαν περιελὼν, λοιπὸν ἀναπείσῃ προσκεῖσθαι Θεῷ, εἶτα γέγονε καὶ αὐτὸς δαμάλεων προσκυνητής, δυσσεβεῖς δὲ οὐδὲν ἧττον οἱ ἐξ αὐτοῦ γεγόνασι παῖδες, « Ἐκδικήσω, φησὶ, τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰηού. » Καὶ ὥσπερ γὰρ ἐκδεδίκηκεν ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Ἀχαὰβ διὰ τῆς Ἰηοὺ βασιλείας, οὕτως ἐκδικήσει καὶ ἐκ τοῦ οἴκου Ἰηού. Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῶν υἱῶν αὐτοῦ πεπολέμηκεν Ἀζαὴλ βασιλεὺς Συρίας, καὶ μέντοι Ἄδερ, καὶ νενικήκασι τὸν Ἰσραὴλ, πλείστας δὲ ὅσας τῶν ἐν Σαμαρείᾳ πεπορθήκασι πόλεις. Τίκτεται τοίνυν τῷ

A mus. Capiemus enim magnam utilitatem, si utramque perpenderimus. Nostra igitur editio, hoc est, secundum Septuaginta sic habet : « Et ulciscar sanguinem Jezrael super domum Juda. » Alia : « Et ulciscar sanguinem Jezrael super domum Jehu. » Quam si qui amplectantur, explanatio magis historica sit oportet, in hunc modum : Fuit Achab rex Israel, conjugem habens Jezabel. Qui cum affectaret vineam Naboth, et ille ita occurreret, ut diceret : « Propitius sit mihi Deus, ne dem tibi vineam patris mei, » perversitate Jezabelis irretitus, vitam amisit. Eo occiso, vineam Naboth possedit Achab, qui alioqui infando dæmonum cultui addictus erat. Indignatus igitur universorum Deus, postmodum mandavit Eliseo prophetæ, uti Jehu regem super
B Israel ungeret. Misso dehinc famulo divinum mandatum propheta implevit. Deinde unctus Jehu, descendit ex Samaria, divinæque iræ in sontibus puniendis satisfecit. Nam occidit Achab, et cadaver ejus in vineam Naboth abjecit. Postea Jezabelem, et septuaginta filios Achab, qui in tota Samaria erant, neci dedit. Quibus etiam Baal addidit; cujus statuas combussit, et delubra diruit, et ipsos ejus sacerdotes jugulavit. Ob quæ Deus illum laudat; quin etiam promittit, his verbis : « Filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum tuum [61]. » Verum ita celebris Jehu, nihilominus Deum læsit. Nec enim vitulos abstulit : et ipse quoque in peccatis Jeroboam impie ambulare deprehensus est. Deinde ex Jehu primus natus est
C Joachaz, homo et ipse idololatra, et vitulos adorans [62]. Verum ejus temporibus, inquit Scriptura, « Iratus est furor Domini super Israel, et tradidit eos in manu Azael, regis Syriæ, et in manu Ader filii Azael [63]. » 19 Alter ex Joachaz prognatus, nempe Joas, regnavit, ipse quoque improbus; tertius Jeroboam, sub cujus regno Oseæ prophetia initium sumit. Quartus Azarias (alias Zacharias) Jeroboami filius, etiam idololatra. Hunc trucidavit Sellum. Quoniam igitur unctus erat Jehu, ut ulciscereturr sanguinem Naboth Jezraelitæ (fuit Samariæ oppidum Jezrael), et ut Israelis idololatria eversa, de cætero eos cum Deo conjungeret, ipse vero postea vitulos adoravit, et filii ejus patrem
D suum impietate æquarunt, « Ulciscar, inquit, sanguinem Jezrael super domum Jehu. » Sicut enim ultus est de domo Achab per regnum Jehu; sic ulciscetur etiam de domo Jehu. Regnantibus siquidem filiis ejus, Azael et Ader, seu Benedad, reges Syriæ bellum ipsis fecerunt, et subacto Israele urbes Samariæ quamplurimas everterunt. Nascitur ergo prophetæ puerulus, cui et nomen inditur Jezrael, veluti Deo commissum in Naboth peccatum recordante. Viro namque justo et religioso injuste trucidato, quomodo justorum tutor ac patronus quievisset? Contriturum igitur promittit arcum Israel in valle Jezrael. Victæ sunt enim, ut dixi,

[61] IV Reg. xvi, 12. [62] IV Reg. xiii, 2. [63] ibid. 3.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ab Azaele et Ader tribus Israel. Et hæc quidem historice.

Age porro, etiam in alteram scripturam convenientia dicamus, ad spiritualem commentationem, sive sensum a Deo dicta revocantes. Nobilis propter majores Judæorum Synagoga. Servierunt enim Abraham, et filii ac nepotes ejus Deo viventi et vero; quin etiam justitiæ studiosi cultores, et omnibus virtutum germanarum actionibus insignes admodum et clari fuerunt, et in fide immobiles, et in omni genere bonitatis exercitati. Ast ubi fame compulsi Ægyptiis se commiscuerunt, ibique longo tempore permanserunt, eorum posteri alios mores induerunt, aliosque sensus et cogitationes assumpserunt, indigenas de cætero imitari statuentes, consuetæque patribus, et præclare præstitæ pietatis parvam omnino rationem ducentes. Adoraverunt enim « creaturam potius quam Creatorem [44], et opera manuum suarum [45], » sicut scriptum est. Eo autem abominationis abierunt et ita profane vitam transierunt, ut vix ullum improbitatis **20** modum discere et consectari prætermiserint. Ac mihi sane idem illis videtur accidisse, quod mulieri sapienti nec ignobili, quæ moribus suis relictis, et honestatis ac modestiæ studiis etiam valere jussis, potius in specie et vestibus meretriciis conspici instituit. Quo enim modo mulier talis omnium voluptatibus servit, omnis molestiæ secura, eodem modo anima hominis simul ac a rationibus pietatis deflexerit, charitatemque erga Deum flocci penderit, et ad Satanam inclinaverit, malignorum spirituum cupiditatibus obtemperat. Itaque fornicata est spiritualiter in Ægypto Judæorum Synagoga. Prostabat enim, ut dixi, dæmonum desideriis, et ad omne quodcunque illis collibuisset, non difficile rapiebatur. Cæterum ita projectam visitavit miseratus Deus, et denuo pudicam reddere molitus est, et propemodum contubernalem impuram illam, qui est omnium castissimus et purissimus, et matrem filiorum fecit, et charitate dignatus est, propter natum ex ea primogenitum, hoc est Jezrael, quod Latine sonat, *semen Dei*. Ergo Oseam in imaginem, et typum sapientissimæ hujus administrationis Dei delectum intuere. Copulatur Gomer mulieri meretrici propheta sanctus; illa ei peperit Jesrael. Ita Deus per sapientissimum Moysen Judæorum Synagogam ad amicitiam et communionem spiritualem vocabat, propter nasciturum ex ea primogenitum, videlicet Christum, qui revera est semen Dei. Natus est enim ex Patre Filius, quamvis caro factus sit.

Γ'. Ἀναγκαίως σφόδρα τοῖς ἤδη προειρημένοις ἐπαφέρει καὶ ταῦτα. Ἐπειδὴ γὰρ εἴρηκεν, ὡς ὑπὸ μίαν ἔσονται πάντες ἀρχὴν, οὐδενὸς ἔτι διατειχίζοντος ἢ διατέμνοντος εἰς διχόνοιαν, κρατούσης δὲ μᾶλλον ὁμοψυχίας, καὶ εἰς ἑνότητα τὴν ἐν πνεύματι συλλεγούσης ἅπαντας τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, λοιπὸν ἀναγκαίως τὸ πνεῦμα προστέταχε τοῖς ἤδη τὴν πίστιν πεπλουτηκόσι, καὶ γεγονόσιν ὑπὸ Χριστῷ, μηκέτι τὴν πρὸς ἐκείνους εἰρηνὴν ἀποσείεσθαι φιλεῖν, οἳ δικαίως κέκληντο Λαός μου, καὶ Ἠλεημένη. Εἰσδεδεγμένου γὰρ ἅπαξ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ νομισαμένου τὴν ἄφεσιν, καὶ γεγονότος ὑπὸ Χριστῷ, πῶς ἦν ἀκόλουθον διχονοεῖν ἔτι, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐν ὁμονοίᾳ διατελεῖν τοὺς ἐνὶ τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι κεκλημένους εἰς ἀδελφότητα; Ὦ τοίνυν, φησὶν, οἱ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν ἐκλελαμπρυσμένοι, καὶ τὰ τῆς γνησιότητος λαχόντες αὐχήματα, τῷ ἀδελφῷ ὑμῶν, τῷ πάλαι δικαίως Οὐ λαός μου κεκλημένῳ, λέγετε λοιπὸν τὸ, Λαός μου· καὶ τῇ ἀδελφῇ ὑμῶν, τῇ Οὐκ ἠλεημένῃ, λέγετε τὸ, Ἠλεημένη. Καὶ γάρ ἐστιν ἀναγκαῖον, σύμφρονας τῷ Δεσπότῃ τοὺς ὑπὸ χεῖρα φαίνεσθαι λαοὺς, καὶ ταὐτὰ βούλεσθαι τῷ πατρὶ, τοὺς εἰς ἑνότητα κεκλημένους διὰ τῆς χάριτος· ἥδεσθαί τε μᾶλλον, ὅτι σέσωσται τὸ κατάλειμμα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ οἱ πάλαι διὰ πολλὴν ἀπείθειαν ἀπερριμμένοι νῦν γεγόνασι δεκτοὶ, καὶ ἡγιασμένοι λοιπὸν ἐν Χριστῷ, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

31 CAP. II.

Vers. 1. *Dicite fratri vestro, Populus meus, et sorori vestræ, Misericordiam consecuta.*

X. Dictis ista subjicere omnino oportuit. Postquam enim dixit, sub uno principatu omnes futuros, nemine in posterum ad discordiam dirimente ac divellente, potius animorum consensione dominante, et ad unionem in spiritu fidei in Christum omnes colligente, de cætero necessario spiritus jussit, fide jam præditos, et sub Christum subjunctos, non amplius studium pacis erga illos repellere, qui jure vocati sint populus meus, et misericordiam consecuta. Postquam enim semel Israel susceptus est, remissionemque impetravit, et ad Christum se adjunxit, quo pacto adhuc dissidere, et non potius in concordia perstare, in uno spiritu adoptionis filiorum Dei ad fraternitatem vocatos consentaneum fuit? Inquit ergo : O qui fide in Christum illuminati germanorumque filiorum gloriam sortiti estis, fratri vestro, qui quondam merito, Non populus meus, vocabatur, dicite tandem : Populus meus; et sorori vestræ, quæ Non misericordiam consecuta, dicite : Misericordiam consecuta. Subjecti enim cum Domino sententiis congruere videantur necesse est, et eadem velle quæ pater, ii, qui in unitatem filiorum per gratiam vocati sunt; et lætari magis, salvatas esse reliquias Israel, et qui olim propter magnam incredulitatem rejecti fuerant, nunc admissos, et de cætero sanctificatos esse in Christo, per quem, et cum quo Deo et Patri gloria, cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

[7] I Cor. xv, 51, 52. [8] Matth. xvi, 27. [9] Psal. cxvii, 24.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

TOMUS SECUNDUS.

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

VERS. 2. *Litigate cum matre vestra, litigate, quia ipsa non uxor mea, et ego non vir ejus.*

Κρίθητε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κρίθητε, ὅτι αὕτη οὐ γυνή μου, καὶ ἐγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς.

XI. Cum prius dixisset, rejectum iri Israel, nec immerito, et insuper vocatum iri non populum, quinetiam multitudinem Domini interfectricem fore omnino absque misericordia, et jure optimo ; deinde statim subjunxisset, ultimis sæculi temporibus futuram conversionem per fidem in Christum, cum diceret : « Et congregabuntur filii Juda, et filii Israel simul, et constituent sibi principatum unum [16], » totamque a principio usque ad finem œconomiam enarrasset: transit jam B in his ad detegenda crimina eorum, **32** qui juste rejecti fuerunt, et quorum causa ea pati ipsos contigerit, in medium perspicue adducit. Proinde ait ad misericordiam consecutos, et receptos, et populum Dei factos, nihilominus ex Synagoga tanquam ex fornicaria quadam natos, Litigate cum matre vestra, litigate. Si enim causam vultis nosse, inquit, quare Non populus meus, et Absque misericordia fueritis et vocati sitis ante conversionem, non me in vos inclementem et ab amore vestri abhorrentem invenietis. Litigate autem cum matre vestra, quoniam germanam erga me charitatem non servavit, et familiaritatem abnegavit, et puritatem spiritualis mecum communionis minimi duxit, nec voluit voluntatum mearum fructus parere. Ipsa non fuit uxor mea, et ego deinceps non vir ejus. Non illa vos mihi, sed aliis peperit. Certe enim agnovissem meos. Non est tardus ad miserendum natura pater; at in prolem non legitimam cunctantior ejus lenitas. Atque ista forsitan tanquam ex persona Dei dicuntur. Cogitabit quispiam et animo volvet rursum, idque non male, Synagoga ad defectionem a Deo conversa, et dæmonum cultu suscepto, et illis tantum non meretricis instar cruribus divaricatis, natos ex ea neque sincere atque constanter Deum amasse, neque bonis moribus fuisse; quin potius parentum moribus educatos, sine pudore Deo displicentia factitasse, partim Baal et vitulis aureis sacrificantes, partim etiam in omne genus impuritatis per præceps abeuntes. Justissime autem matrem suam accusabunt magis, quam virtutis amantem vereque castissimum Dominum, qui fornicatione contaminatam contubernalem pati refugit. Est porro modus fornicationis spiritualis plane, quamvis ut de corporea sermo habeatur.

ΙΑ'. Προειρηκὼς, ὅτι καὶ ἀπόβλητος ἔσται δικαίως ὁ Ἰσραὴλ, κεκλήσεται δὲ πρὸς τούτῳ καὶ οὐ λαός· καὶ μὴν ὅτι καὶ ἡ πληθὺς ἡ κυριοκτόνος ἔσται δήπου πάντως οὐκ ἠλεημένη, καὶ σφόδρα εἰκότως· εἶτα τούτοις ἐπενεγκὼν, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, τὴν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐσομένην ἐπιστροφὴν διὰ πίστεως εἰς Χριστὸν, διά γε τοῦ φάναι, « Καὶ συναχθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰούδα, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπιτοαυτὸ, καὶ θήσονται ἑαυτοῖς ἀρχὴν μίαν, » ἅπασάν τε ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους τὴν οἰκονομίαν ἀφηγησάμενος, μέτεισι λοιπὸν ἐν τούτοις ἐπὶ τὸ γυμνοῦν τὰ ἐγκλήματα τῶν ὁσίως ἀποβεβλημένων, καὶ τὰ ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐκεῖνα παθεῖν συμβέβηκεν, εἰς μέσον ἄγει σαφῶς. Τοίγαρτοί φησι πρὸς τοὺς ἠλεημένους μὲν, καὶ εἰσδεδεγμένους, καὶ εἰς λαὸν γεγονότας Θεοῦ, πλὴν οἷά τινος πόρνης ἐκπεφυκότας τῆς Συναγωγῆς, Κρίθητε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κρίθητε. Εἰ γὰρ δὴ βούλεσθε, φησὶν, ἀναμαθεῖν τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς οὐ λαός μου, καὶ οὐκ ἠλεημένη γεγόνατέ τε καὶ κέκλησθε κατά γε τοὺς χρόνους τοὺς πρὸ τῆς ἐπιστροφῆς, οὐκ ἐμὲ γεγονότα περὶ ὑμᾶς ἀπηνῆ καὶ ὀλίγωρον εἰς φιλοστοργίαν εὑρήσετε. Κρίθητε δὲ πρὸς τὴν ἑαυτῶν μητέρα, ὅτι μὴ σέσωκεν ἀγάπης τῆς εἰς ἐμὲ τὸ γνήσιον, ἠρνήσατο δὲ τὴν οἰκειότητα, καὶ ὀλίγου που παντελῶς ἠξίωσε λόγου τῆς πρὸς ἐμὲ πνευματικῆς κοινωνίας τὴν καθαρότητα, οὐκ ἠθέλησέ τε τοὺς τῶν ἐμῶν θελημάτων ὠδίνειν καρπούς. Αὕτη γέγονεν οὐ γυνή μου, κἀγὼ διὰ τοῦτο λοιπὸν οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. Οὐκ ἐμοὶ τέτοκεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἑτέροις. Ἢ γὰρ ἂν ἐπέγνων τοὺς ἐμούς. Οὐ βραδὺς εἰς ἔλεον ὁ φύσει πατήρ· ὀκνεῖ δὲ εἶναι χρηστὸς ἐπὶ νόθῃ γονῇ. Καὶ ταῦτα μὲν ἴσως φαίη τις ἂν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Λογιεῖται δὲ καὶ περινοήσει καλῶς, ὅτι τετραμμένης τῆς Συναγωγῆς εἰς ἀποστασίαν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων λατρείαν ἀνῃρημένης, μόνον δὲ οὐχὶ πόρνης δίκην ἁπλούστης αὐτοῖς τὰ σκέλη, γεγόνασιν οἱ ἐξ αὐτῆς οὔτε φιλόθεοι καθαρῶς καὶ ἐρηρεισμένως, οὔτε μὴν ἐπιεικεῖς τοὺς τρόπους· ἐντεθραμμένοι δὲ μᾶλλον τοῖς ἤθεσι τῶν γεγεννηκότων, ἀφυλάκτως ἦσαν ἐπὶ τὰ λυποῦντα Θεόν· τοῦτο μὲν θύοντες τῷ Βάαλ, καὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς, τοῦτο δὲ καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας ἀπερισκέπτως διάττοντες. Αἰτιάσονται δὲ, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὴν ἑαυτῶν μητέρα, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν φιλάρετόν τε καὶ πάναγνον ἀληθῶς Δεσπότην, ὃς σύνοικον ἔχειν οὐκ ἀξιοῖ τὴν πεπορνευμένην. Νοητῶς δὲ πάντως τῆς πορνείας ὁ τρόπος, κἂν εἰ λαλοῖτο σωματικῶς.

VERS. 3. *Et auferam fornicationem ejus a facie mea, et adulterium ejus de medio uberum illius, ut exuam eam nudam, et restituam eam sicut dies nativitatis ejus.*

Καὶ ἐξαρῶ τὴν πορνείαν αὐτῆς ἐκ προσώπου μου, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῆς ἐκ μέσου μαστῶν αὐτῆς, ὅπως ἂν ἐκδύσω αὐτὴν γυμνὴν, καὶ ἀποκαταστήσω αὐτὴν καθὼς ἡμέραι γενέσεως αὐτῆς.

[16] IV Reg. XIX, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΙΒ'. Τοῖς ἀπὸ γνώμης ἰδίας οὐκ ἐπιστρέφουσι πρὸς Θεὸν, οὔτε μὴν ἀνεχομένοις τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πληροῦν, ἀλλὰ τοῖς, οὐκ οἶδ' ὅπως, τετιμημένης αὐτοῖς φαυλότητας ἀπρὶξ ἠμμένοις, ποινὴ καὶ κόλασις ἐπινοεῖται. Τίς; Ἐφ' ὅπερ ἦν ἄμεινον ἐξ ἰδίας φέρεσθαι γνώμης, ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μετατεθῆναι λοιπὸν, ὡς ἐξ ἀνάγκης, καὶ φόβου. Ὅνπερ γὰρ τρόπον τῶν ἐν τοῖς σώμασι τραυμάτων τὰ δυσχερῆ καὶ δυσμεταχείριστα, κἂν εἰ μὴ ταῖς τῶν φαρμάκων δυνάμεσιν εἴκοντα δέχοιντό τινα τὴν εἰς τὸ ἄμεινον μετατροπὴν, ἢ σιδήρῳ τέμνεται, τῆς τῶν ἰατρῶν ἐμπειρίας εἰς τοῦτον καλούσης τῆς ἐπικουρίας τὸν τρόπον, ἤγουν νικᾶται πυρί· οὕτω καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ πολὺ διανεύσασα πρὸς ἀπόστασιν τὴν ἐξ ἀγαθῶν, κἂν εἰ μὴ ταῖς τῶν νουθετούντων εἴκοι φωναῖς, μήτε μὴν ἕλοιτο μεταφαιτᾷν ἐκ τῶν αἰσχιόνων ἐπὶ τὸ ἄμεινον, νικᾶται ταῖς δίκαις, καὶ τοῖς τῆς κολάσεως ἐναλοῦσα βρόχοις, ἀναγκαίαν ποιεῖται τὴν ἐπιστροφήν. Ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· « Πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθείσῃ, Ἱερουσαλήμ. » Ψάλλει δέ τι τοιοῦτον καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, περὶ τῶν ἠγαπηκότων τὸ πολὺ δὴ λίαν ἄγεσθαι πρὸς τὸ πλημμελεῖν· « Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. » Τὰ γάρ τοι σκληρά τε καὶ ἀστοιχείωτα τῶν ἀλόγων ζώων χαλινοῖς περιτρέπουσιν εἰς τὸ εὖ ἔχειν δοκοῦν οἱ πωλοδαμνεῖν εἰωθότες· οὕτω καὶ Θεὸς χρησίμως προσφέρεται τοῖς φιλαμαρτήμοσιν. Οὐκοῦν συνεβούλευον μὲν τῇ Συναγωγῇ προφῆται καὶ δίκαιοι, τῆς τῶν εἰδώλων ἀποφοιτῆσαι λατρείας, καὶ τῆς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἐξηυρημένης ἀποσχέσθαι πλάνης. Καὶ οὐ μέχρι τούτων· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἠπείλει Θεὸς ἐπιθήσειν αὐτοῖς τὰ πάντων αἴσχιστα τῶν κακῶν, εἰ μὴ ἕλοιντο παλινδρομεῖν εἰς τὸ φρονεῖν τε, καὶ δρᾷν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, καὶ φίλα. Οἱ δὲ ἦσαν ἔτι δεινοί τε καὶ ἀτεράμονες καὶ τὴν διάνοιαν ἀκαμπεῖς. Ταύτητοι δορύληπτοι γεγονότες, εἰς Ἀσσυρίους καὶ Μήδους μακροὺς διατετελέκασι χρόνους. Οὗ γεγονότες, καὶ τῷ τῆς δουλείας κατηχθισμένοι ζυγῷ, ἔθουν μὲν ταῖς δαμάλεσιν οὐκέτι· πῶς γὰρ, ἢ πόθεν, οἱ δὲ ἦσαν ἐν ἀφύκτοις κακοῖς; ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν ἐπεκαλοῦντο τὸν Βάαλ, διετέλουν δὲ μᾶλλον τὰς ἑαυτῶν ἀνοιμώζοντες συμφοράς. Τοῦτό τοί φησιν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης· Καὶ ἐξαρῶ τὴν πορνείαν αὐτῆς ἐκ προσώπου μου, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῆς ἐκ μέσου μαστῶν αὐτῆς. Οἰχήσεται γὰρ αἰχμάλωτος, φησὶ, καὶ οὐκ ὄψομαι θύουσαν ἔτι τῷ Βάαλ, οὔτε ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς ἔτι τελοῦσαν ὁλοκαυτώματα, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀγερωχίας μονονουχὶ καὶ ἀπογυμνοῦσαν τοῖς ἰδίοις ἐρασταῖς τοὺς μαστούς. Ἐφησθήσομαι δὲ μᾶλλον ἀλυούσῃ τε, καὶ ταλαιπωρουμένῃ, καὶ ἀνήκεστον ἐχούσῃ συμφορὰν, ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ ὑπὸ δεινοῖς καὶ πικροῖς γεγενημένῃ δεσπόταις. Ἐποίσω δὲ ταῦτα, τῆς ἐμῆς ἐπικουρίας ἀπογυμνώσας αὐτὴν, καὶ ἀσχήμονα καταλελοιπὼς, ὡς ἐν οἷς ἦν ἐν ἀρχαῖς ὁρᾶσθαι γεγενημένην, ὅτε τὸν τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἀχθοφοροῦσα ζυγὸν, γυμνὴ διετέλει τῆς παρ' ἐμοῦ

XII. Qui a voluntate sua ad Deum se non convertunt, nec adduci possunt, ut quæ illi placent exsequantur, verum in flagitiis suis (quæ nescio quomodo suspiciunt) pertinaciter hærent, iis pœna suppliciumque proponitur. Quodnam illud? Ut ad quod se sponte sua accommodare **33** melius fuerat, ad hoc ipsum, tanquam ex necessitate et timore se transferant. Sicut enim vulnera corporum sanatu difficilia et intractabilia, nisi medicamentorum virtuti cedentia mutationem ad sanitatem admittant, aut ferro secantur, peritia medicorum hunc auxilii modum suadente, aut certe igni vincuntur, ita et hominis anima, ad desciscendum a probitate perquam prona, nisi vocibus admonentium locum reliquerit, et a turpitudine ad honestatem transire instituerit, pœnis vincitur, et supplicii laqueis implicata, velit nolit convertitur. Quale est quod apud Jeremiam legimus: « Dolore et flagello erudieris, Jerusalem [11]. » Simile quid psallit et beatus David de iis, quibus volupe est in peccata ruere: « In camo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te [12]. » Asperas enim et adhuc rudes animantes pro arbitrio suo domitores frenis circumagunt; similiter peccatis deditos Deus ad eorum utilitatem tractat. Quocirca consilium dabant Synagogæ prophetæ et justi, uti se ab idolorum cultu removeret, et ab errore, nescio unde invento et introducto, se contineret. Neque hi tantum, sed etiam ipse Deus minabatur, fœdissimis eos se malis exagitaturum, nisi mutata mente, ad cogitanda et facienda quæ ipsi grata et amica essent, regrederentur. Illi vero adhuc asperi et indomiti, et animo præfracto erant. Quare bello capti apud Assyrios et Medos perdiu vixerunt. Ubi cum essent, et jugo servitutis gravarentur, vitulis illi quidem non amplius rem divinam faciebant (qui enim, aut unde facerent, qui malis premebantur inevitabilibus?), sed neque ipsius Baal opem implorabant; quin suas potius calamitates assiduo lamentabantur. Hoc igitur est, quod universorum Dominus ait: Auferam fornicationem ejus a facie mea, et adulterium ejus de medio uberum ejus. Abibit enim captiva, inquit, nec videbo in posterum sacrificantem Baal, nec vitulis aureis ultra offerentem holocausta, et præ multa superbia tantum non etiam amatoribus suis ubera nudantem. Lætabor potius super mœsta, et afflicta, et ærumnis circumventa gravissimis in terra non sua, ferocibusque et acerbis dominis serviente. **34** Inferam autem hæc privatæ auxiliis meis, et relictæ in turpitudine, ut videre liceat constitutam in iis, in quibus fuit a principio, quando jugum Ægyptiæ tyrannidis portans, gratia mea, et dilectione, et legali sapientia destituta manebat. Itaque velut retro regressa Synagoga, rursum fuit in quibus fuerat, medii temporis honore et gloria propter suam stultitiam multata. Hoc nos et ipse Salvator docebat, cum diceret: « Cum immundus spiritus

[11] Jer. VI, 8. [12] Psal. XXXI, 9.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, et non invenit. Tunc dicit : Revertar in domum meam, unde exivi; et veniens invenit vacantem, scopis mundatam et ornatam. Tunc abit, et assumit septem alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi, et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit generationi huic pessimæ [13].» Adhuc enim in Ægypto commorantibus Israelitis spiritus nequam in ipsis, ut idololatris habitabat. Sed ejectus est postea; per Moysen enim ad cognitionem Dei vocati sunt. Postquam autem Dominum occiderunt, et mille se sceleribus obstrinxerunt, facta sunt illis novissima pejora prioribus, non uno tantum, sed grege dæmonum ipsos inhabitante. Anima enim cum cœlestis gratiæ munimentum abjecerit, facillime a Satana capietur. ἐκβέβληται μεταξύ· κέκληνται γὰρ εἰς θεογνωσίαν μυρίοις ἐγκλήμασιν ἔνοχοι, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα ἔτι μόνου, κατοικούσης ἐν αὐτοῖς. Τῆς γὰρ οὐρανίου τε καὶ πάντως εὐάλωτος ἔσται τῷ Σατανᾷ.

Vers. 4. *Et ponam eam in desertum, et statuam eam sicut terram sine aqua, et occidam illam in siti; et filiorum ejus non miserebor, quia filii fornicationis sunt; quia fornicata est mater ipsorum, et dedecoravit eos quæ peperit eos.*

XIII. Sterilem fore ait fornicatricem, aridam, spinas parientem, situculosam et inaquosam, haud terrenis, credo, aquis spoliatam, sed superna cœlestique pinguedine, hoc est, erogatione donorum per Spiritum, quæ in quamlibet animam sapientem ac bonam confert. Psallit enim quodam loco ad Dominum beatus David, et ait : « Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ [14]. » Adeo autem veneranda, et larga erogatione digni censeri debent germani filii, qui cum integritate vixerunt, divinæque charitati nihil præposuerunt. Fornicariam autem inaquosam factam, et in siti **35** morituram affirmat. Atque hoc, ni fallor, est, quod per alios prophetas de ipsa dicitur. Quidam enim sic : « Ecce dies venient, dicit Dominus, et emittam famem super terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. Et ab oriente usque ad occidentem circumcursabunt, quærentes verbum Domini, et non invenient [15]. » Et Jeremias, quasi ex persona Dei : « Dolore et flagello erudieris, Jerusalem, ne recedat anima mea a te, ne faciam te terram inviam, quæ non habitabitur [16]. » Unicuique enim nostrum, ut dixi, sermones per Spiritum immittit Deus, qui possunt alere animos ad vitam æternam, aut etiam per voces sanctorum sæpius pinguefacit. Cum fornicaria igitur matre filios una sine misericordia perituros dicit. Quam ob causam ? Quia filii fornicationis sunt. Nec sane dicimus materni peccati reum esse filium. Occurrit enim nobis, quod alicubi exstat apud Eze-

χάριτός τε καὶ ἀγάπης, καὶ σοφίας νομικῆς. Οὐκοῦν εἰς ὑποστροφὴν, καὶ ἀνόπιν ὥσπερ ἰοῦσα, πάλιν ἐν οἷς ἦν γέγονεν ἡ Συναγωγὴ, τὴν μεταξὺ τιμήν τε καὶ δόξαν ἐξ ἀμαθίας ζημιουμένη. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδασκεν ὁ Σωτὴρ, λέγων· « Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει. Τότε λέγει, Ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου ὅθεν ἐξῆλθον· καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον. Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. Οὕτως ἔσται τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ. » Ἔτι μὲν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διατρίβουσι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐνῴκησεν ὡς εἰδωλολάτραις τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, ἀλλ' διὰ Μωσέως. Ἐπειδὴ δὲ γεγόνασι κυριοκτόνοι, καὶ χείρονα τῶν πρώτων, δαιμονίων ἀγέλης, οὐχ ἑνὸς χάριτος τὴν περιστολὴν ἀποβαλοῦσα ψυχὴ, πάντη

Καὶ θήσομαι αὐτὴν εἰς ἔρημον, καὶ τάξω αὐτὴν ὡς γῆν ἄνυδρον, καὶ ἀποκτενῶ αὐτὴν ἐν δίψει, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς οὐ μὴ ἐλεήσω, ὅτι τέκνα πορνείας ἐστίν· ὅτι ἐξεπόρνευσεν ἡ μήτηρ αὐτῶν, καὶ κατῃσχύνθη ἡ τεκοῦσα αὐτά.

ΙΓ'. Ἄκαρπον ἔσεσθαί φησι τὴν πεπορνευμένην, ξηρὰν καὶ ἀκανθοτόκον, διψάδα καὶ ἄνυδρον, οὐχ ὑδάτων τάχα που τῶν γηΐνων ἐστερημένην, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ πιότητος, τουτέστι, τῆς διὰ τοῦ Πνεύματος χορηγίας, ἣν ἑκάστῃ σοφῇ τε καὶ ἀγαθῇ διανέμει ψυχῇ. Ψάλλει γάρ που πρὸς Θεὸν, καί φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ· « Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι. Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου. Καὶ τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτοὺς, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. » Ἄξιοι δὲ τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ ἀμφιλαφοῦς χορηγίας εἶεν ἂν οἱ γνήσιοι, καὶ βεβιωκότες ὀρθῶς, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν προθέντες οὐδέν. Τὴν δέ γε πεπορνευμένην ἄνυδρον γεγενῆσθαι, καὶ μὴν καὶ ἐν δίψῃ τεθνήξεσθαι λέγει· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ διὰ φωνῆς ἑτέρων προφητῶν περὶ αὐτῆς εἰρημένον. Ὃ μὲν γὰρ ἔφασκεν, « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἐξαποστελῶ λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν· οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου· καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν περιδραμοῦνται, ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν. » Ἱερεμίας δὲ πάλιν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλὴμ, μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχή μου ἀπὸ σοῦ, μὴ ποιήσω σε ἄβατον γῆν, ἥτις οὐ κατοικηθήσεται. » Ἑκάστῳ γὰρ ἡμῶν, ὡς ἔφην, λόγους εἰς νοῦν τοὺς, διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνίησι Θεὸς, ἀποτρέφειν ἰσχύοντας εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἢ καὶ διὰ φωνῆς ἁγίων καταπιαίνει πολλάκις. Συνδιολεῖσθαι δὴ οὖν τῇ πεπορνευμένῃ μητρὶ τὰ τέκνα δεῖν ἔφη, καὶ οἰκτιρμῶν δίχα. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ὅτι τέκνα πορνείας εἰσί. Καὶ οὐ δή πού φαμεν ὅτι τῆς μητρὸς πλημμελήμασιν ὑπόκειται

[13] Matth. XII, 43-45. [14] Psal. XXXV, 8-10. [15] Amos. VIII, 11, 12 [16] Jer. VI, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τέκνον· βαδιεῖται γὰρ ἡμῖν ὅποι ποτὲ τὸ διὰ φωνῆς Ἰεζεχιήλ· « Οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὐδὲ τέκνα ὑπὲρ πατέρων· ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται. » Ἰστέον δὲ μᾶλλον, ὅτι κἂν ἐπινοῆται πρόσωπον πορνευούσης μητρὸς, ὡς ἐν τύπῳ τῆς Συναγωγῆς, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον αὐτοὶ πάλιν ἂν εἶεν οἱ ἐξ αὐτῆς. Λέγων δὲ, ὅτι πορνείας εἰσὶ τέκνα, παρέδειξεν ἐναργῶς, ὅτι τοῖς τῆς νοητῆς πορνείας ἐγκλήμασιν ἔνοχοι καθεστήκασι, καὶ τοῦτο ἐξ αὐτῶν οἱονεὶ σπαργάνων καὶ μήτρας δεδυσσεβηκότες. καὶ οὐδὲ πώποτε τῶν εἰς εὐσέβειαν ἔργων ἁψάμενοι, ἀνεπιτήδευτον δὲ παντελῶς τὴν ἀρετὴν ἐσχηκότες, τὴν ἀνδάνουσαν τῷ Θεῷ τρίβον οὐ τετιμηκότες. Οὕτω καὶ ὁ Ψάλλων φησίν, « Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρὸς, ἐλάλησαν ψευδῆ· » καίτοι παντὸς εὐσεβοῦς, καὶ τοῖς τῆς δικαιοσύνης ἔργοις ἐντεθραμμένου, λαμπρῶς ἀναφωνεῖν δυναμένου πρὸς Θεὸν, « Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας· ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ. » Ὥσπερ δὲ εἰσὶ φωτὸς, καὶ υἱοὶ ἡμέρας νοοῖντ' ἂν εἰκότως, οἱ ὡς ἐν φωτὶ καὶ ἡμέρᾳ πολιτευόμενοι λαμπρῶς τε καὶ εὐσχημόνως· οὕτω κἂν εἰ λέγοιντο πορνείας τέκνα τινὲς, τοὺς ὡς ἐν πορνείῳ, καὶ τῇ λίαν ἐκτοπωτάτῃ ζωῇ νοήσεις πάλιν, οὓς κατοικτείρειν οὐκ ἀξιοῖ, « διότι πεπόρνευκεν ἡ μήτηρ αὐτῶν, κατῃσχυνεν ἡ τεκοῦσα αὐτά. » Κατῃσχυνε δὲ ἑαυτὴν δηλονότι, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς ἀναφύντα τέκνα. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἐν αὐχήμασι τοῖς εἰς ἀρετὴν ὁ δίκαιος· οὕτως ἐν αἰσχύνῃ, καὶ ἐντροπῇ πᾶς δυσσεβής.

A chielem : « Non morientur patres pro filiis, neque filii pro patribus ; unusquisque in peccato suo morietur [17]. » Tenendum potius, quamvis excogitata sit persona fornicantis matris, ut typus quidam Synagogæ, nihilominus æque fornicarios esse, qui ex ea exstiterunt. Cum autem dicit esse filios fornicationis, manifeste ostendit, fornicationis quæ intelligentia percipitur crimine teneri : et hoc quasi ab ipsis fasciis et utero impii fuerint, nec unquam opera pietatis attigerint, nullamque virtuti operam dederint, nec viam Deo placentem magni fecerint. Idem Psaltes : « Alienati sunt peccatores a vulva, erraverunt ab utero, locuti sunt falsa [18], » cum contra quilibet pius et operibus justitiæ innutritus exclamare ad Deum luculente possit : « In te projectus sum ex utero ; de ventre matris meæ Deus meus es tu [19]. » Quemadmodum filii lucis, et filii diei merito queant intelligi, qui ut in luce et die præclare et honeste vitam degunt ; ita etiam si qui filii fornicationis dicantur, intelliges vicissim tanquam in lupanari, et in genere vitæ turpissimo versantes, quos misericordia non dignatur, « quia fornicata est mater eorum ; pudore affecit eos quæ peperit eos. » Pudefecit autem seipsam videlicet, et filios ex se natos. Sicut enim justo sua virtus decori et ornamento, ita cuivis scelerato sua scelera dedecori ac pudori sunt.

B

Εἶπε γὰρ, Πορεύσομαι ὀπίσω τῶν ἐραστῶν μου, τῶν διδόντων μοι τοὺς ἄρτους μου, καὶ τὸ ὕδωρ μου, καὶ τὰ ἱμάτιά μου, καὶ τὰ ὀθόνιά μου, καὶ τὸ ἔλαιόν μου, καὶ πάντα ὅσα μοι καθήκει.

C

36 Vers. 5. *Dixit enim : Vadam ad amatores meos, qui dant mihi panes meos, et aquam meam, et vestimenta mea, et lintea mea, et oleum meum, et omnia quæcunque mihi conveniunt.*

ΙΔ'. Ἐραστὰς αὐτῆς εἶναί φησι τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, περὶ οὓς λέγοιτο ὁ τῆς πορνείας πεποιεῖσθαι τρόπος. Τὸ γὰρ ταῖς ἐκείνων ἕπεσθαι γνώμαις, καὶ τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα πληροῦν, τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἀσελγαίνειν ἁμαρτίαις, καὶ διαβιοῦν αἰσχρῶς, καὶ τῆς ἐσχάτης φαυλότητος ἀναπίμπλασθαι, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐν ὠδῖσιν ἔχειν πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας. Ὥσπερ γὰρ οἱ τὸν θεῖον ὠδίνοντες φόβον, ἀνακεκράγασι πρὸς Θεὸν, « Διὰ τὸν φόβον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν, πνεῦμα σωτηρίου σου ἐκυήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς· » οὕτω καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων ἐπιθυμίαις ἀνέντες τὸν νοῦν ἁπάσης εὐθὺς ἀσεβείας ἐπίμεστον ἔχουσιν, οἱ τῶν θείων ἀποφοιτῶντες νόμων, ἁπάσης φαυλότητος ἐπιτηδευταί. Ἐρασταὶ δὴ οὖν πονηροί τε καὶ ἀλιτήριοι τῶν εἰς ἀσέβειαν ἀπονενευκότων οἱ ἀποστάται δαίμονες, οἷς εἴ τις ἔλοιτο προσέχειν θεοῖς, δυσσεβήσει δεινῶς. Ἀνατίθησι γὰρ αὐτοῖς καὶ ὧν ἂν ἔχοι τὴν χάριν, καὶ ταῖς εὐφημίαις καταγεραίρει πολλάκις, καὶ ἀναφέρει τὰ χαριστήρια, Θεὸν τὸν ἕνα καὶ φύσει καταλελοιπὼς, τὸν χορηγοῦντα τὰ ζωαρκῆ, τὸν οἷά τισιν ἐσθήμασι καταμφιεννύντα τῇ χάριτι, καὶ ταῖς ἄνωθεν ἐπικουρίαις καὶ νοῦν καὶ καρδίαν κατασκιάζοντα, τὸν οἷά περ ἐλαίῳ καταπιαίνοντα,

XIV. Amatores ejus ait esse impuros dæmonas, cum quibus fornicatio quodammodo commissa dici potest. Illorum enim sequi voluntatem, et quæ ipsis placent perpetrare, hoc est, ut existimo, protervius lascivire in peccatis, et turpiter vivere, et se extrema nequitia ingurgitare, et tantum non etiam omne genus immunditiæ parturire. Quemadmodum enim qui timorem divinum parturiunt, clamant ad Deum : « Propter timorem tuum, Domine, in utero accepimus, et parturivimus, et peperimus, spiritum salutis tuæ peperimus super terram [20] ; » ita qui dæmonum cupiditatibus cedunt, illico mentem omni impietate refertam habent, et a divinis legibus discedentes, omnigenam improbitatem consectantur. Eorum igitur, qui ad impietatem deflexerunt, perversi ac pestilentes amatores sunt dæmones apostatæ ; quibus si quis tanquam diis auscultare voluerit, insigniter impius evadet. Illis enim accepta refert quæ habet, et frequenter eos laudibus veneratur, et oblatis muneribus gratias agit, relicto uno et natura Deo : qui vitæ sustentandæ quod sufficiat largitur, qui nos beneficiis veluti convestit, et supernis auxiliis et mentem et cor obumbrat, qui velut oleo pinguedinem conciliat, et pane qui sub intelligen-

D

[17] Ezech. xviii, 20. [18] Psal. lvii, 4. [19] Psal. xxi, 11. [20] Isa. xxvi, 17, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tiam tantum cadit, nutrit ad vitam gloriosam, et nullis sæculis finiendam : qui aqua vivifica ad bonam et spiritualem nos habitudinem alit. Qui autem ad impietatem declinavit, sicut nimirum fornicatrix Synagoga, hunc inquit suos amatores sequi oportere, et illis gratias referre, putareque victum, vestitumque ab illis accepisse. Hoc quippe est, ni fallor, quod ait. Dixit enim : Sequar amatores meos qui dant mihi panes meos, et aquam meam, et vestimenta mea, et lintea, et oleum meum, et omnia quæ mihi conveniunt. Verum prudentes, et boni, et Deo noti amicissimique ad ipsum omnino cœlestium bonorum largitionem, terrenorumque suppeditationem retulerint. Dicent enim, idque sapienter : « Numquid est in idolis gentium pluens? et si cœlum dabit satietatem suam, nonne tu ipse es? et exspectabimus te, **37** quia tu fecisti hæc omnia [21]. » Et clamabunt cum divino David : « Visitasti terram, et inebriasti eam ; multiplicasti locupletare eam[21a]. »

VERS. 6, 7. *Propter ea ecce ego sepio viam ejus in sudibus, et obstruam vias illius, et semitam ejus, et non inveniet : et insequetur amatores suos, et non apprehendet eos : et quæret eos, et non inveniet illos.*

XV. Postquam enim, inquit, in seipsam decrevit mala, et nihil natura sua nefarium prætermisit (dixit enim, sequendos sibi amatores suos, hoc est, improbis seductorum sententiis applicandum animum, ut illis tantum obsequeretur); adhæc, quoniam pro iis quæ ego donavi illi, his, qui nihil profuerunt, dæmonibus, inquam, gratias agit, idcirco cogitationes ejus inanes reddam, resistamque fortiter. Sepiam enim vias ejus sudibus, et muro obstruam semitam, ut neque sequatur amatores suos, neque sibi conducibiles reperiat seductores suos, etiamsi sequi eos fortasse, hoc est, studiose ad eos honorandos colendosque incumbere voluerit. Sudes seu palos præacutos appellat casus quos expertus est Israel; bella dico, captivitates, famem, pericula, diuturnam servitutem. Nam semel a Persis et Medis subjugati, non per otium ad Baal, neque ad vitulos aureos accedebant; sed necesse erat, ut a Deo concessa et charissima libertate privati, et quærentes quidem quæ domi habuerant, illis autem egentes, et dominantium jugo oppressi, consuetis de cætero fungi non possent, sed lamentarentur potius, et malis atrocissimis velut ebrii, damnarent jam seductores; quandoquidem ex frustra speratis utilitatem nullam capere licuisset. Nihil quippe adjuti sunt aut Baal eos defendente, (quid enim lignum mutum faceret?) aut certe vitulis aliquem eos juvandi modum excogitantibus. Erant enim « aurum opera manuum hominum, » ut scriptum est [22]. Obstruuntur itaque viæ, Deo peccare solitis semitam ad improbitatem haud complanante, sed utiliter

A ἄρτῳ τῷ νοητῷ τρέφοντα πρὸς ζωὴν τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀμήρυτον, τὸν ὕδατι τῷ ζωοποιῷ πρὸς εὐεξίαν ὑμᾶς τρέφοντα τὴν πνευματικήν. Ἀλλ' ὅ γε πρὸς ἀσέβειαν διανενευκὼς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ πεπορνευμένη Συναγωγὴ, τοῖς ἰδίοις ἐρασταῖς ἔφη δεῖν ἕπεσθαι, καὶ αὐτοῖς ἀνάπτειν τὰ χαριστήρια, καὶ παρ' αὐτῶν ἡγεῖσθαι λαβεῖν τά τε εἰς τροφὴν καὶ ἀμφίασιν. Τοῦτὶ γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, Εἶπε γὰρ, Ἀκολουθήσω ὀπίσω τῶν ἐραστῶν μου, τῶν διδόντων μοι τοὺς ἄρτους μου, καὶ τὸ ὕδωρ μου, καὶ τὰ ἱμάτιά μου, καὶ τὰ ὀθόνιά μου, καὶ τὸ ἔλαιόν μου, καὶ πάντα ὅσα μοι καθήκει. Ἀλλ' οἵ γε σοφοί τε καὶ ἀγαθοὶ, καὶ Θεῷ γνώριμοι, καὶ οἰκειότατοι, αὐτῷ δὴ πάντως ἀναθεῖεν ἂν τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν τὴν ἐπίδοσιν, καὶ τῶν ἐπιγείων τὴν χορηγίαν. Ἐροῦσι γὰρ δὴ, καὶ B λίαν ἐμφρόνως· « Μή ἐστιν ἐν τοῖς εἰδώλοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων; καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ, οὐχὶ σὺ εἶ ὁ αὐτός; καὶ ὑπομενοῦμέν σε, ὅτι σὺ ἐποίησας ταῦτα πάντα. » Συνανακράζονται δὲ καὶ αὐτῷ τῷ θεσπεσίῳ Δαβὶδ· « Ἐπεσκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν, ἐπλήθυνας τοῦ πλουτῆσαι αὐτήν. »

Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι, καὶ ἀνοικοδομήσω τὰς ὁδοὺς, καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς, καὶ οὐ μὴ εὕρῃ· καὶ καταδιώξεται τοὺς ἐραστὰς αὐτῆς, καὶ οὐ μὴ καταλάβῃ αὐτούς· καὶ ζητήσει αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ εὕρῃ αὐτούς.

ΙΕ'. Ἐπειδὴ γὰρ βεβούλευται, φησὶ, πονηρὰ καθ' ἑαυτῆς, καὶ τῶν ἀδικεῖν πεφυκότων παραλέλοιπεν οὐδέν· ἔφη γὰρ, δεῖν κατακολουθεῖν ἐλέσθαι τοῖς ἰδίοις ἐρασταῖς, τουτέστι, ταῖς τῶν πεπλανηκότων C ἀνοσίοις γνώμαις ἀπονέμειν τῆς διανοίας τὴν ῥοπὴν, ὡς μόνα πληροῦσα τὰ ἐκείνων· καὶ ἐπειδὴ πρὸς τούτῳ τῶν δεδωρημένων αὐτῇ παρ' ἐμοῦ τοῖς οὐδὲν ὠφεληκόσι τοῖς δαίμοσιν ἀνάπτει τὰ χαριστήρια, ταύτῃτοι ματαίαν αὐτῆς ἀποφανῶ τὴν σκέψιν, καὶ ἀντιτάξομαι γενικῶς. Φράζω γὰρ αὐτῆς τὴν ὁδὸν ἐν σκόλοψι, καὶ τειχιῶ τὴν τρίβον, ὡς ἂν μήτε κατακολουθήσῃ τοῖς ἰδίοις ἐρασταῖς, μήτε μὴν εὕρῃ χρησίμους τοὺς πεπλανηκότας, κἂν εἰ διώκειν ἕλοιτο τυχὸν αὐτοὺς, τουτέστιν, ἐγκεῖσθαι σπουδαίως ταῖς εἰς αὐτοὺς τιμαῖς καὶ λατρείαις. Σκόλοπας δὲ εἶναί φησι τὰ συμβεβηκότα τῷ Ἰσραὴλ δυσχερῆ, τοὺς πολέμους δὴ λέγω, τὰς αἰχμαλωσίας, τὸν λιμὸν, τοὺς κινδύνους, τὴν ἐνδουλείαν τριβήν. Γεγονότες γὰρ ἅπαξ ὑπὸ Μήδοις καὶ Πέρσαις, οὐκ ἐν σχολῇ προσῄεσαν τῷ Βάαλ, οὐδὲ ταῖς D δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς· ἀλλ' ἦν πως ἀνάγκη, τὸ, καὶ αὐτῆς τῆς ἄνωθεν, καὶ φιλτάτης ἐλευθερίας ἐστερημένους, καὶ ζητοῦντας μὲν τὰ οἰκοι, πτωχεύοντας δὲ, καὶ ταῖς τῶν κρατούντων πλεονεξίαις πεπιεσμένους, οὐκέτι μὲν δύνασθαι τὰ συνήθη πληροῦν· ὀλοφύρεσθαι δὲ, μᾶλλον, καὶ ταῖς ἀνηκέστοις καταμεθύειν συμφοραῖς, καταγινώσκοντας ἤδη τῶν πεπλανηκότων, ὡς οὐδὲν ἀπόνασθαι μετὸν αὐτοῖς τῶν ἐν ἐλπίσι κεναῖς. Ὠφέληνται γὰρ οὐδὲν, ἢ τοῦ Βάαλ ἐπαμύνοντος· τί γὰρ ἂν ἔδρασε τὸ ἄφωνον ξύλον; ἦγουν τῶν δαμάλεων ἐπικουρίας αὐτοῖς ἐπινοούσῶν τινα τρόπον. « Χρυσὸς, » γὰρ ἦν, « ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, » κατὰ τὸ γεγραμ-

[21] Jerem. XIV, 22. [21a] Psal. LXIV, 10. [22] Psal. CXIII, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μένον. Ἀποφράττονται τοίνυν αἱ ὁδοὶ Θεοῦ, μὴ καταλειαίνοντος τοῖς φιλαμαρτήμοσι τὴν εἰς φαυλότητα τρίβον, ἀποτραχύνοντος δὲ χρησίμως, καὶ οὐκ ἐφιέντος αὐτοῖς δι' εὐμαρείας ἴεσθαι ἐπὶ τὸ φληνάφως δοκοῦν. Ὡς ἂν οὐχ ἑκόντες ἐγκόπτοιντο, καὶ μεταχωρεῖεν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, διὰ πείρας αὐτῆς ἐκμεμαθηκότες, ὡς ἔστι παντὶ τῷ τὸ πλημμελεῖν οὐκ ἀζήμιον.

A asperante, nec eos permittente expedite ferri, quo stulte concupiscunt; ut nolentes impediantur, et ad frugem transeant, ubi ipsa experientia didicerint, neminem peccantem impune laturum.

Καὶ ἐρεῖ, Πορεύσομαι, καὶ ἐπιστρέψω πρὸς τὸν ἄνδρα μου τὸν πρότερον, ὅτι καλῶς μοι ἦν τότε ἢ νῦν.

38 *Et dicet: Vadam, et revertar ad virum meum priorem, quia melius mihi tunc erat, quam nunc.*

ΙϚ'. Σώζει μὲν ὁ λόγος ἔτι τὸν αὐτῷ πρέποντα τρόπον· ὡς γὰρ ἐπὶ πόρνης γυναικὸς ἀπ' ἀρχῆς συντέθειται μέχρι τέλους. Διὰ τοῦτο, φησὶ, ὅτι μεταγνώσεται, καὶ ἐρεῖ, Πορεύσομαι πρὸς τὸν ἄνδρα μου τὸν πρότερον, ὅτι καλῶς μοι ἦν τότε ἢ νῦν. Πλὴν ἄθρει κἀν τούτῳ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ ἐν ὀργῇ παιδεύοντα, καὶ ὠφελοῦντα ποικίλως, καὶ ταῖς τῶν δεινῶν ἐπαγωγαῖς ἀνασειράζοντα τοὺς πεπλανημένους, καὶ μεταποιοῦντα πρὸς τὸ συμφέρον. Ὅταν γάρ, φησὶν, ἀποπεφραγμένας ἴδῃ τὰς ἑαυτῆς ὁδοὺς ἐν σκόλοψι, τότε δὴ τότε μεταβουλεύσεται, καὶ ὅπερ ἦν ἄμεινον ἐλέσθαι ὁρᾷν, οὕπω τῶν ἀνιαρῶν εἰσδεδληκότων, κἂν γοῦν ὀψὲ, καὶ μετὰ πεῖραν ἁρπάσῃ· ἀγαπήσει γὰρ τότε τὰ παρὰ Θεῷ, καὶ τῶν μεταξὺ πλημμελημάτων ὡς ἐκ λογισμοῦ τοῦ σώφρονος ἀλογήσασα, μεταχωρήσει λοιπὸν πρὸς τὸ θελῆσαι τὸ ἐν ἀρχαῖς, καὶ θαυμάσει τὰ παρὰ Θεῷ, καὶ ἀσυγκρίτοις αὐτὰ διενεγκόντα διαφοραῖς, καθάπερ ἐκ μέθης ἀνανήψασα κατόψεται μόλις. Οὐκοῦν οὐκ ἀνόνητον τὸ παιδεύεσθαι, κἂν εἰ ἔχοι τυχὸν τὸ παρ' αὐτοῦ λυποῦν. Καὶ τοῦτο εἰδότες οἱ προφῆταί φασι, « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε. » Γράφει δὲ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός· τίς γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; » Δείκνυσι δὲ τὸ ἐκ τοῦ παιδεύεσθαι γλυκύ τε καὶ ὀνησιφόρον, οὕτως λέγων· « Πᾶσα παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον μέντοι καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. »

B Verumtamen etiam in hoc universorum Deum, et in ira corripientem, et multimodis consulentem, et plagis adhibendis eos qui aberraverunt, retrahentem, et ad salutaria immutantem intuere. Cum enim, inquit, vias suas sudibus seu palis obseptas animadverterit, tunc tunc mutabit consilium; et quod agere velle præstabat, tristibus nondum illapsis, vel sero et post experientiam arripiet. Diliget enim tunc a Deo præscripta, et peccatis medio in tempore commissis, ut prudenti ratiocinatione posthabitis, ad voluntatem pristini cultus se postmodum recipiet: et quæ Dei sunt admirabitur; discrimineque incomparabili præcellentia, velut ex se ebrietate recipiens, vix tandem perspiciet. Quamobrem castigari minime incommodat, etsi forte per se molestiam generat. Quod prophetæ scientes, dicunt: « Corrige nos, Domine [23]. » Et scribit Paulus: « Si disciplinam sustinetis, tanquam filiis vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater [24]? » Deinde disciplinæ suavitatem et commoditatem his verbis explanat: « Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit justitiæ [25]. »

Καὶ αὕτη οὐκ ἔγνω, ὅτι ἐγὼ ἔδωκα αὐτῇ τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ἀργύριον ἐπλήθυνα αὐτῇ. Αὕτη δὲ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ ἐποίησε τῇ Βάαλ.

Vers. 8. *Et ipsa non cognovit, quia ego dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicavi ei. Hæc autem argentea et aurea fecit Baal.*

ΙΖ'. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἂν ἔλοιτο, φησὶ, τοῖς ἰδίοις ἔτι κατακολουθεῖν ἐρασταῖς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. Κατορθώσῃ γὰρ τοῦτο, καὶ λίαν εὐκόλως, τῷ φράττεσθαι μὲν τὴν ὁδὸν αὐτῆς, καὶ τὰς τρίβους ἀνατειχίζεσθαι, καὶ κατ' οὐδένα παντελῶς εὐοδοῦσθαι τρόπον. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τῷ Θεὸν ὑπάρχειν οἴεσθαι τὸν Βάαλ, ἀνατέθεικεν αὐτῷ καὶ τῶν παρ' ἐμοῦ κεχορηγημένων αὐτῇ τὰ χαριστήρια, καὶ πρὸς τοῦτο βουλεύσομαι τὰ εἰκότα, ὡς ἂν ἀναμάθοι, τίς ὁ διδοὺς, καὶ τῶν ὅλων ἔχων τὴν ἐξουσίαν. Δέδωκα μὲν γὰρ τὰ ζωαρκῆ· σῖτον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ ἀργύριον ἐπλήθυνα αὐτῇ. Ἀλλὰ ταῖς ἐμαῖς φιλοτιμίαις εὐχαριστῆσαι δέον, εἰς δόξαν αὐτὰ πεποίηται τῇ Βάαλ, ὃ δὴ τῆς ἐσχάτης ἐστὶν ἀναισθησίας τε ὁμοῦ καὶ ἀχαριστίας ἀπόδειξις ἐναργής· καὶ οὐκ ἀνικάνως τὸ χρῆμα ἔχει

XVI. Servat adhuc oratio convenientem sibi modum: de muliere siquidem meretrice ab initio usque ad finem instituta est. Idcirco, inquit, pœnitebit eam consilii, et dicet: Vadam ad virum meum priorem, quia melius mihi tunc erat quam nunc.

XVII. Quin igitur nolit amplius sequi amatores suos, inquit, nemo dubitaverit. Hoc enim probe et facillime fiet, si obseptatur via ejus, et obstruantur semitæ, et rebus utatur minime omnium secundis. Quoniam vero præterquam quod Baal pro Deo reputavit, etiam quæ a me suppeditata fuerant, eidem in acceptis retulit, eique gratias egit, etiam propter hoc statuam consentanea, ut discat quis sit qui dederit: et penes quem sit omnium potestas. Dedi enim vitæ sustentandæ necessaria; frumentum, vinum, oleum, et argentum multiplicavi ei. Verum **39** cum munificentiæ meæ gratias deberet, ea in decus et gloriam Baal convertit, quod extremi sane stuporis simul et animi ingratissimi apertum est argumentum: et ad Deum quantumvis omnis man-

[23] Jerem. x, 24, [24] Hebr. xii, 7. [25] ibid. 11.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

suetudinis fontem et originem meritissimo exacerbandum sufficit.

Gravissimum est igitur et pœna dignum, liberalitatem beneficiorum a Deo præstitorum iis velle ascribere, qui ejus gloriam imminuunt ac profligant, hoc est, immundis dæmonibus, quod quidam in terris faciunt, Græci puta, et hæretici. Nam illi, cum Deus homini sapientiam et orationem impertiverit, eloquentiæ suæ facultatem dæmonum honoribus celebrandis largiuntur. Hæreticorum autem Deo exosæ et impiæ turbæ dolosis sententiarum inventis quibusdam nocent, et simpliciorum mentes pervertunt, et laqueos ad perdendos homines, sicut scriptum est[86], paraverunt. Ambo igitur coluerunt Baal : et tantum non velut ex divitiis, quæ mente cernuntur, et ad Deum pertinent, pro splendido anathemate, ad illius idoli gloriam offerunt. Et ita, opinor, spiritualiter convenientissime intelligitur quod dicitur : Ego dedi frumentum et vinum et oleum, et argentum multiplicavi ei : ipsa vero argentea et aurea fecit Baal. Tribuenda sunt igitur Deo quæ Dei sunt. Datorem enim et præbitorem omnium bonorum nostrorum inaurari convenit per ea, quæ ab ipso habemus, seu illustris sit oratio, seu ad vera mysteria percipienda mens idonea.

VERS. 9, 10. *Propter hoc revertar, et tollam triticum meum in tempore suo, et vinum meum in tempore suo, et auferam vestimenta mea, et lintea mea, ne operiant ignominiam ejus. Et nunc revelabo immunditiam ejus in conspectu amatorum illius, et nullus eruet eam de manu mea.*

XVIII. Cernis quomodo minatus sit ablaturum se, quæ delectare solent, nec id inutiliter? Sicut namque viam ejus palis defixis asperari ad complectenda salubriora inducebat, faciebatque vel invitam dicere : Revertar ad virum meum priorem, quoniam melius mihi tunc erat, quam nunc, experientia enim cognorat, quid utilitatem conciliaret, et in quibus præstaret libenter habitare : ita si abstulero, inquit, quæ mea sunt, tunc omnimodis erogatorem requiret, et dæmonibus gratam se exhibere designet; eosque vere deos arbitrari, ut etiam sibi subjectos in pristinam felicitatem restituere 40 queant. Et tempore suo frumentum, et vinum, et lintea ablaturum dicit, fallentibus forte suo tempore frugibus, et maturitate eos destituente, ut in terra colenda labores manes fuisse toleratos appareat. Quod si quis malit intelligere Judæos frumento et vino suo tempore privatum iri, utpote mystica benedictione spoliatos, probe intelliget. Lintea autem dicit supernum auxilium, quo quasi coopertus quispiam decorus erit : extra id non jam valde decens, sed admodum indecens, et tanquam nudus inter homines permanebit. Sic ergo ablationem linteorum, ne tegant ignominiam ejus, intelligas licet. Revelaturum porro im-

[86] Psal. LVI, 7.

A πρός γε τὸ δεῖν καὶ σφόδρα δικαίως παροτρύναι Θεὸν, κἂν εἰ πάσης ἡμερότητος πηγὴ νοοῖτο καὶ γένεσις.

Πάνδεινον οὖν ἄρα, καὶ δίκης οὐκ ἀμοιροῦν, τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων τὴν φιλοτιμίαν ἀνατιθέναι ζητεῖν τοῖς τὴν δόξαν αὐτοῦ παραλύουσι, τουτέστι, τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, ὃ δὴ καὶ ποιοῦσι τῶν ἐν κόσμῳ τινές. Ἕλληνες δὲ οὗτοι, καὶ αἱρετικοί. Οἱ μὲν γὰρ, Θεοῦ διδόντος ἀνθρώπῳ σοφίαν καὶ λόγον, τὴν τῆς εὐγλωττίας δεινότητα ταῖς τῶν δαιμονίων χαρίζονται δόξαις. Τὰ δέ γε τῶν αἱρετικῶν θεομισῆ καὶ ἀνόσια στίφη πολυπλόκων ἐννοιῶν εὑρέμασι κατασίνονταί τινας, καὶ τὸν τῶν ἁπλουτέρων καταστρέφουσι νοῦν, καὶ παγίδας ἔστησαν διαφθεῖραι ἄνδρας, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὐκοῦν ἄμφω τετιμήκασι τὸν Βάαλ,
B μόνον δὲ οὐχὶ καθάπερ ἐκ πλούτου νοητοῦ λαμπρὸν ἀνάθημα προσκομίζουσιν εἰς δόξαν αὐτῶν τὰ περὶ Θεοῦ. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ πνευματικῶς εὖ μάλα νοούμενον, τὸ, Ἐγὼ δέδωκα τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ἀργύριον ἐπλήθυνα αὐτῇ· αὐτὴ δὲ ἀργυρᾷ, καὶ χρυσᾷ ἐποίησε τῇ Βάαλ. Ἀναθετέον οὖν ἄρα Θεῷ τὰ αὐτοῦ. Τὸν γάρ τοι παντὸς ἡμῖν ἀγαθοῦ δωτῆρα καὶ χορηγὸν καταχρυσοῦσθαι πρέπει δι' ὧν ἂν ἔχοιμεν παρ' αὐτοῦ, κἂν εἰ λαμπρὸς εἴη λόγος, κἂν εἰ νοῦς ἔχων ἐπιτηδείως πρὸς τὸ δύνασθαι νοεῖν ἀληθῆ μυστήρια.

Διὰ τοῦτο ἐπιστρέψω, καὶ κομιοῦμαι τὸν σῖτόν μου καθ' ὥραν αὐτοῦ, καὶ τὸν οἶνόν μου ἐν καιρῷ
C *αὐτοῦ, καὶ ἀφελοῦμαι τὰ ἱμάτιά μου, καὶ τὰ ὀθόνιά μου, τοῦ μὴ καλύπτειν τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς. Καὶ νῦν ἀποκαλύψω τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῆς ἐνώπιον τῶν ἐραστῶν αὐτῆς, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ ἐξέληται αὐτὴν ἐκ χειρός μου.*

ΙΗ'. Ὁρᾷς ὅπως ἠπείλησε τὴν ἀφαίρεσιν τῶν κατευφραίνειν εἰδότων, καὶ τοῦτο χρησίμως· ὥσπερ γὰρ τὸ ἀποτραχύνεσθαι τοῖς σκόλοψι τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἐλέσθαι φρονεῖν τὰ ἀμείνω παρήνεγκε, παρεσκεύασε δὲ ὥσπερ καὶ οὐκ ἐκοῦσαν εἰπεῖν, Ἐπιστρέψω πρὸς τὸν ἄνδρα μου τὸν πρότερον, ὅτι καλῶς μοι ἦν τότε,
D ἢ νῦν· ἔγνω γὰρ διὰ πείρας τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν, καὶ οἷς ἦν ἄμεινον ἐμφιλοχωρεῖν· οὕτως εἰ λάβοιμι τὰ ἐμαυτοῦ, φησὶ, τότε δὴ πάντως ζητήσει τὸν χορηγὸν, καὶ παύσεται τοῦ δεῖν ἀνάπτειν τοῖς δαιμονίοις τὰ χαριστήρια, οἴεσθαί τε ὅτι θεοὶ κατὰ ἀλήθειάν εἰσιν, ὡς καὶ ἀνασώζειν δύνασθαι τοὺς ὑπ' αὐτοῖς γεγονότας. Καὶ ἐν καιρῷ δὲ λήψεσθαι τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὰ ὀθόνια φησὶ, ψευδομένων τάχα που κατὰ καιροὺς τῶν καρπῶν, καὶ ὑστεριζόντων αὐτοῖς τῶν ὡρίμων· ὡς ματαίους ἀνατλῆναι καὶ τοὺς ἐπί γε τῇ γηπονίᾳ πόνους. Εἰ δὲ δή τις ἔλοιτο νοεῖν ὅτι σίτου καὶ οἴνου στερηθήσονται κατὰ καιροὺς Ἰουδαῖοι, τῆς μυστικῆς εὐλογίας ἐκπεπτωκότες, συνήσει καλῶς. Ὀθόνια δέ φησι τὴν οἱονεὶ περιστολὴν, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν, ὑφ' ᾗ γεγονὼς ἔσται τις εὐσχήμων. Εἰ δὲ ἔξω φέροιτο, περικαλλὴς μὲν οὐκέτι, πολὺ δὴ λίαν ἀσχήμων, καὶ οἱονεὶ γυμνὸς διατελέσει κατὰ τὸν κόσμον. Ὧδε μὲν οὖν τὴν τῶν ὀθονίων γοή-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σεις ἀφαίρεσιν, ὑπέρ γε τοῦ μὴ καλύπτεσθαι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς. Ἀποκαλύψειν δὲ τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῆς ἐπαγγέλλεται, καὶ τῶν ἐραστῶν αὐτῆς ἐναντίον, κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον, ὃν ἐλέγομεν ἀρτίως, ὅτι περιπεσοῦσα τοῖς σκόλοψι, τουτέστι, τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου κακοῖς, καὶ ταῖς ὅτι μάλιστα καταπλήττειν δυναμέναις συμφοραῖς, καὶ αὐτῶν ἀμελήσει τῶν ἐν ὑπολήψει θεῶν, οὐκ ἐν σχολῇ προσάγουσα θυσίας αὐτοῖς, οὔτε μὴν τὰ συνήθη πληροῦν δυναμένη πρὸς δόξαν αὐτῶν. Κατακερτομοῦσα δὲ μᾶλλον, ὡς οὐδὲν αὐτῶν ἀπόνασθαι μετὸν, καὶ κατονειδίζουσά πως τὸ ἄναλκι παντελῶς, « Ὑποστρέψω, » φησὶ, « πρὸς τὸν ἄνδρα μου τὸν πρότερον, ὅτι καλῶς μοι ἦν τότε, ἢ νῦν. » Ὅταν τοίνυν ἀπαμφιέσω μὲν αὐτὴν τῆς παρ' ἐμοῦ, φησὶν, ἐπικουρίας, περιπεσοῦσα δὲ τοῖς δεινοῖς, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀλογήσῃ τιμῆς καὶ ἀγάπης, τότε καὶ αὐτοῖς ἀσχήμων ὀφθήσεται, σαθρῷ καὶ κολάζοντι νῷ διαπτύσασα καὶ αὐτούς. Ὅσον γὰρ ἦκει εἰς τὸ ἐκείνοις ἡδὺ καὶ φίλον, τληπαθῆ μᾶλλον ὁρᾶσθαι χρή. Καὶ οὐδὲ ἐν αὐταῖς οὖσαν ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς, τῶν αὐτοῖς δοκούντων ἐπιλανθάνεσθαι. Οὐκοῦν ὅσον ἦκει εἰς τὸ ἐκείνων θέλημα, καὶ παρ' αὐτοῖς ἀσχήμων ὁ Ἰσραὴλ, οὓς νενόμικεν εἶναι θεοὺς, οὐ μέχρι παντὸς ἀγαπᾷν ἠρημένος. Δοκεῖ δέ μοι φάναι τι τοιοῦτον ὁ μακάριος Ἠλίας· « Ἕως πότε ὑμεῖς χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις; Εἰ ἔστι Κύριος ὁ Θεὸς, πορεύεσθε ὀπίσω αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὁ Βάαλ αὐτὸς, πορεύεσθε ὀπίσω αὐτοῦ· » ὁ ἑτέρωθί φησιν· « Ἢ Βάαλ, Βάαλ, ἢ Θεῷ Θεῷ » Ὅτι δὲ οὐδεὶς ἀπαλλάξειε τοὺς ἅπαξ ὑπὸ θείαν γεγονότας ὀργὴν, οὐδ' ἂν ὀρθώσειέ τις τὸν κατερριμμένον παρὰ Θεοῦ, ἐκ χειρός μου. »

munditiam, et coram amatoribus ejus promittit eo modo quo jam dicebamus. Quoniam cum inciderit in palos, hoc est, in calamitates belli, et in detrimenta, quæ percellere maxime possunt, et ipsos quos putabat negliget deos, non in otio iis hostias immolans, nec consueta ad ipsorum gloriam præstare potis. Quinimo conviciis insectans, ut inutiles, et quodammodo summam ipsis imbecillitatem exprobrans : « Revertar, inquit, ad virum meum priorem, quoniam melius mihi tunc erat, quam nunc. » Quando igitur, inquit, exuero ipsam auxiliis meis, et in mala devenerit, honoremque et dilectionem eorum contempserit, animoque ægroto ac pœnitente ipsos despuerit, tunc illis indecora videbitur. Nam quoad illis suavia et amica spectat, calamitosa potius videatur necesse est, si neque cum summis conflictatur miseriis, eorum quæ ipsis placent obliviscatur. Quod ergo ad eorum voluntatem attinet, etiam apud ipsos quos putavit deos esse deformis est Israel, quando eos diligere cessavit. Existimo porro tale quidpiam dixisse beatum Eliam : « Usquequo vos claudicabitis ambobus poplitibus vestris? Si est Dominus Deus, ite post eum ; si autem Baal est, ite post eum [27]. » Quod alibi ait : « Aut Baal Baal, aut Deo Deo. » Neminem autem eos liberare posse, qui semel in iram Dei inciderint, nec erigere, et instaurare quem Deus projecerit, ostendit cum dixit : « Nemo eruet eam de manu mea. »

Καὶ ἀποστρέψω πάσας τὰς εὐφροσύνας αὐτῆς, ἑορτὰς αὐτῆς, καὶ τὰς νουμηνίας αὐτῆς, καὶ τὰ Σάββατα αὐτῆς, καὶ πάσας τὰς παρηγύρεις αὐτῆς.

41 VERS. 11. *Et avertam omnes lætitias ejus, solemnitates ejus et neomenias ejus, et Sabbata ejus, et cunctas festivitates ejus.*

ΙΘ'. Οἱ γὰρ ὅλως τοῖς οὕτω σκληροῖς καὶ ἀφύκτοις ἐνειλημμένοι κακοῖς, ὡς καὶ ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι βαρβαρικὴν, καὶ ἐν δορυκτήτων μοίρᾳ δουλεύειν ἐχθροῖς, πῶς ἂν ἑορτάσειαν; Ἢ ποῖον ἂν ἔχοιεν εὐφροσύνης καιρὸν, οἱ ταῖς οὕτω δριμείαις κατηχθημένοι φροντίσι, καὶ ἀφορήτοις λύπαις ἐντετηγμένοι; Καίτοι, πῶς οὐκ ἄμεινον ἐκεῖνο νοεῖν, ὡς πρέποι ἂν μᾶλλον τοῖς εἰς τοῦτο ταλαιπωρίας ἐνηνεγμένοις, ἀναχραγεῖν τὸ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας εὖ μάλα παραφωνούμενον· « Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών; » Ἀνεπιτήδευτον δὲ παντελῶς τὸ ἑορτάζειν ἔχοντες, οὐδὲν ἧττόν φασι· « Πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; » Οὐκ ἐφιέντων, οἶμαί που, τῶν Βαβυλωνίων τὰς νενομισμένας αὐτοῖς λατρείας, καὶ τὰ οἴκοι φίλα τε καὶ ὡς ἐν ἔθει πληροῦν. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο ἐρεῖ τις· Εἰ πρὸς τὸ λατρεύειν εἰδώλοις ἀπονένευκεν ὁ Ἰσραὴλ, πῶς ἂν μὴ καὶ αὐτῶν κατὰ νόμον ἑορτῶν, Σαββάτων τε καὶ νουμηνιῶν; Πρὸς δὴ τοῦτο φαμὲν, ὅτι παρώλισθον μὲν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καὶ προσκεκυνήκασι τῷ Βάαλ καὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς, οὐ μὴν εἰσάπαν ἀπ-

XIX. Qui enim prorsus adeo sævis et ineluctabilibus circumsepti erant incommodis, ut et barbaris subjecti essent, et ut bello capti servirent, quomodo festum celebrarent? aut quam lætitiæ opportunitatem haberent, qui tam acribus curis vexabantur, et intolerandis ægritudinibus contabescebant? Quanquam, cur non malimus ita intelligere, futurum ut tantis ærumnis obruti non absurde exclament, quod Psaltæ lyra verissime ipsis accinuit : « Super flumina Babylonis illic sedimus, et flevimus, dum recordaremur tui, Sion [28]? » Et licet festis actitandis nullam penitus operam darent, lege sancitas in divino cultu cærimonias, et quæ domi grata et usitata obibant, Babyloniis, credo, non permittentibus : nihilominus aiunt [29] : « Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? » Sed forsitan objiciet quispiam : Si ad colenda idola declinavit Israel, quomodo non etiam ab ipsis festis lege institutis, et Sabbatis, et neomeniis? Respondemus, prolapsum quidem esse a charitate in Deum, et adorasse Baal et vitulos aureos : non tamen omnia per Moysen sancita repudiasse. Imo

[27] III Reg. XVIII, 21. [28] Psal. CXXXVI, 1. [29] Ibid. 4.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

perseverabant ambobus poplitibus claudicantes incedere, juxta prophetæ vocem [30], ut neque Baal absolute, neque Deum universorum pure ac sincere vellent adorare. Quamobrem et festa, et celebritates, et lætitias, et Sabbata amiserunt, nec Deo permissi legitima persolvere, neque Baal quos solebant festos conventus agentes.

Potest hoc et aliam, eamque veram, et aptissimam habere sententiam. Recedentes a Deo, et charitatem ejus aspernatos, necesse est tristari et ab omni hilaritate refugere. « Non enim est gaudium impiis, dicit Dominus [31], » quibus vermis sempiternus reservatur [32]. Bonis autem et pium ac divini timoris plenum scopum habentibus decorum fuerit et merito, lætari super omnibus bonis : « lætitia enim sempiterna super caput eorum, » secundum Scripturam ; « aufugitque ab eis dolor, tristitia et gemitus [33]. » Quibus et Paulus scribit : « Gaudete in Domino semper; iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus [34]. » **42** Et enim ut supplicium sceleratos omnino sequitur, ita et superna opulentia sequetur eos, quorum propositum fuerit vitam virtute conspicuam exigere.

VERS. 12. *Et disperdam vineam ejus, et ficus ejus de quibuscunque dixit, Mercedes meæ sunt istæ, quas dederunt mihi amatores mei. Et ponam ea in testimonium, et comedent ea volucres cœli, et bestiæ agri, et reptilia terræ.*

XX. Hoc rursum aliis verbis dici potest, nempe illis : « Auferam frumentum meum tempore suo, et vinum meum tempore suo. » Postquam enim Israel fructuum copiam temporibus suis exsistentem dæmonum virtuti et beneficentiæ ascribens, insipientissime ipsis, non Deo potius gratum se ostendit; idcirco, inquit, disperdam et corrumpam ea, per quæ male seducta est, dicens se mercede conductam ab amatoribus suis. Et venuste, tanquam de muliere libidinosa conceptus est sermo. Revera enim existimabat Israel, tempestivorum fructuum ubertatem, et terræ fertilitatem qua potiebatur, in pretium et remunerationem honoris et cultus, quem idolis adhiberet, sibi rependi. Quod autem omni propterea securitate et jucunditate animi præfruerentur, hanc et solam causam eos putavisse, facillime quis ex Jeremiæ verbis intellexerit. Redacta enim in hostium potestatem Hierosolyma, cum quidam belli aciem hostilemve gladium evasissent, in Ægyptum descenderunt, et divino mandato propheta cum ipsis. Illic igitur ab idololatriæ inquinamentis abstinendum, et ad Deum recurrendum suasit. Tum mulierecularum infelix et stultissimum agmen, prophetæ verbis adversando, impudenter garriebat : « Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Do-

A ὡσαντο τὰ διὰ Μωσέως. Διετέλουν δὲ μᾶλλον ἐπ' ἀμφω βαίνοντες, καὶ σκάζοντες, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν, ὡς μήτε τῷ Βάαλ ὁλοτρόπως, μήτε μὴν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ καθαρῶς ἐλέσθαι προσκυνεῖν. Οὐκοῦν ἐκπέπτωκεν ἑορτῶν τε καὶ πανηγύρεων, καὶ εὐφροσυνῶν, καὶ Σαββάτων, οὔτε Θεῷ πληροῦν τὰ ἐν νόμῳ συγχωρούμενος, οὔτε μὴν τῷ Βάαλ τὰς ἐν ἔθει πανηγύρεις ἐπιτελῶν.

πάντες οἱ λόγοι μου, οὓς ἂν λαλήσω. Ὅτι λαλήσω λόγον, καὶ ποιήσω, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. » Τοιοῦτό τί φησι κἀνθάδε. « Ἦκασι γὰρ, φησὶν, αἱ ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεως. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, ἐγγὺς ἡ δίκη, καὶ ἐπ' αὐταῖς ἤδη θύραις ὁ ἀγὼν, γείτων ἡ συμφορὰ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ὁ πόλεμος. Ἐνέστηκεν ἡ τῆς ἀνταποδόσεως ἡμέρα. Κακουμένῳ δέ σοι, φησὶν, ὦ Ἰσραὴλ, συγκακωθήσεται πάντως, καὶ ἐν ἴσῳ τρόπῳ μεθέξει τῆς δίκης, ὁ πᾶς ἐν σοὶ ψευδοπροφήτης, ὁ παρεξεστηκὼς ἄνθρωπος, τουτέστιν, ὁ ἔνθους καὶ μαινόμενος, καὶ ἀπολωλεκὼς τὰς φρένας, ὃν σὺ νενόμικας εἶναι πνευματοφόρον. Ὁμοῦ γὰρ τοῖς ἄλλοις διολώλασι οἵ τε ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, καὶ οἱ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, καὶ πάντες, ὅσοι ψευδοεπεῖς τε καὶ ψευδομάντεις ἦσαν ἐν τῷ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ γὰρ μαίνεσθαι προσεποιοῦντο τὰς μαντείας ποιησόμενοι, καὶ φοιβᾷν ὑπεκρίνοντο, ταύτῃτοι καὶ ἄνθρωπον παρεξεστηκότα τὸν τοιοῦτον ὀνομάζει.

A faciam, dicit Adonai Dominus [53]. » Tale quiddam et hic loquitur : « Venerunt dies ultionis. » Ac si dicat, prope est ultio, et jam in ipsis foribus discrimen : vicina clades, et bellum ante oculos est. Retributionis dies adest. Dum tu autem affligeris, Israel, omnino et æquali pœna tecum affligetur omnis pseudopropheta apud te, homo de statu mentis dimotus, hoc est, fanaticus, et insanus, et qui mentem perdidit, quem tu putasti spiritualem. Simul siquidem cum aliis perierunt sacerdotes excelsorum, et cultores idolorum, et quotquot mendaces et falsi vates erant in Israel. Quia enim vaticinaturi furere se simulabant, et quasi Phœbæo numine afflatos fingebant, ideo et hominem insanum seu mente captum istiusmodi nominavit.

Ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικιῶν σου ἐπληθύνθη μανία σου.

B *Præ multitudine iniquitatum tuarum multiplicata est insania tua.*

Γ'. Πλῆθος ἀδικίας φησὶν, οἱονεὶ τὴν πολύτροπόν τε καὶ πολυειδῆ θρησκείαν τοῦ Ἰσραήλ. Ἑνὶ μὲν λόγῳ, πεπλάνηντο, καὶ πάντες ἦσαν εἰδωλολάτραι. Πλὴν ἐμερίζοντο τοὺς τῆς πλανήσεως τρόπους, ἄλλοι τε ἄλλοις προσῄγον τὰς τελετὰς, καὶ τοῖς προσιοῦσιν ἐποιοῦντο τὰς ψευδομαντείας. Οἱ μὲν γὰρ ταῖς δαμάλεσιν ἐλάτρευον· οἱ δὲ τῷ Χαμὼς, εἰδώλῳ Μωάβ· ἕτεροι δὲ τῇ Ἀστάρτῃ. Ἦσαν δὲ, οἳ καὶ τῷ Βάαλ, καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Ταύτῃτοι Θεὸς ἐπῃτιᾶτο, λέγων διὰ φωνῆς Ἱερεμίου, ὅτι « Κατὰ ἀριθμὸν πόλεών σου, ἦσαν θεοί σου, Ἰούδα. » Ἑκάστη γὰρ πόλις τῶν παρ' αὐτοῖς ἴδιον ἔχειν ὠμολόγει θεόν. Τοῦτο αὐτὸ « Πλῆθος ἀδικίας » ὀνομάζει δικαίως. Ἀδίκημα γὰρ ἀληθῶς, καὶ ὕβρις εἰς Θεὸν, τὸ ἀποφοιτᾷν μὲν αὐτοῦ, προσκεῖσθαι δὲ ξύλοις τε καὶ λίθοις, καὶ « Τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ, » καθάπερ γέγραπται. Μανίαν δὲ λέγει τὴν μαντείαν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ πλῆθος ἀδικίας εὕρηται ἐν σοὶ, φησὶ, ταύτῃτοι καὶ παρὰ σοὶ πεπλήθυνται μανία, τουτέστιν, ἡ ψευδομαντεία, ἑκάστου κατὰ τὸ εἰκὸς τῶν ψευδομάντεων ἴδιον ἔχοντος τρόπον, καθ' ὃν ἐμαντεύετο. Ἔκτοπον οὖν ἄρα, καὶ παράνομον, καὶ βέβηλον ἀληθῶς, καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχον, εἴς γε τὸ δύνασθαι λυπεῖν, καὶ παροτρύναι δεινῶς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, τὸ ψευδοεπείαις προσκεῖσθαι φιλεῖν, τῶν λαλεῖν εἰωθότων « Τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, » καθὰ γέγραπται, « καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου. » Παραφυλακτέον δὴ οὖν Χριστιανοῖς τὸ πλημμέλημα. Μόνοις γὰρ ἂν πρέποι τὸ τοιάδε νοσεῖν τοῖς τῶν ἁγίων θεραπευταῖς.

C. Multitudinem iniquitatis nominat quasi multimodam et multiformem superstitionem Israelis. Uno verbo, corrupti erant omnes et idololatræ. Verumtamen secundum modos deceptionis divisi, alii aliis sacra faciebant, et se convenientibus falsa prædicabant. Nam quidam vitulos, quidam Chamos idolum Moab, alii Astarten colebant. Non deerant item qui Baal et militiam cœli in deorum numero venerarentur. Idcirco Deus incusans eos, per Jeremiam ait : **132** « Secundum numerum civitatum tuarum erant dii tui, Juda [54]. » Unaquæque enim urbs illorum proprium deum habere se profitebatur. Hoc ipsum « multitudinem iniquitatis » convenienter appellat. Vere enim iniquitas est in Deum, et injuria, ab illo recedere, et lignis, lapidibus atque « operibus manuum suarum [55], » ut scriptum est, colendis deditum esse. Insaniam autem nuncupat vaticinationem. Quare, quoniam multitudo iniquitatis in te inventa est, inquit, idcirco et apud te multiplicata est insania, id est, vaticinatio, unoquoque falso vate, ut consentaneum est, suum vaticinandi modum habente. Absurdum ergo et iniquum est revera, et quod satis sit ad graviter offendendum et irritandum Deum universorum, libenter attendere falsis sermonibus solitorum loqui « de corde suo, » sicut scriptum est, « et non de ore Domini [56]. » Cavendum igitur Christianis peccatum. Solos enim sanctarum rerum cultores ad hujusmodi languere et infirmos esse condecet.

D

Σκοπὸς Ἐφραὶμ μετὰ Θεοῦ προφήτης, παγὶς σκολιὰ ἐπὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ.

VERS. 8. *Scopus Ephraim cum Deo propheta, laqueus tortuosus super omnes vias ejus.*

ΠΑ'. Σκοποὺς ὀνομάζειν ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ τοὺς τῶν λαῶν προεστηκότας, ὑψοῦ τε ἠρμένους διὰ τιμὴν, οἷς ἂν καὶ ἐνορῴη τις, εἰ δὴ βούλοιτο τὸν ὀρθὸν καὶ ἀνεπίπληκτον διαζῆσαι βίον. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἰεζεχιήλ · « Υἱὲ ἀνθρώπου, σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ

CI. Solet divina Scriptura scopos nominare præsides et moderatores populi, et in sublimi dignitatum gradu collocatos, in quos intueatur qui rectam et inculpatam vitam degere velit. Quare alicubi Deus ad beatum prophetam Ezechielem : « Fili hominis, scopum dedi te domui Israel, et sermonem audies

[53] Ezech. xii, 27, 28. [54] Jer. ii, 28. [55] Osee xiv, 4. [56] Jer. xxiii, 16.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ex ore meo, et minaberis eis a me [87]. » Usitatum enim erat his scopis, non solum iis quos instituerent, ad descriptionem et formam virtutis, una cum legibus suam ipsorum vitam proponere, sed etiam optima præcepta tradere, et Dei voluntatem probe interpretari. Cæterum alii quidem scopis bonis subjecti, directum iter officii ambulantes salvabantur; alii pravis et improbis hominibus animorum suorum momenta committentes, seducere et seduci perseverabant, mente ab omni opere bono et cognitione vera inanes. Propter hujuscemodi tribules Ephraim, sive Israelem et nunc castigat. « Factus est enim illi scopus, inquit, cum Deo propheta. » Quasi dicat, cujusque Dei falsi, falsus propheta. Ut enim supra dixi, in multiplices errores dispertiti fuerunt. Et alii quidem servierunt Baal, alii Chamos, sive Beelphegor : **133** et in quolibet fano formatum et manufactum simulacrum aliquod idolumque cernebatur, cui assidebat assiduoque serviebat pseudopropheta proprius, eratque apud eos genus vaticinandi varium. Et eructabant accedentibus quod volebant, sine ratione tanquam conducibile et necessarium. Quoniam igitur factus est scopus tribulibus Ephraim cum unoquoque falso deo etiam propheta proprius, idcirco postea ad quidvis turpissimum impotenter se dederunt. Hoc illis factum est « et laqueus tortuosus. » Non enim poterant dirigi, et recta unquam incedere in tot deorum cultum prolapsi, ut cum quolibet deo et proprium prophetam haberent, et insuper scopum sibi facerent, qui eos a pietate erga Deum abducebat, et in foveam perditionis præcipitabat. Volentes igitur legibus convenienter vivere, auscultare debent non docentibus simpliciter, nec loquentibus de corde suo [88], sed quibus divina et superna gratia sinceræ erga Deum charitatis testimonium dederit. Hinc et Christus : « Attendite, inquit, a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces [89]. »

A ἀκούσῃ ἐκ στόματός μου λόγον, καὶ διαπειλήσῃ αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ. » Ἔθος γὰρ τοῖσδε σκοποῖς, οὐχὶ μόνον τοῖς παιδευομένοις πρὸς ὑποτύπωσιν ἀρετῆς, ἤτοι πολιτείας σὺν νόμοις τὸν ἑαυτῶν προτιθέναι βίον, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰσηγεῖσθαι τὰ χρήσιμα, καὶ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν διερμηνεύειν ὀρθῶς. Ἀλλ' οἱ μὲν ὑπὸ σκοποὺς ὄντες ἀγαθοὺς, κατ' εὐθὺ τοῦ πρέποντος ἰόντες, ἐσώζοντο· οἱ δὲ πονηροῖς καὶ ψαύλοις ἀνδράσι τῆς ἑαυτῶν διανοίας προσνέμοντες τὴν ῥοπὴν, πλανῶντές τε, καὶ πλανώμενοι διετέλουν, καὶ ἀπάσης ἀγαθουργίας καὶ γνώσεως ἀληθοῦς ἐξῳκισμένον ἔχοντες τὸν νοῦν. Οὕτω πεπονθότας καταιτιᾶται καὶ νῦν τοὺς ἐκ τῆς φυλῆς Ἐφραΐμ, ἤτοι τὸν Ἰσραήλ. « Γέγονε γὰρ αὐτῷ, φησὶ, σκοπὸς μετὰ Θεοῦ προφήτης. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, καθ' ἕκαστον τῶν ψευ- B δωνύμων θεῶν, καὶ ψευδόμαντις ἰδικός. Ὡς γὰρ ἤδη προεῖπον, εἰς πολύτροπον ἐμερίζοντο πλάνην. Καὶ οἱ μὲν λελατρεύκασι τῷ Βάαλ· οἱ δὲ τῷ Χαμὼς, ἤγουν τῷ Βεελφεγώρ. Καὶ ἐν ἑκάστῳ τεμένει πεπλαστούργητό τι καὶ χειρόκμητον ἄγαλμά τε καὶ βρέτας, καὶ ὁ προσεδρεύων ἑκάστῳ ψευδοπροφήτης ἰδικὸς, καὶ διάφορος παρ' αὐτοῖς ὁ τῆς μαντείας ἦν τρόπος. Ἠρεύγοντο δὲ τοῖς προσερχομένοις τὸ δοκοῦν ἁπλῶς ὡς χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαῖον. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ γέγονε σκοπὸς τοῖς ἐξ Ἐφραΐμ μεθ' ἑκάστου τῶν ψευ- δωνύμων θεῶν, καὶ προφήτης ἰδικὸς, ταύτητοι λοιπὸν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αἰσχίστων ἀσχέτως ἀπονενεύκασι. Τοῦτο γέγονεν αὐτῷ « καὶ παγὶς σκολία. » Οὐ γὰρ ἦν κατευθύνεσθαι, καὶ ὀρθῶς βαδίζειν δύνασθαί ποτε τοὺς εἰς τοσαύτην πολυθεΐαν ὠλισθηκότας, ὡς C σὺν ἑκάστῳ Θεῷ καὶ προφήτην ἔχειν ἰδικόν· καὶ προσέτι, ποιεῖσθαι σκοπὸν, τὸν τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἀποκομίζοντα, καὶ τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐνιέντα βόθροις. Προσεκτέον δὴ οὖν τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ἐννόμως, οὐχὶ τοῖς διδάσκουσιν ἁπλῶς, οὐδὲ τοῖς λαλοῦσι τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, ἀλλ' οἷς ἂν ἡ θεία καὶ ἄνωθεν ἐπιμαρτυρήσῃ χάρις τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον. Τοιγάρτοι καὶ ὁ Χριστός· « Προσέχετε, φησὶν, ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. »

Θηρῶν γὰρ ἀγρίων ὀλίγα διενεγκεῖν φαμεν ἀληθεύοντες, τοὺς τῶν ἀνοσίων αἱρέσεων εὑρετὰς, καὶ προεστηκότας, τοὺς κατεσθίοντας τὸν Ἰσραὴλ ὅλῳ τῷ στόματι. Δαπανῶσι γὰρ ὥσπερ τὰς τῶν ἁπλουστέ- D ρων ψυχὰς, τοῖς τῆς ἀπάτης ὀδοῦσι συντρίβοντες. Εἰρήσθω δὴ οὖν καὶ πρὸς ἡμῶν· « Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ Κύριος. Ἐξουδενωθήσονται ὡς ὕδωρ διαπορευόμενον. Ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσωσιν. »

Crudelibus autem feris parum discrepare non falso affirmamus impiarum hæresum inventores et patronos, qui ore diducto Israelem devorant. Quodammodo enim consumunt simpliciorum animas, fallaciæ dentibus eos comminuentes. Dicatur itaque a nobis etiam : « Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum; molas leonum confregit Dominus. Ad nihilum devenient, ut aqua decurrens. Intendet arcum suum donec infirmentur [90]. »

VERS. 9. *Insaniam in domo Dei defixerunt. Corrupti sunt secundum dies collis. Recordabitur iniquitatis eorum, ulciscetur peccata eorum.*

Μανίαν ἐν οἴκῳ Κυρίου κατέπηξαν. Ἐφθάρησαν κατὰ ἡμέρας τοῦ βουνοῦ. Μνησθήσεται ἀδικίας αὐτῶν, ἐκδικήσει ἁμαρτίας αὐτῶν.

CII. Insaniam et hic more solito falsas prædictiones nominat, domum autem Domini Israelem. Dictum est igitur quodam loco per Jeremiam ad Judæorum Synagogam, velut ex persona Dei : « Nonne

ΡΒ'. Μανίαν κἀνθάδε συνήθως φησὶ τὴν ψευδομαντείαν. Κυρίου δὲ οἶκον ὀνομάζει τὸν Ἰσραήλ. Καὶ γοῦν εἴρηταί που διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ·

[87] Ezech. III, 17. [88] Jer. XXIII, 16. [89] Matth. VII, 15. [90] Psal. LVII, 7, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

« Οὐχ ὡς οἶκόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου; » Καταπλήττεται δὴ οὖν τῆς ἀποπληξίας τὸ μέγεθος, καὶ τῶν ἀτόπων ἐγχειρημάτων τὴν ὑπερβολήν. Ἐληλάκασι γὰρ πρὸς τοῦτο λοιπὸν ἀνοσιότητος, φησὶν, ὡς μανίαν ἐν οἴκῳ Κυρίου καταπῆξαι, τουτέστι, ψευδομαντείαν, καὶ τὰ τοῖς θείοις νόμοις ἀπηγορευμένα πλημμελεῖν. Εὖ δὲ δὴ καὶ τὸ « κατέπηξαν » φησί. Οὐ γὰρ πέπαυται τολμητὲν εἰσάπαξ, ἀλλ' οἱονεὶ πέπηγε καὶ ἐνεβοθρεύθη λοιπὸν τῆς δυσσεβείας τὸ χρῆμα· οὐ γὰρ κατέληξε ψευδομάντεις ἔχων καὶ ψευδοπροφήτας ὁ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοιάδε τετολμήκασιν, εἰκότως ὧν ἔδρασαν ἐξαιτούμενοι δίκας, « Ἐφθάρησαν κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ βουνοῦ. Μεμνήσεται γὰρ τῆς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ ἐκδικήσει πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι τὸ, « Ἐφθάρησαν κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ βουνοῦ, » φέρε, διὰ βραχέων ὑπομνήσωμεν. Γέγραπταί τι τοιοῦτον ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Κριτῶν, ἐπιτομάδην δὲ ἅπασαν, ὡς ἔνι, ποιήσομαι τὴν ἀφήγησιν, καὶ μακροτέραν οὖσαν συστελῶ. « Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, φησὶν, οὐκ ἦν βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ, ἀνὴρ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει. Καὶ ἐγενήθη νεανίας ἐκ Βηθλεὲμ, δήμου Ἰούδα, καὶ αὐτὸς Λευΐτης, καὶ οὗτος παρῴκει ἐκεῖ. Καὶ ἐπορεύθη ὁ ἀνὴρ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς πόλεως Ἰούδα, παροικῆσαι ἐν ᾧ ἂν εὕρῃ τόπῳ. Καὶ ἦλθεν ἕως ὄρους Ἐφραΐμ, καὶ ἕως οἴκου Μιχαίου, τοῦ ποιῆσαι ὁδὸν αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Μιχαίας· Πόθεν ἔρχῃ; Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Λευΐτης· Ἐγώ εἰμι ἀπὸ Βηθλεὲμ Ἰούδα, καὶ ἐγὼ πορεύομαι κατοικῆσαι ἐν ᾧ ἂν εὕρω τόπῳ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Μιχαίας· Κάθου μετ' ἐμοῦ, καὶ γίνου μοι εἰς πατέρα καὶ εἰς ἱερέα· καὶ ἐγὼ δώσω σοι δέκα ἀργυρίους εἰς ἡμέραν, καὶ στολὴν ἱματίων, καὶ τὰ πρὸς ζωήν σου. Καὶ ἐπορεύθη ὁ Λευΐτης, καὶ ἤρξατο παροικεῖν παρὰ τῷ ἀνδρί. Καὶ ἐγενήθη ὁ νεανίας παρ' αὐτῷ ὡς εἷς ἀπὸ υἱῶν αὐτοῦ. Καὶ ἐπλήρωσε Μιχαίας τὴν χεῖρα τοῦ Λευΐτου, καὶ ἐγενήθη αὐτῷ εἰς ἱερέα, καὶ ἐγένετο ἐν οἴκῳ Μιχαίου. » Εἰδωλολάτρης μὲν οὖν ὁ Μιχαίας, κατεμισθοῦτό γε μὴν τὸν ἐξ αἵματος τοῦ Λευΐ, καὶ θεραπευτὴν ἐποίει γλυπτοῦ, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων ἀνετέθει χρείαις. Καὶ τί μετὰ τοῦτο γενέσθαι συμβέβηκεν; Ἔφη πάλιν ὠδὶ τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν· « Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἡ φυλὴ Δὰν ἐζήτει αὐτῇ κληρονομίαν τοῦ κατοικῆσαι, ὅτι οὐκ ἐνέπεσεν αὐτῇ ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐν μέσῳ φυλῶν Ἰσραὴλ κληρονομία. Εἶτα πέντε τινὰς ἐπιλεξάμενοι, προβαδίζειν ἑαυτῶν ἀναπείθουσι, καὶ κατερευνῆσαι τὴν γῆν ἣν ἂν δύναιντο λαβεῖν, καὶ οἰκεῖον ποιεῖσθαι κλῆρον. Οἱ δὲ ἀφίκοντο, φησὶν, ἕως ὄρους Ἐφραΐμ, ἕως οἴκου Μιχαίου, καὶ ηὐλίσθησαν ἐκεῖ, καὶ τὸν Λευΐτην ἐπιγινώσκουσιν, ὡς ὁμογενῆ, διά τοι τὸ γλώττῃ χρῆσθαι τῇ κατ' αὐτῆς· Ἑβραίοις γὰρ οὗσιν, ὡς Ἑβραῖος ἐλάλει. Ἐρόμενοι δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ ἀναμαθόντες, ὅπως ἐκ φυλῆς ὄντα Λευΐ κατεμισθοῦτο μὲν ὁ Μιχαίας, ἱερουργὸν δὲ τῶν ἑαυτοῦ κεχειροτόνηκε σεβασμάτων, συναλγῆσαι δέον, ὡς αἰχμαλώτῳ, καὶ ἠπατημένῳ, καὶ ἀλητεύοντι,

A ut domum me vocasti, et patrem, et ducem virginitatis tuæ [61]? » Magnitudine igitur amentiæ et nefandarum molitionum exsuperantia obstupescit. Progressi sunt enim jam, inquit, eo impietatis, ut insaniam in domo Dei defixerint, hoc est, falsum valicinium divinarumque legum violationem. Apte autem et illud dictum, « defixerunt. » **134** Non enim desiit audacter patratum semel, sed quodammodo fixa est et in scrobem impacta impietas; quia non cessavit falsos vates et pseudoprophetas habere Israel. Quia vero in hanc audaciam eruperunt, merito factorum pœnas exacti, « corrupti sunt secundum dies collis. Recordabitur enim iniquitatis ipsorum, et ulciscetur omnia peccata eorum. » Quidnam autem sit, « corrupti sunt secundum dies collis, » age, paucis suggeramus. Scriptum est quidpiam hujusmodi in libro Judicum; totam narrationem quam potero brevissime perstringam, et longiorem in pauca conferam. « In diebus illis, inquit, non erat rex in Israel, et quisque quod rectum erat in oculis suis, faciebat. Et fuit juvenis in Bethlehem, tribus Juda, et ipse Levites, et hic habitabat ibi. Et abiit vir ille a Bethlehem civitate Juda habitare in loco quem invenisset, et venit usque ad montem Ephraim, et usque ad domum Michæ, ut faceret iter suum. Et dixit ei Micha : Unde venis? Et respondit Levites : Ego sum de Bethlehem Juda, et ego vado habitare in loco quem invenero. Et dixit ei Micha : Sede mecum, et esto mihi in patrem, et in sacerdotem, et ego dabo tibi decem argenteos in diem, et stolam vestium, et quæ ad victum tuum pertinent. Et abiit Levites, et incepit habitare apud virum. Et fuit adolescens apud illum, ut unus de filiis ejus. Et implevit Micha manum Levitæ, et fuit ei in sacerdotem, et fuit in domo Michæ [62]. » Idololatra igitur fuit Michas, mercede nihilominus de sanguine Levi propagatum conduxit, et cultorem fecit sculptilis, idolorumque usibus eum dedicavit. Quid postea? Narrat rursum Scriptura sacra in hunc modum : « Et in diebus illis tribus Dan quærebat sibi possessionem ad habitandum, quoniam non cecidit illi usque ad diem illum in medio tribuum Israel possessio. Deinde quinque delectis ut præcederent persuaserunt, et explorarent terram, quam possint occupare, et in sortem suam convertere. Illi venerunt usque ad montem Ephraim, in domum Michæ, et requieverunt ibi, et Levitam ut cognatum agnoverunt, quod eorum lingua uteretur. Hebræis enim ut Hebræus loquebatur. Percontati igitur causam, et cognito quomodo ex tribu Levi natus, a Micha conductus esset, et ab eo sacrificus idolorum ejus institutus, cum miserari ut captivum, et deceptum, et erronem deberent, **135** confestim in eosdem deceptionis laqueos inciderunt, et eum ex idolis sciscitatum sibi referre postularunt, si eis ex sententia cœptum esset processurum, ut obtinerent, inquam, regionem, quam exploratum veniebant. Ille

[61] Jer. III, 4. [62] Judic. XVII, 6-13.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

quod lubebat, tanquam a Deo responsum referebat. Considerata igitur terra, legati renuntiarunt iis, a quibus missi erant, bonam et pinguem esse, nec citra sudorem posse redigi in potestatem. His sermonibus auditis, tribules Dan, sexcenti numero, armati ascenderunt. Venerunt autem et ipsi in ædes Michæ. Et responderunt, inquit, illi quinque viri qui abierant consideratum terram Laisa, et dixerunt fratribus suis : Scitote quod in domo ista est Ephod, et Theraphim, et sculptile, et conflatile. Et nunc scitote quid facietis.»Ephod igitur sonat *liberatio*, Theraphim *remissio*, aut *sanans ipsos*. Idolum enim falsam opinionem habebat, quasi sanare quosdam posset. Græci enim hujusmodi de quibusdam sculptilibus comminiscuntur.«Hoc cum didicissent tribules Dan, tollunt sculptile, et Levitam ut Micha derelicto sequatur permovent. Congressi autem, et victoria potiti, et regione occupata, urbem ædificant vocabulo Dan, primi parentis sui nomen ei decernentes : erant enim, ut dixi, de tribu et sanguine Dan. Collocato autem ibi et idolo, sacrificabant eidem, et cum terra deum quoque possidebant : tanta fuit ipsorum vecordia [63].» Hanc ob causam postea iratus est Deus, et æquissime, ut indigne habitus. Cum autem omne nomen Israelis loco inimicorum infensissimorumque hostium tribules Dan ducere, et admissæ in Deum impietatis rationem eos poscere oporteret, etiam fortasse iis assensi sunt, et laudandos censuerunt, ut qui nihil plane deliquissent. Jam vero quæ hujus ignaviæ stipendia acceperint, age commemoremus. Nullo adhuc rege Israelis, vir quidam Levites, habitans in latere montis Ephraim, uxorem Bethleemitidem duxit. Quæ cum fugisset ad patrem suum, secutus eam maritus, persuasit, ut secum redire ac de cætero cohabitare vellet. Quo facto, in medio itinere cum ea in Gabaa oppidum, quod interpretantur *collem*, divertit. Gabaæ, sive collis incolæ erant Benjamitæ. **136** Iis apud senem quemdam diversantibus, nocte media venientes nonnulli cives Benjamitæ, homines improbi, ut scriptum est, Levita et aliis abuti ad libidinem voluerunt. Vix tandem re scelestissima precibus condonata, corripiunt uxorem ejus, mulierculamque per totam noctem impura libidine vexatam mori cogunt. Vir corpus exanime in partes concisum, per tribus Israeliticas distribuit, Benjamitarumque et in hospites facinus, et effrenatam lasciviam, et Sodomitici flagitii imitationem manifestat [64]. Ex eo indignatus totus Israel congregatur, et copias contra Benjamitas Gabaam, seu ad collem educit. Tantas autem strages ediderunt, ut quamvis populosa esset admodum, vix perpauci incolumes in solitudinem fuga se eriperent. Ex omni item Israel bellicosi viri ingenti numero interierunt. At enim non permisisset Deus Israelitas conserere manus, nisi sculptile ex domo Michæ sublatum qui erant de tribu Dan coluissent, et aliæ

A συγκατώλισθον εὐθὺς εἰς τοὺς τῆς ἀπάτης βρόχους, καὶ ἀγορεύειν αὐτὸν ἠξίουν, ἐπερωτῶντα τὸ εἴδωλον εἰ κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἐκβήσεται τὸ ἐγχείρημα, τὸ κρατῆσαι, φημὶ, τῆς χώρας, ἣν ἀφίκοντο κατα-
θρήσοντες. Ὁ δὲ τὸ δοκοῦν λελάληκεν ὡς παρὰ Θεοῦ. Κατασκεψάμενοι δὲ τὴν γῆν οἱ ἀπεσταλμένοι, τοῖς πεπομφόσιν ἀπήγγελλον, ὡς ἀγαθὴ καὶ πίων, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι ληπτή. Ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἐπύθοντο λόγων, οἱ ἀπὸ φυλῆς τοῦ Δὰν, ἑξακόσιοι τὸν ἀριθμὸν, ἐν ὅπλοις ὄντες ἀνέβαινον. Ἀφίκοντο δὲ καὶ αὐτοὶ μέχρις οἴκου Μιχαίου. Καὶ ἀπεκρίθησαν, φησὶν, οἱ πέντε ἄνδρες, οἱ πορευθέντες κατασκέψασθαι τὴν γῆν Λαΐσὰ, καὶ εἶπον πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν. Ἔγνωτε, ὅτι ἔστιν ἐν τῷ οἴκῳ τοὔτῳ Ἐφὼδ, καὶ
B Θεραφὶμ, καὶ γλυπτὸν, καὶ χωνευτόν. Καὶ νῦν γνῶτε τί ποιήσετε.»Τὸ μὲν οὖν Ἐφὼδ ἑρμηνεύεται *λύτρωσις*, Θεραφὶμ δὲ πάλιν, *ἄνεσις ἢ ἰώμενος αὐτούς*. Εἴδωλον γὰρ ἦν ὑπόληψιν ἔχον ἐφ' ἑαυτῷ ψευδῆ, τοῦ θεραπεύειν δύνασθαί τινας. Περιπλάττουσι γὰρ Ἕλλήνων παῖδες ἔσθ' ὅτε ταῖς τοιαύταις δόξαις τὰ χειροποίητα.«Τοῦτο μεμαθηκότες οἱ ἀπὸ Δὰν, ἀναλαμβάνουσι τὸ γλυπτὸν, ἀναπείθουσι δὲ καὶ τὸν ἐξ αἵματος τοῦ Λευῒ κατακολουθῆσαί σφισιν, ἀποφοιτῶντα Μιχαίου. Παραταξάμενοι δὲ, καὶ νενικηκότες, καὶ ὑπὸ χεῖρα λαβόντες τὴν γῆν, ἀνεδείμαντο πόλιν, ἣν ἐπωνόμασαν Δὰν, τὸ τοῦ προπάτορος γράφοντες αὐτῇ· φυλῆς γὰρ ἦσαν καὶ αἵματος τῆς ἀπὸ Δὰν, ὡς ἔφην. Ἱδρυσάμενοι δὲ καὶ τὸ εἴδωλον ἐν αὐτῇ, θυσίας προσῆγον, καὶ ὁμοῦ τῇ γῇ καὶ θεὸν ἐκτήσαντο· πρὸς τοῦτο αὐτοῖς ἀβουλίας κατεκομίσθη τὸ φρόνημα.
C Ταύτῃτοι Θεὸς ἠγανάκτει λοιπὸν, καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ὑβρισμένος. Εἶτα δέον πάντας τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐχθροὺς ἡγεῖσθαι καὶ πολεμιωτάτους τοὺς ἀπὸ Δὰν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν δυσσεβείας ἐξαιτῆσαι λόγους, τάχα που καὶ συνηνέχθησαν, καὶ ἐπαινεῖν ἠξίουν, ὡς κατ' οὐδὲν ὅλως ἡμαρτηκότας, καὶ ποῖα γέγονεν αὐτοῖς τῆς εἰς τοῦτο ῥᾳθυμίας τὰ ὀψώνια, φέρε λέγωμεν ἑφεξῆς. Ἀβασιλεύτου μεμενηκότος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀνήρ τις Λευῖτης, παροικῶν ἐν μηροῖς ὄρους Ἐφραΐμ, σύνοικον ἐποιήσατό τινα τῶν ἐκ Βηθλεέμ. Ἐπειδὴ δὲ γύναιον ἀπέδρα πρὸς τὸν πατέρα, εἴπετο μὲν ὁ Λευῖτης. Ἀναπείθει δὲ αὖθις ὑπονοστῆσαι σὺν αὐτῷ, καὶ οἴκοι γενέσθαι λοιπόν. Οὗ δὴ γεγονότος, κατὰ μέ-
D σην ἰὼν τὴν ὁδὸν, ὁμοῦ τῷ γυναίῳ κατέλυσεν ἐν Γαβαὰ, ἢ διερμηνεύεται *βουνός*. Ὥκουν δὲ τὴν Γαβαὰ, ἤτοι τὸν βουνὸν οἱ ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. Ἐπειδὴ δὲ παρά τινα κατηυλίζετο πρεσβύτῃ, κατὰ μέσην τὴν νύκτα ἐλθόντες τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἄνδρες παράνομοι, καθὰ γέγραπται, καταβιάζεσθαι πρὸς ἀσέλγειαν τόν τε Λευῖτην, καὶ αὐτὸν, καὶ ἑτέρους ἤθελον. Δυσωπηθέντες δὲ μόλις τῆς ἀτοπίας τὴν ὑπερβολὴν, τὴν τοῦ Λευῖτου συλλαμβάνουσι παλλακίδα. Καὶ δὴ καὶ ἀπεκτόνασι, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς εἰς τὸ γύναιον ἀσελγαίνοντες. Ὁ δὲ διελὼν εἰς μέλη τὸ σῶμα διένειμε τοῖς ἐκ φυλῆς Ἰσραὴλ, καταφανῆ καθιστὰς τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν τήν τε εἰς τοὺς ξένους ἁμαρτίαν, καὶ τὸ ἀχάλινον εἰς ἀσέλγειαν· καὶ

[63] Judic. xviii, 1-31. [64] Judic. xix, passim.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὅτι τὰ Σοδομιτῶν μεμίμηνται πλημμελήματα. Ἐντεῦθεν ἀγανακτήσας συναγήγερται πᾶς Ἰσραὴλ, καὶ κατεστρατεύοντο τῆς φυλῆς Βενιαμὶν ἐν Γαβαάν, τουτέστιν, ἐν τῷ βουνῷ· οὕτω τε αὐτὴν ἀνῃρήκασι, καίτοι πολυανδροῦσαν λίαν, ὡς ὀλίγους κομιδῇ περισωθέντας, μόλις ἀναφυγεῖν εἰς τὴν ἔρημον. Διολώλασι δὲ καὶ ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ τῶν μαχίμων οὐκ εὐαρίθμητοι. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἤφιει Θεὸς ἀλλήλοις συμπλέκεσθαι τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, εἰ μὴ τὸ ἐξ οἴκου Μιχαίου γλυπτὸν οἱ μὲν ἀπὸ Δὰν τετιμήκασι, κατηρέμησαν δὲ παραλόγως οἱ ἐκ τῶν ἑτέρων φυλῶν. Τοιοῦτόν τι γέγονε καὶ ἐπὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς λελυπημένου Θεοῦ. Συνεπλάκησαν γὰρ ἀλλήλαις αἵ τε τοῦ Ἰούδα φυλαὶ δύο, καὶ αἱ δέκα τοῦ Ἐφραΐμ. Καὶ ὡς ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ βουνοῦ μυρίοι μὲν ὅσοι πεπτώκασι, συνωλοθρεύοντο δὲ τοῖς νικῶσιν οἱ ἡττημένοι, θείας εἰς τοῦτο καλούσης ὀργῆς. Πέπρακται δὲ ταῦτα Ἀμασίου μὲν βασιλεύοντος ἐπὶ τὸν Ἰούδαν, τοῦ γε μὴν Ἰωὰς ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, ὃς εἷλεν οὕτω τὰ Ἱεροσόλυμα, ὡς καὶ καθελεῖν τοῦ τείχους μέρος εἰς πήχεις τετρακοσίας.

A tribus id inique dissimulantes quievissent. Simile quid etiam propter vitulos aureos Deo exacerbato evenit. Conflixerunt enim duæ tribus Juda cum decem Ephraim; et perinde ut temporibus collis, millia multa occubuerunt, et ira Dei instigante cum victis ipsi victores dati sunt exitio [65]. Gesta sunt hæc super Judam regnante Amasia, super Israel Joa, qui ita subegit Hierosolymam, ut partem muri cubitorum quadringentorum dirueret [66].

Ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὡς σῦκον ἐν συκῇ πρώϊμον εἶδον πατέρας αὐτῶν. Αὐτοὶ εἰσῆλθον πρὸς τὸν Βεελφεγὼρ, καὶ ἀπηλλοτριώθησαν εἰς αἰσχύνην. Καὶ ἐγένοντο οἱ ἠγαπημένοι ὡς οἱ ἐβδελυγμένοι.

B Vers. 10. *Sicut uvam in deserto inveni Israel, et sicut ficum in ficu tempestivam vidi patres eorum. Ipsi ingressi sunt ad Beelphegor, et abalienati sunt in confusionem. Et facti sunt dilecti sicut abominabiles.*

ΡΓ'. Ὅτι μὴ μάτην αὐτοῖς τὸ καταφθαρῆναι συμβέβηκεν, ἀλλ' ἐν δίκῃ, λοιπὸν πειρᾶται διδάσκειν. Ἐγὼ μὲν γάρ, φησὶ, ἐπελεξάμην αὐτοὺς, ὡς ἐν ἐρήμῳ σταφυλὴν εὑρὼν, καὶ ὡς σῦκον πέπειρον ἀπὸ συκῆς ἁρπάσας· ἐξήγαγον γὰρ τῆς Αἰγυπτίων χώρας, εἰδωλολατρούσης ὅλης, καὶ πεπλανημένης, καὶ πολλὴν νοσούσης τὴν ἐρημίαν παντὸς ἀγαθοῦ. Τί οὖν οἱ ἀπόλεκτοι, οἱ διὰ τῆς ἐμῆς ἡρπαγμένοι χειρός; Προσκέκλινται τῷ Βεελφεγὼρ, ἐξῆλθον οἰκειότητος τῆς πρός με εἰς αἰσχύνην, τοῦτό ἐστι τὸ, « Ἀπηλλοτριώθησαν εἰς αἰσχύνην· » αἰσχύνην δὲ ὀνομάζει τοῦ Βεελφεγώρ· ἦν γὰρ ἐν ἀκαλλεστάτῳ σχήματι τῶν ἄλλων μάλιστα, καὶ ἄσεμνον ἰδεῖν.

CIII. Non temere, sed jure perniciem illis illatam esse conatur modo ostendere. Ego enim, inquit, elegi eos ut in solitudine uvam inventam, et ut ficum maturam ab arbore decerptam : eduxi enim ex Ægypto, quam totam idololatria, et error, et magna omnis boni penuria obsidebant. Quid igitur electi, quid manu mea erepti? Declinaverunt ad Beelphegor, ab amicitia mea desciverunt in confusionem; hoc enim est, quod ait : « Abalienati sunt in confusionem. » **137** Confusionem autem vocat Beelphegor : erat enim idolum forma omnium turpissima et aspectu inhonestum.

Οὐκοῦν, ἀγαπῶντες μὲν τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ, καὶ τιμῶντες ὡς καλέσαντα, καὶ ἐπιλεξάμενον, καὶ ὥσπερ ἐξ ἐρήμου καὶ ἀκανθοτόκου γῆς ἁρπάσαντα τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ καταστάσεως, ὡς σταφυλήν τε καὶ σῦκον ἠγαπηκότα πρώϊμον, διασώσωμεν ἀῤῥαγῆ τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικήν. Εἰ δὲ δὴ γένοιτό τις ἀπόνευσις εἰς τὸ ἀκαλλὲς, καὶ εἰς τὸ λυποῦν αὐτὸν, οὐδὲν ἔτι διοίσομεν τῶν ἐθνῶν. Ἐσόμεθα γὰρ οἱ ἠγαπημένοι ὡς οἱ ἐβδελυγμένοι, οἳ καὶ εὐλόγως μεμίσηνται. « Δικαιοσύνη γὰρ, φησὶ, δικαίου οὐ μὴ ἐξέληται αὐτόν· ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἁμάρτῃ, ἀποθανεῖται. » Καὶ σφόδρα σωφῶς ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· « Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. »

Quare cupientes esse cum Deo, eumque venerantes, ut qui nos vocavit, et elegit, et tanquam ex solitudine et terra spinas generante eripuit, ex statu videlicet mundi hujus, atque ut uvam et ficum tempestivam adamavit, conjunctionem cum ipso indissolubilem, spiritualem, inquam, retineamus. Quod si ad indecora quædam eique odiosa deflexerimus, nihil a gentibus differemus. Erimus enim nos dilecti eo loco quo exsecrati, quos æquum est odisse. « Justitia enim justi, inquit, non liberabit eum; in die qua peccaverit, morietur [67]. » Et persapienter scribit beatus Paulus : « Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat [68]. »

Ἐφραΐμ ὡς ὄρνεον ἐξεπετάσθη.

Vers. 11. *Ephraim quasi avis extensa est.*

ΡΔ'. Ὅσα τῶν ὀρνέων μὴ ἔστι τίθασσά τε καὶ κατοικίδια, συλληφθέντα φυλάττεται, καὶ κατατέρπει τοὺς ἔχοντας. Εἰ δὲ δὴ γένοιτό τις τοῦ διαδράναι καιρὸς, ἀνυπερθέτως ἀποφοιτᾷ, καὶ ὀξείᾳ φέρεται πτήσει πρὸς τὸ αὐτοῖς σύνηθες ἐνδιαίτημα. Οὐκοῦν τεθήρευτο μὲν τρόπον τινὰ διὰ Μωσέως ὄρνεον δίκην ὁ Ἰσραὴλ, καὶ προσκεκόμιστο τῷ Θεῷ, καὶ ἦν ἐν καλῷ τῆς εὐημερίας νόμῳ παιδαγωγούμενος, καὶ φροντίδος ἀπολαύων, καὶ φειδοῦς τῆς ἄνωθεν. Ἀπο-

CIV. Quæcunque aves non cicures et domesticæ, ubi captæ fuerint, custodiuntur, et dominos suos delectant. Sin quæ opportunitas volandi inciderit, citra moram celerrime ad consuetum sibi vitæ genus avolant. Itaque captus est quodammodo a Moyse volucris instar Israel, et oblatus Deo, et bene ac beate habebat, disciplina legis docefactus, et cum cura indulgentiaque tractatus desuper. Sed rursum ubi prius erat avolavit, tantum non manu aucupis

[65] Judic. xx, passim. [66] IV Reg. xiv, 13. [67] Ezech. xxxiii, 12. [68] I Cor. x, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sui elapsus. Poteris et alio sensu quod dictum est accipere. Multæ aves climatis sui hiemem non ferentes, aliena petunt, et sine magistro quid sibi expediat noverunt, prout Conditori placuit. Simili modo et Ephraim bellicarum calamitatum metu percussus, in Ægyptum avolavit.

A ἑπτη δὲ πάλιν, ἐφ' ὅπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς, μονωνουχὶ τὴν τοῦ λαβόντος χεῖρα διεκφυγών. Ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον συνήσεις τὸ εἰρημένον. Πολλὰ τῶν ὀρνέων τοὺς ἐπιχωρίους χειμῶνας οὐ φέροντα, πρὸς ἑτέρας μεθίστανται χώρας, ἀδιδάκτως ἔχοντα τὴν τοῦ συμφέροντος γνῶσιν, κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ πεποιηκότι. Ἀλλ' ἐν ἴσῳ τρόπῳ καὶ ὁ Ἐφραΐμ τὰς ἐκ πολέμου δεδιὼς συμφορὰς ἀπέπτη πρὸς Αἰγυπτίους.

VERS. 12. *Gloriæ eorum ex partubus, et doloribus, et conceptibus. Quare etiamsi nutrierint filios suos, sine filiis erunt ex hominibus, quia et væ eis est.*

Αἱ δόξαι αὐτῶν ἐκ τόκων, καὶ ὠδίνων, καὶ συλλήψεων. Διότι καὶ ἐὰν ἐκτρέψωσι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἀτεκνωθήσονται ἐξ ἀνθρώπων, διότι καὶ οὐαὶ αὐτοῖς ἐστι.

CV. Aufugiens ad Ægyptios a patriis sedibus Israel, Deum regni illius tutelarem auxilium orabat. Num quasi Deus esset imbecillus, eosque servare non posset? Neutiquam. Est enim valentissima Divinitas, et bellum ab Assyriis imminens reprimere facile poterat. Contigit autem hæc perpeti Ephraim, sive Israelem, quia relicto Deo salvatore, et in ipso ac solo gloriandi **138** perseverantia, ut re jam veteri atque obsoleta, posthabita, existimabant per se hostibus formidabiles fore, nec ab iis subactum iri, cum in tantam frequentiam essent aucti, abundarentque liberorum multitudine infinita. Pariebant enim mulieres eorum secundum promissionem et benedictionem, Moyse ita vaticinato : « Non erit infecunda, nec sterilis in filiis Israel [69]. » Sed mire fatuum erat propter multitudinem corporum contemnere Dei auxilium. Cogitandum illis potius, ai saperent, cum ipso, et per ipsum « persequi posse unum mille, et duos fugaturos decem millia [70]. » Placent itaque sibi, et jactant se, inquit, non in Deo potissimum; sed gloriæ sibi ducunt partus, et conceptiones, et dolores parturientium feminarum suarum. Sciant igitur, etiamsi genuerint filios, etiamsi laborarint enutrientes liberos, fore ut pœnitudine capiantur, cum se frustra viderint laborasse. Filiorum enim orbitatem omnimodis plorabunt, et gladius Babylonicus ad genus ipsorum facile delendum sufficiet. « Quia et væ illis est. » Quasi dicat, Deo in illos væ vibrante, quis illis lætitiam suppeditabit? Si enim « clauserit contra hominem, quis aperiet [71]? » ut scriptum exstat.

PΕ'. Ἀπέδρα *πρὸς* Αἰγυπτίους τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφεὶς ὁ Ἰσραὴλ, ἐπαμῦναί τέ οἱ παρεκάλει τὸν Θεὸν τῆς χώρας ἡγούμενον. Ἆρ' ὡς ἀτονοῦντος Θεοῦ, καὶ σώζειν αὐτοὺς οὐχ οἷου τε ; Οὔμενουν. Παναλκὲς γὰρ τὸ Θεῖον, καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχον, τὸν τῶν Ἀσσυρίων ἀποσοβῆσαι πόλεμον. Συμβέβηκε δὲ τὰ τοιάδε παθεῖν τοὺς ἐξ Ἐφραΐμ, ἤτοι τὸν Ἰσραὴλ, ὅτι Θεὸν ἀφέντες τὸν σώζοντα, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ δὴ καὶ μόνῳ μεγάλα φρονεῖν διατελῶντες (1) ὡς ἔωλον, ᾤοντο κατὰ σφᾶς δεινοὶ, καὶ ἀνάλωτοι γενήσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς, διά τοι τὸ εἰς πληθὺν ἐκτετάσθαι πολλὴν, καὶ ἀναρίθμητον ἔχειν τὴν πολυπαιδίαν. Ἔτικτον μὲν γὰρ αἱ παρ' αὐτοῖς γυναῖκες κατ' ἐπαγγελίαν, καὶ ἐν εὐλογίας τάξει, Μωσέως προειρηκότος, « Οὐκ ἔσται ἄγονος, οὐδὲ στεῖρα ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. » Ἀλλ' ἦν εὐθὲς κομιδῇ, διὰ πληθὺν σωμάτων ἀφειδῆσαι βοηθείας τῆς παρὰ Θεοῦ. Ἐννοῆσαι δὲ μᾶλλον ὀρθὰ φρονοῦντας ἐχρῆν, ὅτι σὺν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ « Διώξεται μὲν εἷς χιλίους, δύο δὲ μετακινήσουσι μυριάδας. » Ἀποσεμνύνονται τοίνυν, φησὶν, οὐκ ἐπὶ Θεῷ μᾶλλον, ποιοῦνται δὲ δόξαν τόκους, καὶ συλλήψεις, καὶ ὠδῖνας τῶν παρ' αὐτοῖς γυναικῶν. Ἴστωσαν δὴ οὖν, ὅτι κἂν εἰ τέκοιεν υἱοὺς, κἂν εἰ κάμοιεν ἐκτρέφοντες τέκνα, μεταγνώσονται πονοῦντες εἰκῆ. Θρηνήσουσι γὰρ πάντη τε καὶ πάντως τὴν ἀπαιδίαν. Ἀρκέσει δὲ ξίφος αὐτοῖς τὸ Βαβυλώνιον εἰς τὸ δαπανῆσαι ῥᾳδίως πᾶν ὅσον αὐτῶν γένος. « Διότι καὶ οὐαὶ αὐτοῖς ἐστιν. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, Θεοῦ αὐτοῖς ἐπιῤῥιπτοῦντος τὸ οὐαὶ, τίς ἐπιδώσει τὴν εὐθυμίαν ; Ἐὰν γὰρ « Κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει ; » κατὰ τὸ γεγραμμένον.

CVI. *Caro mea ex eis.*

Σὰρξ μου ἐξ αὐτῶν.

Minante Deo atque etiam dicente de Ephraim, sive de omni Israel, radicitus periturum, et deploraturum orbitatem, laboraturumque frustra in educatione liberorum, seipsum propheta ab ultione subducit, et immunitatem ab ira sic precatur : « Caro mea ex eis. » Intellige « ex eis, » procul ab eis. Extra illos, inquit, enim, et quam longissime ego sim, et omne genus meum. Interdum enim huic voci « caro, » generis quoque subjecta est notio. Sic enim et illud Pauli, ut recte dictum accipiemus, cum scribit : « Quandiu ego quidem sum gentium apo-

PΖ'. Ἀπειλοῦντος Θεοῦ, καὶ δὴ καὶ φάσκοντος περὶ τοῦ Ἐφραΐμ, ἤτοι παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς καὶ ὁλόῤῥιζος ἀπολεῖται, καὶ θρηνήσει τὴν ἀπαιδίαν, καὶ πονήσει μάτην ἐπὶ ταῖς τῶν τέκνων ἀνατροφαῖς, ἑαυτὸν ὁ προφήτης ὑπεξάγει τῆς δίκης, ἔξω τε γενέσθαι τῆς ὀργῆς προσεύχεται, λέγων· « Σάρξ μου ἐξ αὐτῶν. » Τὸ δὲ « ἐξ αὐτῶν » συνήσεις, ἀντὶ τοῦ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν. Ἔξω γὰρ αὐτῶν καὶ ἀποτάτω, φησὶν, αὐτός τε γενοίμην ἐγὼ, καὶ τὸ ἐμὸν ἅπαν γένος. Δηλοῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε καὶ τὸ γένος « ἡ σάρξ. » Ἐκδεξόμεθα γὰρ οὕτω καὶ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς

[69] Exod. xxiii, 26. [70] Deut. xxxii, 30. [71] Isa. xxii, 22.

(1) Ἴσ. διαπερῶντες.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὀρθῶς εἰρημένον. Γέγραφε γὰρ ὧδί· « Ἐφ' ὅσον μὲν οὖν ἐγώ εἰμι ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω, εἴ πως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. » Ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις προφήταις, ὅταν ἴδωσι πολλάκις δεινὰ καὶ δυσφόρητα τά τινων ἐγκλήματα, λοιπὸν τὰ καθ' ἑαυτοὺς τῆς ἐκείνων βδελυρίας ἀλλοτριοῦν. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας πλείστοις ὅσοις αἰτιάμασιν ἐμπεπτωκότας τοὺς Ἰουδαίους, καὶ Θεῷ προσκεκρουκότας ὁρῶν, « Κύριε, φησὶ, παντοκράτωρ, οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ' ἠλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου· καταμόνας ἐκαθήμην, ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην. » Δεῖ δὴ οὖν ἄρα θαυμάσαι τὸν μακάριον Παῦλον, ὅταν ἡμῖν ἐπιστέλλῃ· « Σαυτὸν ἁγνὸν τήρει, καὶ μὴ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. » Εἴποι δ' ἂν εἰκότως πᾶς ἀσεβὴς περὶ τῶν προσκρουόντων τῷ Θεῷ, καὶ ὅσον οὐδέπω κολασθησομένων, « Σὰρξ μου ἐξ αὐτῶν. »

A stolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum provocem carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis [73]. » Mos porro est sanctis prophetis, si sæpe gravia et intoleranda quorumdam scelera viderint, de cætero se ab illorum impuritate et nequitia sejungere. Quare Jeremias Judæos in plurima delicta prolapsos, et Deum læsisse cernens, « Domine omnipotens, » ait, « non sedi in concilio ludentium, sed timui a facie manus tuæ; seorsum **139** sedebam, quia amaritudine repletus eram [74]. » Admirandus est itaque beatus Paulus, quando nobis ita mandat : « Te ipsum castum custodi, et ne communices peccatis alienis [75]. » Omnis autem impius de offendentibus Deum, et mox puniendis jure dixerit : « Caro mea ex eis. »

Ἐφραὶμ ὃν τρόπον εἶδον, εἰς θήραν παρέστησε τὰ τέκνα αὐτοῦ, τοῦ ἐξαγαγεῖν εἰς ἀποκέντησιν τὰ τέκνα αὐτοῦ.

B Vers. 13. *Ephraim, sicut vidi, in captionem præbuit filios suos, ut educeret ad punctionem filios suos.*

ΡΖ'. Ταλανίζει καὶ νῦν ὁ προφήτης τὸν Ἐφραὶμ, ἤτοι τὸν Ἰσραὴλ, αὐτόν τε γενέσθαι παραίτιον ἑαυτῷ φησι καὶ τῆς ἀπαιδίας, καὶ τῆς ἀνηκέστου συμφορᾶς. Ὡς γὰρ τεθέαμαι καὶ ἐκ τῶν σῶν λόγων, ὦ Δέσποτα, φησὶ, καὶ ἀπό γε τῶν πραγμάτων αὐτῶν, αὐτὸς ὁ Ἐφραὶμ εἰς θήραν, καὶ ἀποκέντησιν τὰ ἑαυτοῦ παρέστησε τέκνα. Καὶ οὐκ ἂν ἑτέρους αἰτιῷτο λοιπὸν, οὐδ' ἂν τῆς θείας καταβοήσειεν ὀργῆς, εἰ τὰ εἰκότα φρονεῖν ἔλοιτο. Αἰτιάσεται δὲ μᾶλλον τὴν ἑαυτοῦ δυσβουλίαν καὶ ἀπόστασιν. Ἐπειδὴ γὰρ λελύπηκεν οὐ μετρίως τὸν ἐπαμύνοντά τε καὶ σώζοντα Θεὸν, μονονουχὶ καὶ ἰδίᾳ χειρὶ παραδέδωκεν ἐκὼν τῇ τῶν ἐθνῶν ἀγριότητι τὸ ἴδιον σπέρμα, καὶ παρέστησεν C εἰς ἀπαγωγὴν καὶ αἰχμαλωσίαν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ « εἰς θήραν, » καὶ μὴν καὶ « εἰς ἀποκέντησιν, » ὅ ἐστι σφαγήν. Τοὺς μὲν γὰρ ἀνεῖλον οἱ Βαβυλώνιοι τῶν Ἰσραὴλ· τοὺς δὲ ἀπεκόμισαν εἰς τὴν ἑαυτῶν.

CVII. Deflet etiam nunc Ephraim, sive Israel propheta, et ipsum sibi causam attulisse prædicat et orbitatis filiorum, et calamitatis gravissimæ. Ut enim vidi ex sermonibus tuis, Domine, inquit, et ex rebus ipsis, ipse Ephraim, et capiendos et trucidandos filios suos præbuit, nec alios deinceps criminari poterit, nec divinæ iræ reclamaverit; sed si ex æquo et justo rem æstimare voluerit, suam potius insipientiam et apostasiam accusabit. Postquam enim opitulantem et servantem Deum non mediocriter offendit, tantum non etiam manu sua semen suum sævitiæ gentium volens contradidit, et in captivitatem abducendum exhibuit. Hoc enim vult, « in captionem, » quin et « ad punctionem, » id est, ad jugulationem. Alios quippe de Israelitis occiderunt Babylonii, alios secum abstraxerunt.

Ὅταν τοίνυν πλημμελῶμεν ἡμεῖς, ἑαυτοὺς μᾶλλον αἰτιασόμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς, καὶ οὐχὶ τὴν θείαν ὀργήν. Καταπεφρονήκαμεν γὰρ τοῦ πρέποντος, καὶ ῥᾴθυμοι γεγενήμεθα περὶ τὸ ἀνδάνον τῷ Θεῷ. Κολάζεσθαι δὲ ἀνάγκη τὸν ὑβριστὴν, καὶ ἐξήνιον, καὶ μονονουχὶ λέγοντα τῷ πάντων Δεσπότῃ· « Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι. »

Cum igitur peccaverimus, si non desipimus, nosmetipsos potius, non iram Dei damnabimus. Contempsimus enim officium, et in Dei voluntate exsequenda segnes fuimus. Contemptor autem, et contumax, et propemodum Deo dicens : « Recede a me, vias tuas scire nolo [75], » puniendus est.

Δὸς αὐτοῖς Κύριε. Τί δώσεις αὐτοῖς; δὸς αὐτοῖς μήτραν ἀτεκνοῦσαν καὶ μαστοὺς ξηρούς.

Vers. 14. *Da eis, Domine. Quid dabis eis? da eis vulvam sine filiis et ubera arentia.*

ΡΗ'. Εἰ δὴ μέλλοιεν, φησὶν, οὐκ εἰδέναι Θεὸν οἱ Ἰσραὴλ, ἀποφέρεσθαι δὲ μᾶλλον πρὸς ἀνωφελῆ D καὶ ἀνήητον ἐλπίδα, οἴεσθαί τε ὅτι περιέσονται τῶν ἐχθρῶν, διὰ πλῆθος τέκνων, καὶ ὅτι πολὺ παρ' αὐτοῖς τὸ μάχιμον γένος, ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας οὐκ ἀναγκαῖον τὸ παρὰ τῆς σῆς ἐπικουρεῖσθαι χειρὸς, μηδὲ τικτέτωσαν ὅλως αἱ παρ' αὐτοῖς γυναῖκες. Τοῦτο γὰρ ἡ ἀτεκνοῦσα μήτρα. Κἂν εἰ τέκοιεν δὲ, μὴ ἀνατρεφέτωσαν, τουτέστι, δαπανάσθωσαν πρὸ ὥρας, καὶ πρὶν εἰς ἥβην ἐλθεῖν πιπτέτω τὸ γένος. Περιτεμνομένης γὰρ οὕτω τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἐντεῦθεν ὑπεροψίας, καὶ λοιπὸν

CVIII. Si non scient Dominum Israelitæ, abripienturque magis spe inutili et insipienti, existimabuntque se hostibus propter multitudinem filiorum superiores fore, et se militaribus viris abundare, et hanc ob causam manus tuæ auxiliis non egere, omnino ne pariant mulieres illorum, hoc enim est, « vulva sine liberis. » Quod si pepererint, ne alant, hoc est, absumantur ante tempus, et priusquam annos pubertatis attingat, occidat genus. Sic enim amputata qua hinc tumescunt superbia, **140** et sublata deinceps spe in copia bello idoneorum reposita, ad tuam

[73] Rom. xi, 13, 14. [74] Jer. xv, 17. [75] I Tim. v, 22. [75] Job xxi, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

indulgentiam confugient, et te Salvatorem liberatoremque vindicabunt. Hæc porro nunc etiam ex amore Dei loquitur, et simul Domini sui gloriam, et Israelitarum coactam conversionem quærit si ultro, et cum bonæ voluntatis fructu converti noliut.

Vulva autem sterilis, et ubera arentia spiritualiter etiam quadrabunt in malos operarios, et quemvis errantem, et a recta via recte ingredi solitos avertentem (in fide, inquam), et in viis suis directe procedentes. Nihil enim ingenio ipsis pariente, nisi sermonem falsum, nisi theorema spurium, nec educaverint in seductione filios suos, secundum doctrinam dico; et arida habentes ubera Ecclesiæ malignantium, deceptorum matres fieri nequeant.

VERS. 15. *Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi odi eos, propter malitias adinventionum eorum. E domo mea ejiciam eos, non addam diligere eos.*

CIX. Incipit rursum universorum Deus enumerare crimina, et meminit Galgal. Urbis nomen est, in qua vehementer imprimis, et infandum in modum superstitiosi statuarum cultus vigebant. Habet autem quod dicit hanc sententiam. Flagitiosi non uno in genere Israelitæ fuerunt. Ac videre licet, quam insigniter improbi fuerint si Galgal cogites. Ibi omnem eorum vidi nequitiam, ibi odi eos. Non quidem propter locum, esset enim id imprudentiæ; sed potius in eo perpetrata ante oculos constituens. Ait igitur, « Expellam eos domo mea, » et arcebo ab atrio meo, et familiaritate mea excludam. Cum autem oderim illos juste, instabo de cætero, nec mutabor amplius, ut velim eos unquam diligere tantis sceleribus alligatos. Occurret aliquis, opinor : Quomodo igitur ex Assyria reduxit eos, aut quomodo e captivitate liberavit? An non mitior factus, et indulgentia, et charitate eos dignatus est? Non negaverim et ego istuc ita esse. Misericordiam enim ex benignitate consecuti sunt, hoc in confesso est. Sed hi de quibus sermo est, abierunt in captivitatem, et longo post tempore in pœna vitam finierunt. Et quemadmodum cum promisisset per Moysen in Ægypto Israelitis, educturum se omnes in terram, quam jurasset patribus eorum, **141** quidam tamen impii sese rebelles præbuerunt, quorum etiam corpora in solitudine ceciderunt, et terra ipsorum filiis potius sorte distributa est; sic etiam hic intelliges. Mortui sunt enim de quibus loquimur; reversi sunt autem quidam aliquando in Judæam Cyro tandem demittente, ubi annum in peregrina tellure septuagesimum complevissent [16].

Ejicientur autem e domo Dei, vel potius ejecti sunt, etiam qui contra Christum indigna, et quæ verbis exprimi satis non possunt, impia facinora

[16] I Esdr. I, passim.

A ἀνηρημένης τῆς ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν μαχομένων ἐλπίδος, τὴν σὴν ὑποδραμοῦνται φειδώ, καί σε Σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἐπιγράψονται. Ἐκ φιλοθείας δὲ τὰ τοιάδε καὶ νῦν ὁ προφήτης φησίν. Ἐν ταυτῷ δὲ ζητεῖ καὶ τοῦ ἰδίου Δεσπότου τὴν δόξαν, καὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τὴν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐπιστροφὴν, εἰ μὴ προαιρέσεως ἀγαθῆς ἔχουσι τὸ χρῆμα καρπόν.

Ἀτεκνοῦσα δὲ μήτρα, καὶ μαστοὶ ξηροὶ, πρέποιεν ἂν νοητῶς καὶ τοῖς τῶν φαύλων ἐργάταις, καὶ παντὶ πλανῶντι, καὶ ἀποφέροντι τῆς εὐθείας ὁδοῦ τοὺς ὀρθοποδεῖν εἰωθότας, ἐν πίστει δὴ, λέγω, καὶ κατευθύνοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τικτούσης τῆς διανοίας, οὐ λόγον ψευδῆ, οὐ θεώρημα νόθον, οὐδ' ἂν ἐκθρέψειαν ἐν πλάνῃ τὰ ἴδια τέκνα, τὰ κατὰ μάθησιν λέγω, καὶ ξηροὺς ἔχουσαι τοὺς μα-
B στοὺς αἱ τῶν πονηρευομένων Ἐκκλησίαι, οὐκ ἂν γένοιντο μητέρες τῶν ἠπατημένων.

Πᾶσαι αἱ κακίαι αὐτῶν ἐν Γαλγὰλ, ὅτι ἐκεῖ ἐμίσησα αὐτοὺς, διὰ τὰς κακίας τῶν ἐπιτηδευμάτων. Ἐκ τοῦ οἴκου μου ἐκβαλῶ αὐτοὺς, οὐ μὴ προσθήσω ἀγαπῆσαι αὐτούς.

ΡΘ'. Ἄρχεται πάλιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀπαριθμεῖσθαι τὰ ἐγκλήματα, καὶ διαμέμνηται τῆς Γαλγάλ. Πόλις δὲ αὕτη, καθ' ἣν ὅτι μάλιστα δεινῶς καὶ ἐκτόπως ἐθρησκεύετο τὰ χειρόκμητα. Ἔστι δὲ ὃ φησι τοιοῦτόν τι πάλιν. Βδελυροὶ μὲν γὰρ κατὰ πολλοὺς τρόπους οἱ ἐξ Ἰσραὴλ. Ἴδοι δ' ἂν τις τῆς ἐνούσης αὐτοῖς φαυλότητος τὴν ὑπερβολὴν, ἐννενοηκὼς τὴν Γαλγάλ. Ἐκεῖ πᾶσαν αὐτῶν τεθέαμαι τὴν κακίαν, ἐκεῖ μεμίσηκα αὐτούς. Οὐ διά γε τὸν τόπον, εὖηθες
C γὰρ, καθεστηκὼς δὲ μᾶλλον τὰ ἐν αὐτῷ γεγονότα. Τοιγάρτοι, φησὶν, ἐξοικιῶ μὲν αὐτοὺς, καὶ αὐλῆς ἀποσοβήσω τῆς ἐμῆς, καὶ οἰκειότητος ἐκβαλῶ. Μεμισηκὼς δὲ δικαίως, ἐνστήσομαί τε λοιπὸν, καὶ οὐκ ἂν μεταθοίμην ἔτι πρὸς τὸ ἀγαπᾷν ἐλέσθαι ποτὲ τοὺς τὰ τοιάδε πεπλημμεληκότας. Ἀλλ', οἶμαι, τὶς ἐρεῖ· Πῶς, οὖν ἀνεκόμισεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐκ τῆς Ἀσσυρίων αὐτοὺς, ἢ πῶς ἀνῆκε τῆς αἰχμαλωσίας; Ἆρ' οὐχὶ μετατεθειμένος εἰς ἡμερότητα, καὶ φειδοῦς, καὶ ἀγάπης ἀξιώσας αὐτούς; Ναὶ φαίην ἂν ἀληθῆ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον. Ἠλέηνται γὰρ ἐξ ἡμερότητος, ὁμολογουμένως. Ἀλλ' οἵγε καθ' ὧν ὁ λόγος ἀπῴχοντο μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν, τεθνήκασι δὲ τῇ
D δίκῃ, χρόνου μακροῦ διϊππεύσαντος. Καὶ ὥσπερ ἐπηγγέλλετο μὲν διὰ Μωσέως κατὰ τὴν Αἴγυπτον τοῖς Ἰσραὴλ, εἰσάξειν ἅπαντας εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσιν αὐτῶν, οὐκ ἠσέβησαν δὲ ἀπειθήσαντές τινες, ὧν καὶ τὰ κῶλα ἔπεσον ἐν τῇ ἐρήμῳ, κατεκληροδοτήθη δὲ μᾶλλον ἡ γῆ τοῖς ἐξ αὐτῶν γεγονόσιν· οὕτω κἀνθάδε νοήσεις. Τετελευτήκασι μὲν γὰρ οἱ καθ' ὧν ὁ λόγος, ὑπενόστησαν δὲ κατὰ καιροὺς οἱ ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, Κύρου μόλις ἀνέντος, ὅτε τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος αὐτοῖς, πεπλήρωτο, διατρίβουσιν ἀλλοδαπῇ.

Ἐκβληθήσονται δὲ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκβέβληνται, καὶ οἱ κατὰ Χριστοῦ τολμήσαντες τὰ δεινὰ, καὶ πέρα λόγου παντὸς δυσσεβήματα, καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

οἱ πικρὰν καὶ παλίμφημον ἐπ' αὐτῷ τὴν γλῶτταν ἀνέντες, ὑπομενοῦσι δὲ καὶ ἀμεταθέτως τὴν ὀργήν. Οὐ γὰρ εἰς ἕνα τῶν προφητῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν πεπαροινηκότες, ἁλίσκονται τὸν τῶν προφητῶν Δεσπότην. Σεσιγημένων δὴ οὖν τῶν ἑτέρων πλημμελημάτων, ἃ δεδράκασι κατὰ σφᾶς αὐτοὺς, πᾶσαν ἄν τις αὐτῶν τὴν κακίαν ἴδοι καὶ τὴν τῆς φαυλότητος ὑπερβολὴν, καὶ ὡς ἔν γε δὴ μόνοις τοῖς κατὰ Χριστοῦ γεγονόσιν.

A ausi sunt, qui amaram et detractoriam linguam in ipsum exseruerunt, subibuntque iram immutabilem. Non enim in prophetarum aliquem, sed in ipsum prophetarum Dominum debacchati inveniuntur. Silentio igitur præteritis quæcumque seorsum præterea amiserunt, omnem eorum nequitiam, et pravitatis magnitudinem quodammodo in solis contra Christum susceptis facinoribus videre possis.

Πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἀπειθοῦντες. Ἐπόνεσεν Ἐφραὶμ τὰς ῥίζας αὐτοῦ, ἐξηράνθη, καρπὸν οὐκ ἔτι μὴ ἐνέγκῃ. Διότι καὶ ἐὰν γεννήσωσιν, ἀποκτενῶ τὰ ἐπιθυμήματα κοιλίας αὐτῶν. Ἀπώσεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Vers. 16, 17. *Omnes principes eorum inobedientes. Doluit Ephraim radices suas, exaruit, fructum nequaquam ultra feret. Quia si genuerint, interficiam desideria uteri eorum. Repellet eos Deus, quia non audierunt eum, et erunt vagi in gentibus.*

B

ΡΙ'. Οὐδένα χρηστὸν, ἤγουν εὐπειθῆ καὶ εὐήνιον ἐν αὐτοῖς ηὑρῆσθαί φησιν, οὐ μικρὸν, οὐ μέγαν, οὐχ ἡγούμενον, οὐ τὸν ὑπὸ χεῖρα καὶ ὑπεζευγμένον. Ταύτητοι καὶ δεῖν ἀπολέσθαι παντελῶς, ῥίζης ὥσπερ αὐτῆς ἐκβεβοθρευμένον διῖσχυρίζεται, ἐν ἴσῳ τε γεγονέναι λοιπὸν τοῖς ἀναινομένοις καὶ πεπληγόσι τῶν ξύλων. Ἃ καὶ μόνης δεῖται τομῆς, ἀναφανδὸν ὥσπερ ὁμολογοῦντα τὴν ἀκαρπίαν. Ὅτι, δὲ τοῖς ἀκάρποις ξύλοις καὶ ἀποκείρεσθαι πρέπει, καὶ αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ, τὴν καρπὸν οὐκ ἔχουσαν συκῆν ὡς ἐν εἴδει τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς ἐκκόπτεσθαι ἐπιτάττων. « Ἵνα τί γὰρ, φησὶ, καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; » Ἄκαρπος δὴ οὖν εὑρεθεὶς ὁ Ἰσραὴλ, φησὶν, ἐκκόπτοιτο ἂν εἰκότως· οὐ γὰρ ἐκδώσει καρπόν. Ἀλλὰ κἂν εἰς τοῦτο γένοιτο, φησὶν, ἀπολῶ τὰ ἐξ αὐτῶν γεννώμενα. Καὶ τοῦτό ἐστι, « Τὰ ἐπιθυμήματα τῆς κοιλίας αὐτῶν. » Ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι κἀκεῖνο περιαθρεῖν, τί τὸ χρῆμα τοῦ λόγου. Διὰ τί γάρ φησιν, ὅτι « Πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἀπειθοῦντες; » Τί γὰρ ὅλως ἐδεῖτο τῆς τῶν ἀρχόντων ὑποταγῆς; Ἀναφορὰν οὖν ὁ λόγος ἔχει πρὸς ἱστορίαν τινὰ τῶν ἀρχαιοτέρων. Καὶ τίς δὴ αὕτη πάλιν ἐρῶ. Μεμοσχοποίηκε κατὰ τὴν ἔρημον ὁ Ἰσραὴλ, ἀπόντος Μωσέως, ἀναπεφοίτηκε γὰρ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ, τὸν νόμον ὑποδεξόμενος. Εἶτα κατελθὼν, λελύπηται σφόδρα πρὸς τὸ πλημμέλημα, συνέτριψε τὸν μόσχον, ἀγανακτοῦντα Θεὸν ἐδυσώπει τρόπον τινὰ τῇ ἰδίᾳ γνησιότητι καὶ ἀρετῇ. Προσέπιπτε γὰρ, καὶ ἐξελιπάρει λέγων· « Εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψον κἀμὲ ἐκ τῆς βίβλου ταύτης, ἧς ἔγραψας. » Κατένευσε δὲ τῷ προφήτῃ Θεὸς σὴν εἰς ἅπαντας ἡμερότητα, καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν· Ἵλεως αὐτοῖς εἰμι, κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Ὁρᾷς ὅσον ὤνησε τὸν Ἰσραὴλ ἡ τοῦ προεστηκότος φιλοθεΐα, καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀρκέσας εἰς τὸ ἀνατεῖσαι Θεὸν, δι' ὑποταγήν τε, καὶ εὐπείθειαν; Αἰτιᾶται τοίνυν εἰκότως, ὡς ὁλοτρόπως ἐκκεκλικότα τὸν Ἰσραήλ. Εἶτα μὴ ἔχοντά τινα τῶν παρ' αὐτοῖς ἡγουμένων, τὸν ἐπιτιμῶντα τοῖς πταίουσι, τὸν ἀφιστάντα τῆς πλάνης, ἤγουν τῇ ἰδίᾳ λαμπρότητι τῇ κατὰ τρόπον καὶ ἀρετὴν ἀποστῆσαι δυνάμενον τὴν ὀργὴν, Θεοῦ παρακεκλημένου. Καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν και-

C

CX. Neminem bonum, sive prompte obedientem, et facilem inter eos repertum ait, non parvum, non magnum, non principem, non clientem, et subditum. Quocirca et omnino, velut radicitus effossos periisse confirmat, et jam similes esse lignis arefactis et percussis, quibus sola resectione opus est, utpote sterilitatem suam palam ostentantibus. Lignis autem infructuosis amputationem convenire, ipse quoque Salvator docuit, ficulneam fructu carentem, et Judæorum Synagogam adumbrantem exscindi jubens. Inquit enim [77], « Ut quid etiam terram occupat? » Infructuosus itaque inventus Israel, inquit, merito exscindatur. Non enim dabit fructum. Quod si etiam dederint, inquit, ex ipsis prognata perdam. Et hæc sunt « desideria uteri eorum. » Existimo etiam considerandum, quid illa verba contineant. Cur enim dicit: « Omnes principes eorum inobedientes? » Quid enim omnium principum obedientia opus erat? Spectat oratio historiam quamdam veterem, quam exponam. Absente Moyse, Israel in solitudine **142** vitulum fecit. Ascenderat quippe in montem Sina legem acceptarus [78]. Qui ubi descendit, eo scelere majorem in modum contristatus, vitulum comminuit, Deumque indignantem sua virtute et germanitate quodammodo ad ignoscendum compulit. Procidens enim, supplex rogavit, his verbis: « Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte; sin autem, dele et me de libro hoc quem scripsisti. » Annuit prophetæ Deus, ut ignosceret omnibus; quinetiam dixit, propitius sum illis secundum verbum tuum. Cernis quantum moderatoris erga Deum amor Israeli profuerit, et quomodo unus ad Deum flectendum propter subjectionem et obedientiam pro omnibus suffecerit. Accusat igitur non injuria Israelem, ut qui penitus a recto itinere declinaverit, et principem de suis nullum omnino habeat, qui peccantes corripiat, qui ab errore avocet, aut certe qui morum ac virtutis suæ splendore Deo exorato, iram ejus amoliri possit, quemadmodum et temporibus Moysis factum legimus. Quamobrem etiam

D

[77] Luc. XIII, 10. [78] Exod. XXIV, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

« repellentur, inquit, et erunt vagi in gentibus. »

Hoc illis evenit et tunc quidem ad Assyrios deportatis, et nunc nihilominus propter debacchationes eorum in Christum exosis : ubique enim exsules et extranei, nec civitatem habentes in mundo manent, qui sunt de Israel. « Dispergam enim eos in omnem ventum [79], » dixit per sanctos prophetas Deus. Si ergo amicitia cum Deo nobis curæ est ; si ejus rationem ducimus, subjiciamus ei cervicem, et pia cum obedientia ad Christum accedamus dicentem : « Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos [80]. » Sic enim et fructiferi et a percussu immunes erimus ; nec radix nostra exarescet ; nec fructus in nihilum recidet ; haud a Deo longissime vagabimur ; et prope ipsum, et apud ipsum erimus, et civitatem supernam in cœlis habebimus, primogenitorum matrem, sanctorum altricem cœlestiumque spirituum purum habitaculum.

CXXII. Iterum eos castigat, ut qui præ voluptate mali quieverint in quibus minime decuit, inconsultissimeque tacuerint in his, propter quæ Deum non mediocriter irasci consentaneum fuit. Nam cum oportuisset, inquit, totis viribus profligare impietatem adversum me, et turpia suadentes increpare, et ita frui bonis omnibus, tacuerunt, seductiones admiserunt, non erat inter eos, qui illa nova molientibus resisteret, non qui legem opponeret, et ad recordationem divinitus præceptorum excitaret. B Scriptum quippe exstat : « Non erunt tibi dii alii præter me[7] : » et rursum : « Non facies tibi idolum[8]. » Sed ista parvipendebant. Siluerunt enim, pluris facientes impietatem, hoc est, defectionem. Itaque « vindemiarunt de cætero fructus iniquitatis ejus. Comederunt fructum mendacem, » hoc est, imbecillam et inutilem spem habuerunt. Verus enim fructus salutem et utilitatem continens, est charitas erga Deum et justitiæ ornamenta. Fructus autem mendax, fructus impietatis apposite intelligi potest, ad finem enim prorsus exsecrandum devenit. Quis igitur sit fructus mendax, qui ipsis ex impietate oriatur, statim ostendit. Adjungit enim, « quia sperasti in curribus tuis, in multitudine fortitudinis tuæ. Et consurget perditio in populo tuo, et C omnia murata tua peribunt. » Non enim modice fuisti impius, inquit, dum ligna et lapides coleres, unumque, et natura, et vere Deum **154** aspernareris. Deinde bello prænuntiato, et jam intra fores versante, non meam potius opem flagitastis; sed viribus vestris et numero curruum confisi, hostes debellaturos existimastis, quasi ad hoc vobis falsorum deorum favor auxiliumque sufficeret. Hic vobis fructus mendax erit. Erit enim populo pestis. Omnis autem illustris et fortunatissima civitas evertetur. Quod enim Deus non stabilit, plane corruat necesse est.

Λεγέσθω δὴ ταῦτα καὶ πρὸς ἡμῶν, μᾶλλον δὲ παρὰ Θεοῦ, τοῖς προσεδρεύειν ἐθέλουσι τοῖς ἀνοσίοις αἱρετικοῖς, καὶ μαθητιᾷν ὑποκρινομένοις τὰ εἰς ζωήν τε καὶ σύνεσιν. Οὗτοι παρασιωπῶσιν ἀσέβειαν. Ἀνέχονται γὰρ δυσφημούντων ἀκούοντες, καί τοι πλείστην ὄσην ὀφείλοντες τὴν κατ' αὐτῶν ποιεῖσθαι κατάῤῥησιν. Μεθέξουσι δὴ οὖν τῆς ἑαυτῶν συμβουλίας, καὶ τοὺς τῆς ἀδικίας ἐκθεριοῦσι καρπούς. Φάγονται γὰρ ψευδῆ, νόθην καὶ ἀπόβλητον δεχόμενοι γνῶσιν, διδασκόμενοί τε τὰ διεστραμμένα, καὶ ὅσα τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος παραχαράττειν ἐπιχειρεῖ. Ὅτι δὲ καὶ αὐτῶν πᾶσα πεσεῖται δύναμις, Θεοῦ καταστρέφοντος, οἰχήσονται δὲ καὶ εἰς ὀλέθρον καὶ ἀπώλειαν. πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις;

D Dicamus nos hæc etiam, imo Deus his qui assectantur impios hæreticos, et se teneri cupidine discendi ad vitam, et prudentiam pertinentia simulant. Illi tacent impietatem; æquo enim animo maledicentes audiunt, cum eos maximopere condemnare debeant. Participes igitur erunt eorum consilii, et iniquitatis fructus metent. Comedent enim mendacem fructum, spuriam et explodendam scientiam suscipientes, docentesque perversa, et quibus veritatis pulchritudinem adulterare conantur. Porro et illorum fortitudinem Deo evertente casuram, et in pestem atque exitium abituros dubitandum non est.

[7] Exod. xx, 3. [8] Levit. xxvi, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 14, 15. *Sicut princeps Salmanac de domo Hierobaal, in diebus belli matrem super filios solo allisit; sic faciam vobis, domus Israel, a facie iniquitatis nequitiarum vestrarum.*

CXXIII. In libro Judicum refertur, declinasse Israel post Baalim aliquando. Quo scelere cum Deum offendissent, traditi sunt in manus Madian ad septennium integrum. Adeo autem inclementes dominos senserunt, ut etiam antra et speluncas habitarent, et in eas se abdentes, ægre vitam tuerentur, locorumque difficultates pro muris seu propugnaculis objectarent, quod faustam pugnam omnino desperarent [9]. Contingebat igitur concurrentes cum Madianitis crudeliter interfici, ut cum miseris matribus infantes quoque omni sublata misericordia perirent. Eorum principes erant Oreb, et Zeb [10], et Zebee, et Salmana [11]. Perduravit autem calamitas, donec ærumnosum Israelem miseratus Deus, excitavit Gedeonem, qui et a patre et ab indigenis alio nomine dictus est Hierobaal, **155** ob causam istiusmodi. Cum ei Deus per oracula angelica ita præcepisset, aram Baal destruxit, et lucum ejus succidit, idque clam et noctu. Incolæ oppiduli ubi primo diluculo sacris pro more faciendis ad nemus convenerunt, ibique Baal et nemus super eum illapsum conspexerunt, inde Gedeonis studium erga Deum conjicientes, eidem hujus rei causam ascripserunt. Deinde convento ejus patre dixerunt : « Da nobis filium tuum, ut occidamus eum, quia destruxit Baal [12]. » Ad hæc ille : « Num vos, inquit, ulciscimini Baal? si Deus est, ulciscatur se de eo qui destruxit illum [13]. » Inde cognomen mansit Gedeoni Hierobaal : quod sonat, « ulciscatur se Baal. » Sicut igitur Salmana, inquit, Madianitarum dux, de domo Gedeonis, sive Hierobaal matrem cum filiis allisit; eodem modo Assyriorum dux atrociter et inhumaniter, citraque ullam misericordiam bello vos tractabit, matremque cum liberis allidet. Evenient autem vobis ista propter nequitias vestras. Punit enim non temere justus judex universorum Deus; sed si ultra modum sese offendentium delicta perrexerint, tunc demum iratus pro portione supplicium irrogat. Si igitur aversamur iram, par est utique, nos etiam peccatum aversari et nolle divinam mitissimamque naturam ad indignationem velut exacuere, et forsitan invitam quoque scelerum diritate huc adigere. Sciendum autem antegressorum explanatorum quosdam scribere, non principem Madianitarum Salmana matrem cum filiis allisisse e domo Hierobaal, sive Israel (a ducibus enim interdum universitas significatur), sed contra potius in domo Salmana Gedeonem allisisse matrem cum liberis. Sed melius et convenientius fuerit, uti reor, illud quam istuc. Sicut enim tempore illo, quo Israel ad Baalim declinavit, apud eos filii cum matribus per manus alienigenarum allisi sunt : sic et nunc,

A *Ὡς ἄρχων Σαλμανὰχ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Ἱεροβάαλ, ἐν ἡμέραις πολέμου μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισε· οὕτως ποιήσω ὑμῖν, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀπὸ προσώπου ἀδικίας κακιῶν ὑμῶν.*

ΡΚΓ'. Ἐν τῇ βίβλῳ γέγραπται τῶν Κριτῶν, ὡς ἐξέκλινε μὲν ὁ Ἰσραὴλ ὀπίσω Βααλείμ κατὰ καιρούς. Ταύτητοι Θεῷ προσκεκρούκασι. Παραδέδονται δὲ καὶ εἰς χεῖρας Μαδιὰμ, ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ἑπτά. Ἀπηνῆ δὲ οὕτως ὑπομεμενήκασι τὴν ἐκ τῶν κεκρατηκότων πλεονεξίαν, ὡς ἤδη καὶ πέτρας οἰκεῖν καὶ σώζεσθαι μόλις, ἐν αὐταῖς καταδυομένους, καὶ προτείχισμα ποιεῖσθαι τὰς δυσχωρίας, διά τοι τὸ παντελῶς ἀπειπεῖν πρὸς μάχην. Συμβέβηκε τοίνυν ὑμῶς ἀναιρεῖσθαι τοὺς ἐμπίπτοντας τοῖς Μαδιηναίοις, ὥστε καὶ ἀθλίαις μητράσι συνδιόλλυσθαι τέκνα, φειδοῦς ἀπά-
B σης ἐξηρημένης. Ἦρχον δὲ αὐτῶν Ὠρήβ τε καὶ Ζήβ, καὶ Ζεβεὲ, καὶ Σαλμανά. Παρετείνετο δὲ τὰ τῆς συμφορᾶς ἄχρις ἂν κατοικτείρας Θεὸς ταλαιπωροῦντα τὸν Ἰσραὴλ, ἤγειρε τὸν Γεδεών, ὃς καὶ μετωνόμασται παρά τε τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἐγχωρίων Ἱεροβάαλ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Χρήσαντος μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦ Θεοῦ διὰ φωνῆς ἀγγέλου, καθεῖλε τὴν στήλην τοῦ Βάαλ, καὶ τὸ ἄλσος αὐτοῦ ἐξέκοψε λεληθότως καὶ ἐν νυκτί. Ἐπειδὴ δὲ οἱ τῆς πολίχνης οἰκήτορες τὰ συνήθη πληροῦντες ὑπὸ τὴν ἕω σπουδάζοντες, παρῆσαν ἐν τῷ τεμένει, καὶ κατερριμμένον τεθέανται τὸν Βάαλ, καὶ τὸν δρυμὸν ἐπ' αὐτῷ πεπτωκότα, κατεστοχάζοντο τῆς τοῦ Γεδεὼν ἤδη φιλοθεΐας, καὶ αὐτῷ τοῦ πράγματος ἐπέγραφον τὰς αἰτίας. Εἶτα προσ-
C ἦσαν τῷ πατρὶ, λέγοντες· « Δὸς τὸν υἱόν σου, ἵνα ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ὅτι καθεῖλε τὸν Βάαλ. » Πρὸς ταῦτα ἐκεῖνος· « Μὴ ὑμεῖς, φησὶν, ἐκδικήσετε τὸν Βάαλ; εἰ Θεός ἐστι, δικασάσθω πρὸς τὸν καθελόντα αὐτόν. » Κἀντεῦθεν Γεδεὼν μετωνόμασται λοιπὸν Ἱεροβάαλ, ὃ διερμηνεύεται, « Δικασάσθω ὁ Βάαλ. » Ὥσπερ οὖν, φησὶν, ὁ Σαλμανὰ τῆς Μαδιηναίων πληθύος ὁ καθηγούμενος, ἐκ τοῦ οἴκου Γεδεὼν, ἤτοι τοῦ Ἱεροβάαλ μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισε, τὸν αὐτὸν τουτονὶ τρόπον τῶν Ἀσσυρίων ὁ στρατηγὸς ὑμῶς, καὶ ἀπανθρώπως, καὶ οἰκτιρμοῦ παντὸς δίχα χρήσεται πολέμῳ τῷ καθ' ὑμῶν, καὶ μητέρα σὺν τέκνοις ἐδαφιεῖ. Συμβήσεται δὲ ταυτὶ διά γε τὰς ὑμῶν κακίας. Κολάζει γὰρ οὐ μάτην, κριτὴς ὢν δίκαιος ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ἀλλ' εἰ ἐκτείνοντο λοιπὸν εἰς τὸ ἐπέκεινα μέ-
D τρον τὰ τῶν προσκεκρουκότων αὐτῷ πλημμελήματα, τότε ἀναλόγως ἐπιφέρει τὰ ἐξ ὀργῆς. Εἰ δὴ παραιτοίμεθα τὸν θυμὸν, παραιτητέον εὖ μάλα καὶ τὸ πλημμελεῖν, καὶ τὸ οἱονεὶ καταθήγειν εἰς ἀγανάκτησιν τὴν θείαν τε καὶ ἡμερωτάτην φύσιν, τάχα δέ που καὶ οὐχ ἑκοῦσαν εἰς τοῦτο καταβιάζεσθαι ταῖς τῶν πταισμάτων ὑπερβολαῖς. Ἰστέον δὲ, ὅτι τῶν προλαβόντων ἐξηγητῶν τινες, οὐ τὸν τῶν Μαδιηναίων ἄρχοντα Σαλμανὰ μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἐδαφίσαι φασὶν, ἐκ τοῦ οἴκου Ἱεροβάαλ, ἤτοι τοῦ Ἰσραὴλ (ἀπὸ γὰρ τῶν ἡγουμένων τὸ σύμπαν ἔθ' ὅτε κατασημαίνεται)· ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ οἴκῳ Σαλμανὰ τὸν Γεδεὼν ἐδαφίσαι μητέρα ἐπὶ τέκνοις. Ἀλλ' οἶμαι κρεῖττον, καὶ τὴν

[9] Judic. vi, 1, 2. [10] Judic. vii. 25. [11] Judic. viii, 5. [12] Judic. vi, 30. [13] ibid. 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀπὸ τοῦ πρέποντος ἐπικουρίαν ἔχον ἂν εἴη οὐχὶ τοῦτο μᾶλλον, ἀλλὰ τὸ ἕτερον. Ὥσπερ γὰρ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν προσκέκλιτο τοῖς Βαλαεὶμ ὁ Ἰσραήλ, ἠδαφίσθησαν παρ' αὐτοῖς τὰ τέκνα μητράσιν ὁμοῦ διὰ χειρὸς ἀλλοφύλων, οὕτω καὶ νῦν ἀπονεύσαντος εἰς εἰδωλολατρίαν τοῦ Ἐφραΐμ, ἐδαφισθήσονται πάλιν διὰ χειρὸς Βαρβάρων, τουτέστι τῶν Ἀσσυρίων, ὁμοῦ ταῖς τεκούσαις τὰ γεγεννημένα. Οἶμαι δὴ οὖν, ὅτι τὸ πιθανὸν ὁ λόγος, καὶ τὴν ὁμοιότητα τὴν ὡς ἐξ εἰκόνος τῆς ἀρχαίας ἐπὶ τὰ νεώτερα διασώσει μᾶλλον, εἰ τῇδε νοοῖτο τῶν προκειμένων ἡ δύναμις.

A

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὄρθρου ἀπερρίφησαν. Ἀπερρίφη βασιλεὺς Ἰσραήλ.

ΡΚΔ'. Οἱ λοιποὶ πάλιν ἑρμηνευταὶ, καὶ μὴν καὶ τῶν Ἑβραίων ἡ συγγραφὴ, τὸ, « Ὡς ὄρθρος ἀπερρίφησαν, » εἰρήκασιν ἐναργῶς, τὸ, οἷον ὡς ἐν ὀλίγῳ κομιδῇ καιρῷ, ἤγουν, ὀξέως καὶ ἀμελλητὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἀποπεπτωκέναι τὸν Ἰσραήλ, διὰ τούτου σημαίνοντες. Βραχὺς δὲ λίαν, ὁ τοῦ ὄρθρου καιρός· ἅμα τε γὰρ ἄρχεται διαυγασμοῦ τῆς ἡμέρας τὸ φῶς, καὶ τὸν ὄρθρον ἐργάζεται· ἀνασχόντος γε μὴν ἡλίου, καὶ πρώτην ἀκτῖνα προχέοντος, λέλυται· καὶ διελήλακεν. Οὐκοῦν ὡς ὄρθρος, τουτέστιν, ἐν ὀλίγῳ καὶ βραχεῖ, καὶ κομιδῇ συνεσταλμένῳ καιρῷ, τοῖς ἡγουμένοις ὁμοῦ συναπερρίφησαν. Ἢ γὰρ οὕτως συνήσομεν, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον μεταληψόμεθα. Ὅτε γὰρ τοῖς ἀνθρωπίνοις πταίσμασιν οὔπω τὰς δίκας ἐπιφέρει Θεὸς, ἢ μακροτέραν ποιεῖται τῆς ἀνεξικακίας τὴν παράτασιν, τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, τοῖς ἐν νυκτὶ καθεύδουσι παρεικάζειν αὐτόν. Καὶ γοῦν οἱ μακάριοι προφῆται διακεκράγασι πολυτρόπως ἡμῖν, αὐτὸ δὴ τοῦτο κατασημαίνοντες. Ἱερεμίας μὲν γὰρ ὁ σοφώτατος, « Μὴ ἔσῃ, φησὶν, ὥσπερ ἄνθρωπος ὑπνῶν, ἢ ὡς ἀνὴρ οὐ δυνάμενος σώζειν; » Ὁ δέ γε θεσπέσιος μελῳδὸς, ποτὲ μὲν, φησὶν, ὅτι « Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς Κύριε; ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος· » ποτὲ δὲ αὖ διεγηγερμένον βλέπων εἰς ἐπικουρίαν τινῶν, « Ἐξηγέρθη, » φησὶν, « ὡς ὁ ὑπνῶν, Κύριος· » ὄρθρον δὴ οὖν ἔοικεν ἀποκαλεῖν, τῆς ἐπ' αὐτοῖς οἱονεὶ ἐγρηγόρσεως τὸν καιρόν. Ὄρθρου γὰρ ἐξ ὕπνου διανιστάμεθα. Ἠγρυπνηκότος δὴ οὖν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ μονονουχὶ διεγηγερμένου λοιπὸν εἰς ἐπίσκεψιν ὧν δεδράκασιν, ἀπόβλητοι καὶ ἀπερρίμμενοι γενήσονται, καίτοι διὰ πλείστην ὅσην ἀνεξικακίαν μονονουχὶ καὶ νυστάξοντος ἐπ' αὐτοῖς, κατὰ τὸν ἤδη παρῳχηκότα καιρόν. Συναπερρίφθαι δὲ τοῖς ὄχλοις καὶ τὸν βασιλέα, φησὶν, ὡς ὅσον οὐδέπου καὶ τῆς Ἐφραΐμ βασιλείας ἐσομένης ἐκ μέσου. Ὑπονοστήσαντες γὰρ, ὡς ἔφην, εἰς τὴν Ἰουδαίαν μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν, ὑφ' ἕνα πάντες γεγόνασι βασιλέα καθάπερ ἀμέλει, καὶ ἐν ἀρχαῖς, καὶ πρὸ τῶν τῆς ἁλώσεως χρόνων. Ἐβασίλευον γὰρ οἱ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὄντος τοῦ Ἰσραήλ.

B

C

D

Διότι νήπιος Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ, καθὼς μετεκάλεσα αὐτοὺς, οὕτως ἀπῴχοντο ἐκ προσώπου μου.

ΡΚΕ'. Ἔοικεν ἡμῖν ἐν τούτοις ὁ λόγος ἀνθυπο-

156 CAP. XI.

VERS. 1. *Mane projecti sunt. Projectus est rex Israel.*

CXXIV. Rursum cæteri interpretes, quin et Hebræa scriptura manifeste habent, « sicut mane projecti, » quo significant quasi, exiguo admodum tempore, sive celeriter, citraque moram Israelem Dei amicitia excidisse : est quippe admodum breve matutinum tempus. Simul enim diurnum lumen illuminare incipit, mane creat; exoriente autem sole, et primos radios jaculante, mox desinit, et præterit. Igitur ut mane, id est, in modico, et brevi, et vehementer angusto tempore una cum principibus projecti sunt. Aut enim sic intelligemus, aut alio sensu accipiemus. Quando enim flagitiis humanis nondum pœnas infert Deus, aut tolerantiam longius producit, nihil habet absurdi noctu dormientibus ipsum comparari. Quamobrem beati prophetæ multimodis clamaverunt, hoc ipsum nobis significantes. Jeremias enim sapientissimus : « Numquid non eris, inquit, sicut homo dormiens, aut vir non potens salvare [14] ? » Divinus autem cantor, nunc ait : « Exsurge, quare obdormis, Domine ? exsurge, et ne repellas in finem [15] ; » nunc rursum excitatum ad quorumdam auxilium cernens, « Excitatus est, inquit, tanquam dormiens Dominus [16]. » Mane igitur appellare videtur velut evigilationis tempus super ipsis : mane siquidem de somno surgimus. Quando ergo vigilaverit super ipsos Deus, et ad ipsorum acta de cætero inspicienda velut experrectus fuerit, rejectitii et projectitii fient, tametsi propter longe maximam patientiam propemodum super ipsis tempore præterito dormiverit. Una autem cum populo etiam regem projectum iri affirmat, utpote brevi regno quoque Ephraim e medio tollendo. Reduces enim in Judæam, ut dixi, post tempus captivitatis, sub uno rege omnes fuere, sicut etiam principio et ante tempus captivitatis fuerant. Regnabant enim de tribu Juda progeniti, quando universus Israel adhuc Hierosolymam regni sedem agnoscebat.

VERS. 2. *Quia parvulus Israel, et ego dilexi eum, et ex Ægypto vocavi filios ejus.* **157** *Sicut vocavi eos, ita abibant a facie mea.*

CXXV. Videtur mihi his verbis objectioni quo-

[14] Jer. XIV, 9. [15] Psal. XLIII, 23. [16] Psal. LXXVII, 65.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rumdam occurrere. Fingamus enim quempiam illud apud se cogitare, aut etiam palam proloqui. Si futurum erat ut excideremi, et a facie Dei olim rejicerentur posteri Israel, fierentque abominabiles et exosi, cur omnino a principio vocati sunt? Ad ista Deus perquam congrue respondet quodammodo, et dicit, « Parvulus Israel, et ego dilexi eum. Ex Ægypto accersivi filios ejus. » Homo candidus et sine fuco, inquit, fuit Jacob, mutato nomine dictus Israel; idcirco dilexi eum. Nam cum adhuc essent fratres in utero, « Jacob dilexi, inquit, Esau autem odio habui [17]. » Quoniam igitur dilexi eum, ob eam causam de Ægyptiorum quoque dominatu filios ejus eripui. « Facio enim misericordiam in millia diligentibus me [18]. » Quid honorati et selecti propter patres? libertatis ornati gratia, servituteque et laboribus exempti? Num vicissim honorarunt? num bene affectis animis protectorem Deum lætificare conati sunt? Nequaquam, inquit. Aufugerunt enim a Domino; abierunt ab eo qui eos cohonestaverat; protervi in eum qui vocavit exstiterunt. Abierunt autem, quonam modo? num quia singillatim, et secundum paucos a mente et judicio desciverunt, et quorumdam fallaciis capti sunt? Nullo modo. Resiluerunt enim sic, quomodo videlicet vocati sunt, id est, secundum universam multitudinem, et secundum tribus, totum genus, totæ familiæ. Sic enim quondam de Ægypto exierunt. Meminimus porro, vix tandem Pharaone dimissionem promittente, et de multitudine abitura cognoscere cupiente, et apertis verbis quærente, « quinam et qui sunt, et qui ibunt? » Moysen respondisse: « Cum junioribus et senioribus nostris ibimus, cum filiis, et filiabus, et ovibus, et bobus nostris [19]. » Ergo secundum totas tribus, et secundum multitudinem, secundum genus universum, et familiàs vocavit. Similem modum habuit apostasis, cujus turpitudinem clarissime ostendit cum dicit, « abibant a facie mea. » Quos enim odisse voluerit universorum Dominus, non dignatur respicere, juxta illud, inquam, in Psalmo cantatum: « Respice me, et miserere mei [20]. » Scriptum est enim: « Oculi Domini super justos [21]. » Et ipse alicubi: « Super quem respiciam, nisi super humilem, et quietum, et trementem sermones meos [22]? »

158 Vers. 3, 4. *Ipsi Baalim immolabant, et sculptilibus adolebant. Et ego colligavi Ephraim, et suscepi eum super brachium meum, et non cognoverunt, quia sano eos in corruptione hominum. Extendi eos in vinculis charitatis meæ.*

CXXVI. Immensam et divinitate ejus dignam inesse Deo mansuetudinem demonstrat. Iis enim qui crediderunt, et ipsum cognoverunt, solumque adorare cœperunt bona tribuere, videri possit conveniens, et ab æquitate alienum non est. Unusquisque enim siquidem recte facere velit, jam deditum

A φορᾷ μάχεσθαι τῇ παρά τινων. Νοείσθω γάρ τις ἐκεῖνο διενθυμούμενος, ἢ καὶ λέγων ἀναφανδόν. Εἰ ἔμελλον ἀποπεσεῖσθαι, καὶ ἐκ προσώπου Θεοῦ γενέσθαι κατὰ καιροὺς οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, βδελυροί τε ἔσεσθαι καὶ ἀπηχθημένοι, τί καὶ ὅλως κέκληνται τὴν ἀρχήν; Πρὸς ταῦτα Θεὸς, καὶ μάλα εἰκότως, ἐξηγεῖται τρόπον τινὰ, λέγων· « Νήπιος Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτόν. Ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ. » Ἀνὴρ ἁπλαστος γέγονε, φησὶν, Ἰακὼβ, ὃς μετεπωνομάσθη Ἰσραήλ. Ταύτῃτοι καὶ ἠγάπησα αὐτόν. Ἔτι γὰρ ὄντων ἐν μήτρᾳ, « Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, φησί· τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα. » Ἐπειδὴ τοίνυν ἠγάπησα αὐτὸν, ταύτῃτοι καὶ ἐξειλόμην τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας τὰ τέκνα αὐτοῦ. « Ποιῶ γὰρ ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με. » Τί οὖν οἱ τετιμημένοι καὶ ἀπόλεκτοι διὰ τοὺς πατέρας; οἱ τῇ τῆς ἐλευθερίας τετιμημένοι χάριτι, καὶ δουλείας καὶ πόνων ἀπηλλαγμένοι; Ἆρα τετιμήκασιν; ἆρα ταῖς εὐνοίαις κατευφραίνειν ἐσπούδασαν τὸν ὑπερασπίσαντα Θεόν; Οὐδαμῶς, φησίν. Ἀποδεδραμήκασι γὰρ τοῦ Δεσπότου, ἀπῴχοντο τοῦ τετιμηκότος, ὕβρισαν τὸν κεκληκότα. Ἀπῴχοντο δὲ, τίνα τρόπον; ἆρα καθ' ἕνα, καὶ κατ' ὀλίγους τοῦ φρονεῖν ὀρθῶς ἀπωλισθηκότες, καὶ ταῖς τινων ἀπάταις ὑποκλεπτόμενοι; Οὔμενουν. Ἀπέθορον γὰρ οὕτως, ὥσπερ ἀμέλει καὶ κέκληνται, τουτέστι, κατὰ πληθὺν ὅλην καὶ κατὰ φυλὰς, παγγενῆ τε καὶ πανοικί. Ἐξῆλθον γὰρ οὕτω τῆς Αἰγύπτου κατὰ καιρούς. Μεμνήμεθα δὲ, ὅτι μόλις ἀνήσειν τὸν Ἰσραὴλ ὑπισχνουμένου τοῦ Φαραὼ, καὶ τὴν ἀπαίρουσαν αὐτοῦ πληθὺν ἀναμαθεῖν ἐθέλοντος, λέγοντός τε σαφῶς, « Τίνες καὶ τίνες εἰσὶν οἱ πορευόμενοι; » Μωσῆς ἀπεκρίνετο· « Σὺν τοῖς νεανίσκοις ἡμῶν, καὶ σὺν τοῖς πρεσβυτέροις ἡμῶν πορευσόμεθα, σὺν τοῖς υἱοῖς, καὶ θυγατράσι, καὶ προβάτοις, καὶ βουσὶν ἡμῶν. » Οὐκοῦν κατὰ φυλὰς ὅλας καὶ κατὰ πληθὺν, κατὰ γένος τε καὶ οἶκους ἡ κλῆσις. Κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ ἡ ἀπόστασις, ἧς τὸ ἀκαλλὲς ὅτι μάλιστα σημαίνει, λέγων τὸ, « Ἀπῴχοντο ἐκ προσώπου μου. » Οὓς γὰρ ἂν ἔλοιτο μισεῖν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, οὐδ' ἂν ἐπισκέψαιτο, κατ' ἐκεῖνο, φημὶ, τὸ ἐν Ψαλμοῖς ὑμνούμενον· « Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. » Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους· » καὶ αὐτὸς δέ πού φησιν· « Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους μου; »

B

C

D

Αὐτοὶ τοῖς Βααλεὶμ ἔθυον, καὶ τοῖς γλυπτοῖς ἐθυμίων. Καὶ ἐγὼ συνεπόδισα τὸν Ἐφραΐμ, καὶ ἀνέλαβον αὐτὸν ἐπὶ τὸν βραχιόνά μου. Καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὅτι ἴαμαι αὐτοὺς ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπων. Ἐξέτεινα αὐτοὺς ἐν δεσμοῖς ἀγαπήσεώς μου.

ΡΚΖ'. Ἀμέτρητον οὖσαν καὶ θεοπρεπῆ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ δείκνυσιν ἡμερότητα. Τὸ μὲν γὰρ τοῖς ἤδη πεπιστευκόσι, καὶ ἐπεγνωκόσιν αὐτὸν, καὶ αὐτῷ δὴ μόνῳ προσκυνεῖν ἠρημένοις ἀπονέμειν τὰ ἀγαθὰ, λόγον ἂν ἔχοι τὸν πρέποντα, καὶ οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος τὸ χρῆμα κείσεται. Τιμᾷ γάρ τις, εἴπερ ἔλοιτο δρᾷν

[17] Malach. I, 3. [18] Exod. XX, 6. [19] Exod. X, 8. 9. [20] Psal. LXXXV, 16. [21] Psal. XXXIII, 16. [22] Isa. LXVI, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὀρθῶς, τὸν οἰκεῖον ἤδη, καὶ προσδεδραμηκότα. Τὸ δὲ καὶ τοῖς βεβήλοις ἔτι, καὶ οὐκ εἰδόσιν αὐτὸν, παντὸς ἀγαθοῦ φαίνεσθαι χορηγὸν, ὑπερβολὴν ἂν ἔχοι φιλανθρωπίας, καὶ θαύματος, καὶ θεοπρεποῦς ἀληθῶς ἀπόδειξιν ἡμερότητος. Τοιγάρτοι καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Σωτὴρ, κατοικτείρων τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ τὸν οὐδαμόθεν πρέποντα τοῖς φιλαμαρτήμοσιν ἔλεον ἀπονέμων ὡς Θεὸς, ποτὲ μὲν, ὅτι « Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· » ποτὲ δὲ πάλιν, « Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. » Καίτοι τοίνυν, φησὶ.... τουτέστιν, οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἐπλανῶντο κατὰ τὴν Αἴγυπτον, οὔπω Θεὸν ᾔδεσαν τὸν ἀληθινὸν, ἐμέ· κατεφωρῶντο δὲ μᾶλλον θυσίας προσάγοντες τοῖς Βααλείμ, τουτέστι, τοῖς εἰδώλοις, θυμιῶντες τοῖς γλυπτοῖς, ἤτοι τοῖς τῶν ἐγχωρίων σεβάσμασιν. Ἐγὼ δὲ ἐπείπερ εἰμὶ χρηστός τε καὶ ἀγαθὸς, καίπερ οὕτως ἔχοντα σκαιότητος τὸν Ἐφραΐμ, ἤτοι καθ' ὅλου τὸν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκ μιᾶς ἐνθάδε φυλῆς δηλούμενον, συνεπόδισα, φησίν. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, αὐτὸς διεσάφησε, λέγων· « Ἀνέλαβον αὐτὸν ἐπὶ τὸν βραχίονά μου. » Ἡ δὲ τοῦ παραδείγματος ὁμοιότης, ὡς ἐκ τοῦ δρωμένου περὶ τὰ νήπια. Οἱ γὰρ τὰ μικρὰ τῶν βρεφῶν εἰς χεῖρας ἀναλαμβάνοντες, οἱονεὶ συμποδίζουσιν αὐτὰ, συνενεγκόντες τοὺς πόδας. Δεῖ γὰρ, οἶμαι, συστέλλεσθαι μηρούς τε καὶ γόνατα παντὸς τοῦ συνιζηκότος, τουτέστι, τὸ « συνεπόδισα· » καθάπερ ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ Ἀβραὰμ γέγραπται, ὅτι συνεπόδισεν Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὅτε καὶ θύειν αὐτὸν προσεδόκησε τῷ Θεῷ. Εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι τῶν Ἑβραίων ἡ ἔκδοσις, καὶ μὴν καὶ ἡ τῶν ἑτέρων, οὐκ ἔχει τὸ, « συνεπόδισα. » Τεθείκασι δὲ μᾶλλον τὸ, « Γέγονεν ὡς τιθηνὸς τῷ Ἐφραΐμ. » Οὐκοῦν ἐγὼ μὲν περὶ αὐτοὺς τοιοῦτος, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν, τουτέστιν, οὐ συνῆκαν, οὐκ ἤσθοντο ὅτι καταφθειρόν ἑτέρους, τῶν κατ' αὐτοὺς ποιοῦμαι τὴν ἐπανόρθωσιν· τοῦτο γὰρ τὸ, « Ἴαμαι αὐτοὺς ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπων. » Κατεφθάρησαν μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι πρῶτοι ταῖς δέκα πληγαῖς, οὐκ ἀνιέντος τοῦ Φαραώ. Μετὰ δέ γε τὰς Αἰγυπτίων πληγὰς, διολώλασι Χεταῖοι, Εὐαῖοι καὶ Ἀμορῥαῖοι, Χαναναῖοι καὶ Ἰεβουσαῖοι, οὓς νενικηκὼς κατακράτος ὁ Ἰσραὴλ, κεκληρονόμηκε τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν, Θεοῦ πᾶν αὐτοῖς καταψιλοῦντος τὸ ἀνάντες, καὶ τὸ δύνασθαι κατευμεγεθεῖν τῶν ἐχθρῶν ἀπονέμοντος. Οὐκοῦν, οὐκ αἰσθάνονται, φησὶν, ὅτι καταφθείρων ἀνθρώπους τοὺς ὁμογενεῖς αὐτοῖς, εὖ ἐτίθουν τὰ κατ' αὐτούς· καὶ ἐξέτεινα αὐτοὺς, τουτέστι, συνέσφιγξα, καὶ συνέσχον ἐν δεσμοῖς ἀγάπης. Ἀλλ' εἴπερ ἦσαν σοφοὶ, πάντως που καὶ ἐνενόησαν, καὶ ἐλογίζοντο κατὰ σφᾶς, ἀνθ' ὅτου τὰ μὲν ἔθνη ταῦτα κατεφθάρη παρὰ Θεοῦ, ἀντεισκεκομίσμεθα δὲ ἡμεῖς. Συνέντες γὰρ οὕτως, ὅτι μεμίσηκα τὸν ἀλιτήριον, καὶ οὐκ ἐν λόγῳ ποιοῦμαι τὸν τῶν δαιμονίων θεραπευτὴν, κατέληξαν ἂν τάχα που τοῦ δρᾶν ἐλέσθαι τὰ παραπλήσια. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα τοῖς ἐθέλουσιν εὐφραίνειν Θεὸν καὶ λογισμοῦ σώφρονος, καὶ φρενὸς ἀγαθῆς, καὶ τὴν ἐφ' ἑτέροις ὀργὴν, ἀσφαλείας ποιεῖσθαι πρόφασιν. Πάνδεινον δὲ τῆς ἀχαριστίας τὸ χρῆμα, καὶ ὡς ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀτόποις

A sibi, et a fide sua ultro pendentem honorat. At vero et profanis adhuc, et ipsum nescientibus omne bonum palam largiri, excellentem benignitatem et admirationem habet, et revera mansuetudinis Deo propriæ indubitabile est indicium. Quare et ipse Salvator, miserans res nostras, et peccandi cupidis neutiquam tribuendam misericordiam ut Deus imperiens, dicebat, jam quidem : « Non est opus bene valentibus medicus, sed male habentibus[23] ; » jam rursum : « Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam[24]. » Ait ergo.... hoc est, Israelitæ in Ægypto errorem suum sequebantur, nondum Deum verum, me scilicet, sciebant; comperti autem sunt magis Baalim, id est idolis, hostias immolare, et adolere thura simulacris, sive B diis indigenis. Ego vero, quoniam benignus et bonus sum, Ephraim, sive universum Israel (ut ex una tribu hic significatum), quanquam adeo stolidum colligavi, inquit. Quod quid sit, ipsemet declarat, « suscepi eum super brachium meum. » Quæ similitudo ab iis quæ infantibus fiunt, ducitur. Qui enim infantes in ulnas suscipiunt, quasi eos compedibus ligant, dum eorum pedes stringunt. Oportet enim, ut arbitror, contrahi femora et genua cujuslibet considentis. Atque hoc est, « colligavi; » sicut videlicet et de Abraham scriptum est, eum colligasse Isaac filium suum, sacrificaturum Deo[25], ut putabat. Sciendum porro Hebræorum editionem atque aliorum etiam non habere, « colligavi ; » sed illud potius, « factus C sum quasi nutritius Ephraim. » Itaque ego quidem erga ipsos talis fui; « ipsi autem non cognoverunt, » hoc est, non intellexerunt, non senserunt me alios perdendo ipsis consulere, hoc **159** enim est, « sano ipsos in corruptione hominum. » Corrupti enim, seu vexati sunt Ægyptii primi decem plagis, non dimittente Pharaone. Post plagas Ægyptias perierunt Chethæi, Evæi et Amorrhæi, Chananæi et Jebusæi, quibus debellatis Israel terram promissionis adeptus est, Deo omne arduum illis complanante, tribuenteque ut hostibus superiores evadere possent. Igitur, non animadverterunt, inquit, quod homines naturæ ipsorum consortes delens, eorum rebus prospicerem, et extenderem D eos, hoc est, constringerem, et cohiberem eos in vinculis charitatis. Atqui, si sapuissent, utique et cogitassent, et apud se ratiocinati essent, quare hæ gentes a Deo deletæ, et ipsi contra introducti fuissent. Sic enim, cum intellexissent quia odissem peccatorem, dæmonumque cultorem spernerem, desiissent fortasse similia committere. Opus est itaque Deum lætificare volentibus et prudenti cogitatione, et mente bona, et iram in alios in suæ securitatis occasionem convertere. Gravissimum autem esse crimen ingratæ voluntatis, et quasi omnis improbitatis convictum merito puniri qui hoc morbo tenetur, et hinc facile est videre. Ingratus enim, inquit, est similis blasphemo.

[23] Matth. IX, 12. [24] Ibid. 13. [25] Gen. XXII, 9.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐληλεγμένοις κολάζοιτο ἂν εἰκότως ὁ τῇ νόσῳ περιπεσών, κἀντεῦθεν ἡμῖν εὔκολον ἰδεῖν. Ὁ γὰρ ἀχάριστος, φησὶν, ὡς βλάσφημος.

Et ero illis quasi dans alapam homo super maxillas ejus, et respiciam ad illum, prævalebo illi.

A *Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπος ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ, καὶ ἐπιβλέψομαι πρὸς αὐτὸν, δυνήσομαι αὐτῷ.*

CXXVII. Quoniam dicebat se dilexisse eos, et instar infantis in brachia accepisse, et velut constrinxisse vinculis charitatis Ephraim, licet etiamnum profanum et flagitiosum, idcirco et conversurum peccantem inquit : « Quem enim diligit Deus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit [26]. » Vide autem quomodo mansuetudinis Deo dignæ non expertem etiam correptionis modum polliceatur. Similes enim fore dicit alapis manu humana impactis suos in eos impetus. Potest autem hujusmodi impetus paternus intelligi, remissione et charitate pœnam miscens, et velut lenta manu, et vix percutiens, ne penitus non vindicasse culpam videatur. Quoniam autem dilexit, etiam respecturum super ipsum spondet. Dignatur enim respectu quos honestare voluerit, et prævalet contra nos, **160** doctrina et virtute divina rebelles sibi subjiciens. Nam cum in suadendo nihil proficit, necessitate ad complectenda meliora compellit, et tribulationibus adigit ad id quod nobis plurimum conducit, et ad salutem est necessarium. Audiat ergo a nobis universorum Deus, « in tribulatione parva castigatio tua nobis [27]. » Hæc est alapa. Et rursum : « Castiga nos, Domine, verumtamen in judicio, et non in furore, ne nos ad paucitatem redigas [28]. » Castigari enim credentibus molestum atque acerbum non est. In ira autem puniri et horribile, et intolerabile, imo exitii plenum est.

PKZ'. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφασκεν ἠγαπηκέναι τε, καὶ ὡς ἐν τάξει βρέφους εἰς βραχίονα λαβεῖν, συνδεῖναι δὲ ὥσπερ καὶ ἐν δεσμοῖς ἀγάπης, καί τοι βέβηλον ἔτι, καὶ ἀλιτήριον ὄντα τὸν Ἐφραΐμ, ταύτητοι καὶ ἐπιστρέψειν πλημμελοῦντά φησιν· « Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. » Θέα δὲ ὅπως ἡμερότητος οὐκ ἀμοιρήσειν τῆς θεοπρεποῦς, καὶ τὸν τῆς ἐπιπλήξεως ὑπισχνεῖται τρόπον. Ἐν ἴσῳ γὰρ ἔσεσθαί φησι τοῖς εἰς σιαγόνα ῥαπίσμασι διὰ τῆς ἀνθρώπου χειρὸς τὰ ἐπ' αὐτοὺς κινήματα. Πατρὸς δ' ἂν νοοῖτο κίνημα τοῦτο, φειδοῖ καὶ ἀγάπῃ κεραννύντος τὰ ἐξ ὀργῆς, καὶ οἷον ἠρέμα, καὶ χειρὶ πλήττοντος μόλις, ὡς ἂν μὴ ἀνεπιτίμητος ὑπάρχῃ παντελῶς. Ἐπειδὴ δὲ ἠγάπησε, καὶ ἐπιβλέψειν ἐπ' αὐτὸν ἐπαγγέλλεται. Ἀξιοῖ γὰρ ἐπιστείας, οὓς ἂν ἕλοιτο τιμᾷν, καὶ δύναται πρὸς ἡμᾶς, ἐντεχνίᾳ καὶ δυνάμει τῇ θεοπρεπεῖ χειρούμενος, τοὺς οἵπερ ἂν ἕλοιντο νοσεῖν τὸ ἐξήνιον. Εἰ γὰρ μὴ πείθων ὀνίνησιν, ἐξ ἀνάγκης περιτρέπει πρὸς τὸ δρᾷν ἑλέσθαι τὸ ἄμεινον, καὶ μετασοβεῖ ταῖς θλίψεσι πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα συμφέρον τε ἡμῖν, καὶ ἀναγκαῖον εἰς σωτηρίαν. Ἀκουέτω δὴ οὖν πρὸς ἡμῶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν, » τοῦτό ἐστι τὸ ῥάπισμα. Καὶ πάλιν· « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλέγους ἡμᾶς ποιήσῃς. » Οὐ γὰρ τὸ παιδεύεσθαι τοῖς εὖ φρονοῦσι πικρόν. Τὸ δὲ ἐν ὀργῇ κολάζεσθαι, καὶ δεινὸν, καὶ δύσοιστον· μᾶλλον δὲ καὶ ὀλέθρου τὸ χρῆμα μεστόν.

B

C

Vers. 5, 6. *Habitavit Ephraim in Ægypto, et Assur rex ejus ; quia non voluit converti, et infirmatus est gladius in civitatibus ejus, et requievit in manibus illius. Et comedent de cogitationibus.*

Κατῴκησεν Ἐφραΐμ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀσσοὺρ αὐτὸς βασιλεὺς αὐτοῦ, ἔτι οὐκ ἐθέλησεν ἐπιστρέψαι, καὶ ἠσθένησεν ἐν ῥομφαίᾳ ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτοῦ· καὶ κατέπαυσεν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Καὶ φάγονται ἐκ τῶν διαβουλίων αὐτῶν.

CXXVIII. Quod sejungi a Deo, effrenato impetu ad mala facienda præcipites, et rebellando insolescere quodammodo adversus eum, quamvis ad salutem invitantem, ad extremam undequaque miseriam nos deducat, beatus quoque Paulus ostendit, cum ait : « Videte, fratres, ne recusetis loquentem. » Nihilominus et ex propositis verbis id patebit. Relicta enim patria tellure sua, ærumnosissimus Ephraim Ægyptum pro patria habuit, dum calamitates bellicas metuit. Subjectus est item ipsi Assur, et peregrino sceptro cervicem supposuit ; eo namque calamitatis devenit. Causam si quis quærat, ab eo audiet qui novit omnia : « Quia noluit converti. » Et captus est deinde, et subditus factus est osoribus suis. « Infirmatus est namque gladius in urbibus ejus, et requievit in manibus ejus. » Hoc est, in nulla urbium Ephraim quisquam pugnæ sciens, et qui posset versare gladium, in-

PKH'. Ὅτι πάντη τε καὶ πάντως εἰς λῆξιν τὴν ἀνωτάτω παντὸς ἡμᾶς ἀποφέρει κακοῦ τὸ ἀπονοσφίζεσθαι Θεοῦ, διανενευκότας ἀσχέτως ἐπὶ τὸ δρᾷν ἑλέσθαι τὰ πονηρὰ, καὶ ταῖς ἀπειθείαις περιυβρίζειν τρόπον τινὰ, καίτοι καλοῦντα πρὸς σωτηρίαν αὐτὸν, σαφηνιεῖ μὲν λέγων καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· « Βλέπετε, ἀδελφοὶ, μὴ παραιτήσησθε τὸν καλοῦντα. » Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἡμῖν ἔσται καταφανές. Καταλελοιπὼς γὰρ, φησὶ, τὴν ἐνεγκοῦσαν αὐτὸν ὁ παμμόχθηρος Ἐφραΐμ γῆν, ὥσπερ ἰδίαν τὴν Αἰγυπτίων ἐποιήσατο, τὰς ἐκ τοῦ πολέμου δεδιὼς συμφοράς. Γέγονε δὲ καὶ ὑπ' αὐτὸν τὸν Ἀσσοὺρ, καὶ ὀθνείοις σκήπτροις ὑπήνεγκε τὸν αὐχένα· κατώλισθε γὰρ εἰς τοῦτο ταλαιπωρίας. Κἂν εἴ τις ἔροιτο τὴν αἰτίαν, ἀκούσεται λέγοντος τοῦ τὰ πάντα εἰδότος· « Ὅτι οὐκ ἠθέλησεν ἐπιστρέψαι. » Ταύτητοι καὶ ἥλω λοιπὸν, καὶ ὑπὸ χεῖρα γέγονε τῶν μεμισηκότων. « Ἠσθένησε γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτοῦ ῥομφαία, καὶ

[26] Prov. III, 12. [27] Jer. XXX, 14. [28] Jer. XLVI, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατέπαυσεν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. » Τουτέστιν, ἐν οὐδεμιᾷ πόλει τοῦ Ἐφραὶμ ἠῤῥηταί τις ἀνὴρ, ὁ δεινὸς εἰς μάχην, καὶ ῥομφαίᾳ χρῆσθαι δυνάμενος. Παρείθησαν γὰρ, καὶ οἷον ἐλύθησαν τῶν κατέχειν αὐτὴν εἰωθότων αἱ χεῖρες. Ἐπειδὴ δὲ πονηρὰ καθ' ἑαυτῶν καὶ πεφρονήκασι, καὶ δεδράκασι, τῆς ἑαυτῶν δυσβουλίας ἔδονται τοὺς καρπούς.

Πικρὸν οὖν ἄρα τὸ ἀτιμάζειν ἀποτολμᾷν ταῖς ἀπειθείαις τὸν σώζοντα, κἂν εἰ προκέοιτό τινι τὸ διαφυγεῖν δύνασθαι πλημμελείας ἐξ ἡμερότητος τῆς παρὰ Θεοῦ, τὸ ῥᾳθυμεῖν οὐκ ἀζήμιον. Κατοικήσομεν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ, τουτέστιν, ἔξοικοί τε καὶ ἀλῆται πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμεθα, καὶ οὐχὶ γῆν ἀφέντες τὴν αἰσθητὴν, καὶ εἰς ἑτέραν μετανιστάμενοι, ἀλλὰ τὸν τῶν ἁγίων κλῆρον. Ἐσόμεθα δὲ καὶ ὑπὸ τὸν Ἀσσοὺρ, τὸν ἄρχοντα δηλονότι τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐπ' αὐτῷ τε κεισόμεθα δοῦλοι καὶ αἰχμάλωτοι, καὶ τοῖς αὐτοῦ θελήμασιν ὑποκύπτοντες, διά τοι τὸ ἀσθενῆσαι, καὶ καταπαῦσαι παρ' ἡμῖν τὴν ῥομφαίαν. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τοῖς φιλαμαρτήμοσιν ἐλεῖν δύνασθαι τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, « Καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. » Μάχαιραν δὲ νοήσεις, καὶ τῆς διανοίας ἡμῶν οἱονεὶ τὴν μαχιμωτάτην τε καὶ φιλοθεωτάτην κίνησιν, ἣν τοῖς πάθεσιν ἀντεξάγοντες, καὶ τοῖς διαβολικοῖς κακουργήμασιν ἀντιτάττοντες, τὴν εὐσεβῆ καὶ ἀμώμητον διατάττομεν τρίβον, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ταῖς ἑαυτῶν κεφαλαῖς ἀνάπτομεν τὰ αὐχήματα.

Καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐπικρεμάμενος ἐκ τῆς κατοικίας αὐτοῦ. Καὶ Θεὸς ἐπὶ τὰ τίμια αὐτοῦ θυμωθήσεται, καὶ οὐ μὴ ὑψώσῃ αὐτόν.

ΡΚΘ'. Δυσέκφραστος κομιδῇ τῶν προκειμένων ὁ νοῦς, καὶ τραχεῖα τῶν λέξεων ἡ συνθήκη, καὶ πολλῆς ἂν δέοιτο σαφηνείας, τοῖς ἐθέλουσι νοεῖν. Ἔστι δὲ ὃ βούλεται δηλοῦν ὡς ἐν ὀλίγῳ, τοιοῦτον. Ἀπῴχετο, φησὶν, ὁ Ἐφραὶμ εἰς Αἰγυπτίους, γέγονε δὲ καὶ ὑπὸ βασιλέα, τὸν Ἀσσούρ. Εἶτα, ὥσπερ τινὸς πυνθανομένου τε καὶ λέγοντος, Ἀνθ' ὅτου, καὶ τίνα τρόπον συγκεχώρηται παθεῖν, ἢ πῶς ἀλλοφύλοις δεδούλευκεν ὁ Ἰσραήλ; τίθησιν ἐφεξῆς τὰς ἀπολογίας, καί φησιν, πρῶτον μὲν, « Ὅτι οὐκ ἠθέλησεν ἐπιστρέψαι. » Προκειμένης γὰρ ἡμερότητος, ἦλω, φησὶ, καὶ πρὸς τοῦτο ῥᾴθυμος καὶ ἀπειθής. Εἶτα, ὅτι « Καὶ ἠσθένησε ῥομφαία ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ ἦν, ὡς ἔφην, ὁ τοῖς Ἀσσυρίοις ἀντανιστάμενος, ἢ καὶ εὐδόκιμος τὰ τακτικὰ, Θεοῦ τὸ μάχιμον παραλύοντος, καὶ δειλίᾳ που τάχα προκατασείοντος καὶ τὸν εὐσθενῆ λίαν ἐν μάχαις. Αἰτία δὲ καὶ ἑτέρα τοῦ πεσεῖν αὐτὸν ὑπὸ τὸν Ἀσσούρ. Ποία δὲ αὕτη; Ὁ γὰρ λαὸς, τουτέστιν, ὁ Ἐφραὶμ, μονονουχὶ καὶ ἐξεκρέματο αὐτοῦ, τοῦ Ἀσσοὺρ δηλονότι, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ κατοικίας ἀπαίρειν ἠθέλησεν εἰς τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων. Καὶ οὐ δήπου φαμὲν, ὅτι τοῦτο παθεῖν αὐτὸς ἂν ἠθέλησεν ὁ Ἐφραὶμ, ἀλλ' ὅσον ἦκεν εἰς τὰ αὐτῷ πεπλημμελημένα, μονονουχὶ καὶ ἐζήτησε παθεῖν τὰ οὕτω δεινὰ, εἴπερ ἐξὸν διαδράναι τὴν ὀργὴν, μεταφοιτᾷν ἠρημένῳ πρὸς τὰ ἀμείνω καὶ πρεπωδέστερα.

vents est. Remissæ enim et velut dissolutæ sunt manus eorum qui ipsam tueri consueverant. Quoniam vero mala contra semetipsos et cogitarunt, et fecerunt, fructus infelicium consiliorum suorum comedent.

Acerbum est igitur per inobedientiam sæpius audere despicere Servatorem; nec si quibus facultas peccata fugiendi ex divina lenitate proponatur, inertia manet impunita. **161** Habitabimus enim in Ægypto, hoc est, exsules et errones erimus, non ita ut terram sensibus expositam reliquerimus, et in aliam commigraverimus, sed ut sanctorum sortem amiserimus. Erimus præterea sub potestate Assur, sub principe, inquam, hujus mundi [29]. Ipsi ut servi et captivi, et dicto audientes subjacebimus, quia infirmatus sit, et quieverit apud nos gladius. Non enim possunt, inquam, peccatis dediti armaturam Dei capessere: « Et gladium spiritus, quod est verbum Dei [30]. » Gladium autem intelligas licet etiam animi nostri veluti ad pugnandum aptissimam, et Dei amantissimam motionem, sive affectum, quem vitiosis moribus quasi in prælio opponentes, et contra diabolicas nequitias instruentes, jam et extra reprehensionem semitam currimus, et evangelicæ vitæ morumque decus capitibus nostris acquirimus.

Vers. 7. *Et populus ab eo suspensus ex incolatu suo. Et Deus super honorata ejus irascetur, et non exaltabit eos.*

CXXIX. Perdifficilis explicatu est verborum istorum sensus, et aspera compositio, et multa indigens illustratione, ut intelligatur. Est autem quod paucis indicare vult, hujusmodi. Abiit Ephraim ad Ægyptios, inquit, et sub potestatem regis Assur concessit. Tum quasi percunctante quopiam, dicenteque, cur et quonam modo permissus est affligi, et quomodo alienigenis servivit Israel, respondet continenter, primum quidem, « Quia noluit converti. » Proposita enim Dei clementia, etiam ad hoc segnis et inobediens inventus est. Deinde « quia infirmatus est gladius in civitatibus ejus; » non enim erat, ut dixi, qui Assyriis resisteret, aut In arte militari probatus, Deo virtutem bellicam enervante, et fortassis etiam in pugna fortissimum injecta timiditate prius convertente. Est item alia causa cur sub Assur redactus sit. Quænam? Populus enim, puta Ephraim, tantum non etiam pependit ab ipso, Assur videlicet, et ex incolatu suo ad Persas et Medos abire voluit. Nec dicimus sane Ephraim istud perpeti voluisse; sed quod ad peccata ejus attinet, tam adversa propemodum affectavit perpeti; siquidem licebat iram effugere, si ad meliora et convenientiora se dare placuisset. Tantum non et pependit ab Assur et patria **162** relicta, hoc est incolatu, seu habitatione sua, in regnum

[29] Joan. XII, 31. [30] Ephes. VI, 17.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

illius abire concupivit, quantumvis Deus expresse prænuntiasset, omnino talia se inducturum, nisi pœnitentiam agerent. Quoniam ipsi ad hunc scopum descenderunt, « irascetur Deus super honorata ejus. » Honorata, et eximia, et præstantia populi reges nimirum sunt, et duces, qui una cum vulgo abducti sunt miseri, et servi, et captivi, quia subjectos seduxerunt, et facti sunt laqueus iis qui, si voluissent ipsi, viam rectitudinis currere poterant. Semper enim duces subditis præeunt. Erunt itaque humiles et abjecti, quamvis gloria affluxerint. Plane enim regni solium decus magnum habet. Verum non exaltaverit illos Deus; desilit enim, id quod jam sæpius dixi, regnum Ephraim.

A Μονονουχὶ καὶ ἐξεκρέματο τοῦ Ἀσσοὺρ, καὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφεὶς, τουτέστι, τὴν κατοικίαν αὐτοῦ, πρὸς τὴν ἐκείνου βαδίζειν ἀσυνέτως ἐγλίχετο, καί τοι Θεοῦ πάντη τε καὶ πάντως ἐπάξειν αὐτῷ τὰ τοιάδε διειρηκότος, εἰ μὴ βούλοιντο μετανοεῖν. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοῦτο αὐτοὶ κατώλισθον σκοποῦ, « Θυμωθήσεται Θεὸς ἐπὶ τὰ τίμια αὐτοῦ. » Τίμια δὲ καὶ ἐξαίρετα, καὶ προῦχοντα τῶν λαῶν, βασιλεῖς δηλονότι, καὶ ἡγούμενοι, οἳ καὶ τοῖς ἀγελαίοις συναπεκομίσθησαν, ἐλεεινοί τε καὶ δοῦλοι, καὶ ἐν τάξει δορυκτήτων, ὅτι τοὺς ὑπὸ χεῖρα πεπλανήκασι, καὶ γεγόνασι παγὶς τοῖς, εἴπερ ἤθελον αὐτοὶ, καὶ διάττειν δυναμένοις τὴν ἐπ' εὐθύ. Καθηγεῖται γὰρ ἀεὶ τῶν ὑπεστρωμένων τὸ ἡγούμενον. Ἔσονται δὴ οὖν ταπεινοὶ, καὶ ἀπερίμμενοι, καί τοι πλείστην ὅσην ἐσχηκότες τὴν δόξαν. Πρόσεστι γὰρ πάντως τοῖς τῆς βασιλείας θώκοις τὸ εὐκλεές. Ἀλλ' οὐκ ἂν ὑψώσειεν αὐτοὺς ὁ Θεός. Πέπαυται γὰρ, ὡς ἔφην ἤδη πλειστάκις, ἡ τοῦ Ἐφραὶμ βασιλεία.

Cavenda igitur nobis Christianis maxime ad improbitatem inclinatio. Quod nisi fecerimus, ipsi diaboli jugum nobis volentes imponemus, tantum non ab ejus dilectione suspensi, totaque alacritate ad ejus jugum deinceps ferendum, et ad ipsius libidini obsequendum concedentes. Quo facto Deum irritabimus, et sic in posterum erimus humiles, dejectum et velut pedibus calcatum gerentes animum, Deo debilitante, strenuisque cogitationibus ad bonum comparandum nos erigere non sustinente.

B Παραφυλακτέον δὴ οὖν ἡμῖν μάλιστα τοῖς ἐν Χριστῷ, τὴν εἰς τὰ φαῦλα ῥοπήν. Ἢ εἰ μὴ τοῦτο δρῴημεν ἐκόντες, αὐτοὶ τὸν τοῦ διαβόλου ζυγὸν ἑαυτοῖς ἐπιθήσομεν, μονονουχὶ καὶ ἀποκρεμάμενοι τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ὅλῃ τε βαδίζοντες προθυμίᾳ πρὸς τὸ ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι λοιπὸν, καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πληροῦν. Ἀλλ' εἰ τοῦτο γένοιτο, παροξυνοῦμεν Θεὸν, οὕτω τε λοιπὸν ἐσόμεθα ταπεινοὶ, χθαμαλὸν καὶ πεπατημένον ἔχοντες νοῦν, Θεοῦ παραλύοντος, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀνδρίαις ἀνορθοῦν ἡμᾶς οὐκ ἀνεχομένου.

Vers. 8, 9. *Quid tibi faciam, Ephraim? protegam te, Israel, quid tibi faciam? sicut Adama ponam te, et sicut Seboim. Conversum est cor meum. In ipso conturbata est pœnitentia mea, non faciam juxta iram furoris mei. Non derelinquam ut deleatur* C *Ephraim, quoniam Deus ego sum, et non homo, in te sanctus.*

Τί σε διαθῶμαι, Ἐφραΐμ; ὑπερασπιῶ σου, Ἰσραὴλ, τί σε διαθῶ; ὡς Ἀδάμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβοείμ. Μετεστράφη ἡ καρδία μου. Ἐν τῷ αὐτῷ συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου, οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου. Οὐ μὴ ἐγκαταλίπω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραΐμ, διότι Θεὸς ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἐν σοὶ ἅγιος.

CXXX. Adhibuit reprehensiones, indicans, omnimodis de cætero iram inexorabilem in eos expromendam, ut in sceleratos, et supra modum in Deum impios, ut nullus veniæ relictus sit locus. Quia vero bonus est, mansuetudinis fons et origo, motum comprimit, non ut præter rationem forte excitatum ex ratiocinatione melioris increpans (non enim aliquando a cogitationibus et actionibus sibi accommodatissimis divina et inexplicabilis natura deflexerit), sed quasi cohibens quod illis dignum erat, et prohibens ex lenitate, quod illi imprimis merebantur, **163** hoc est, ut perirent penitus, et D veluti ab radice ipsa exstirparentur. Idcirco ait, « Quid faciam tibi? » Qua via, inquit, utar in componendis rebus tuis? Protegam te, et succurram rursus, et insidias meditantibus inexpugnabilem ostendam? Sed quomodo istud fiet? Decet enim puniri magis quam rebus uti ad voluntatem fluentibus, quia tetra in Deum facinora consciverunt. Itaque tribuens tibi pro dignitate, et pares delictis tuis pœnas decernens, « ut Adama ponam te, et ut Seboim. » Fuerunt hæ urbes Sodomiticæ, quas cum ipsis fundamentis ignis cœlo lapsus absumpsit [31].

[31] Gen. XIX, 24.

ΡΛ'. Προσήγαγε τὰς μέμψεις, ὑποδεικνὺς, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως αὐτοῖς ἀποτομωτάτην ἔδει λοιπὸν ἐπιφέρεσθαι τὴν ὀργὴν ἀνόσια πεπραχόσι, καὶ ἐπέκεινα μέτρου κατὰ Θεοῦ δεδυσσεβηκόσιν, ὡς μηδεμιᾶς ἔτι φειδοῦς αὐτοῖς περιλελεῖφθαι τρόπον. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, ἡμερότητος πηγὴ καὶ γένεσις, ἀνακόπτει τὸ κίνημα, οὐχ ὡς παραλόγως γεγονότι τυχὸν ἐκ λογισμοῦ τοῦ κρείττονος ἐπιτιμῶν, οὐ γὰρ ἂν ἁμάρτοι ποτὲ τῶν αὐτῇ πρεπωδεστάτων ἐννοιῶν, ἢ πράξεων, ἡ θεία τε καὶ ἄφραστος φύσις· ἀπείργων δὲ ὥσπερ τὸ κατ' ἄξιαν, καὶ κατακωλύων ἐξ ἡμερότητος τὸ ὅτι μάλιστα πρέπον αὐτοῖς, τουτέστι, τὴν εἰσάπαν ἀπώλειαν, καὶ τὸ ἐκ ῥίζης ὥσπερ αὐτῆς ἀναβοθρεύεσθαι δεῖν. Ταύτητοί φησι· « Τί σε διαθῶ; » Ποίᾳ, φησὶν, ὁδῷ χρήσομαι τὰ κατὰ σὲ συντιθείς; Ὑπερασπιῶ σου, καὶ ἐπαμυνῶ πάλιν, καὶ δυσκαταμάχητον ἀποδείξω τοῖς ἐπιβουλεύειν ἐθελουσιν; Εἶτα πῶς τοῦτο γενήσεται; Πρέπει γὰρ ἂν τὸ κολάζεσθαι μᾶλλον ἢ εὐημερεῖν, τοῖς τὰ δεινὰ κατὰ Θεοῦ δεδρακόσιν. Οὐκοῦν ἀπονέμων τὸ πρὸς ἀξίαν, καὶ ἰσοστάθμους τοῖς πλημμελήμασι τοῖς σοῖς ὁρίζων δίκας, « ὡς Ἀδάμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβοείμ. » Πόλεις δὲ αὗται Σοδομιτικαὶ, ἃς μέχρις αὐ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῶν κατεδήδοκε βάθρων τὸ καταβαῖνον πῦρ. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο δράσω, φησί, καίτοι γενέσθαι δικαίως ὀφεῖλον. Ὑπερθήσομαι δὲ (μεταβεβούλευμαι γάρ), καὶ οὐκ ἀκράτοις χρήσομαι τοῖς θυμοῖς· οὐκ ἂν δοίην εἰς ἐξάλειψιν παντελῆ, καίτοι πονηρὸν γεγονότα τὸν Ἐφραΐμ. Διὰ ποίαν αἰτίαν; οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τοῦ παθεῖν αὐτό; Ναί, φησὶν, ἀλλ' εἰμὶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἀγαθὸς δηλονότι, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐξ ὀργῆς κινήμασι παραχωρῶν τὸ νικᾶν, ἀνθρώπινον γὰρ τὸ τοιόνδε πάθος. Τί οὖν ἔτι κολάζεις, φησὶν, εἴπερ εἶ Θεὸς ὀργαῖς μὴ κρατούμενος, ἐμφύτῳ δὲ μᾶλλον ἑπόμενος ἡμερότητι; Κολάζω, φησίν· εἰμὶ γὰρ οὐ μόνον ἀγαθὸς, ὡς Θεός· ἀλλὰ πρὸς τούτῳ καὶ ἅγιος, μισῶν ἀδικίας· ἀποστρεφόμενος τοὺς μεμολυσμένους· παραιτούμενος τὸν θεομισῆ, καὶ ἐπιστρέφων τὸν ἀλιτήριον, καὶ διασμήχων τὸ βέβηλον, ἵνα μοι πάλιν συνάπτηται. Ὠφελεῖ δὴ οὖν ὁ προφήτης ἡμᾶς, ἀνακεκραγώς τε καὶ λέγων· « Ζητήσατε τὸν Κύριον, καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτὸν, ἐπικαλέσασθε, ἡνίκα δ' ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν, ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰς βουλὰς αὐτοῦ, καὶ ἐπιστραφήτω πρὸς Κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται. » Χρὴ γὰρ ἡμᾶς, εἰ περὶ πολλοῦ ποιούμεθα τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ, παντὶ σθένει παρατείσθαι τὸ πλημμελεῖν, μεμνῆσθαί τε λέγοντος· « Ἅγιοι ἔσεσθε, διότι ἐγὼ ἅγιός εἰμι »

Καὶ οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν. Ὀπίσω Κυρίου πορεύσομαι.

ΡΛΑ'. Ἐπιτρέχει τῶν ἁγίων προφητῶν ἔσθ' ὅτε τὸν νοῦν ἀκριβῶς τῶν ἐσομένων ἡ γνῶσις, ἐναστράπτοντος τὸ χρῆμα αὐτοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τοιγάρτοι καὶ μεταξὺ τῶν ἰδίων λόγων, ἤτοι τῶν ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ, τάς τινων ἔσθ' ὅτε προαναχεκράγασι φωνάς, ἢ μετανοούντων, ἢ εὐχαριστούντων, ἢ ἀνασκιρτώντων ἐφ' οἷς ἂν αὐτοὺς εὐφραίνειν ἐπαγγέλληται Θεός. Τοιουτονί τι παθόντα καὶ νῦν τὸν μακάριον εὑρήσομεν Ὡσηέ. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς ὑπισχνεῖτο τὴν ἡμερότητα, καὶ οὐκ εἰσάπαν ἔφασκεν ὀλοθρεύσειν τοὺς ἡμαρτηκότας, ὅτι τε εἴη θεὸς, ἀγαθὸς δηλονότι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Οὐ γάρ τοι καθ' ἡμᾶς ὁ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. Οἱ δὲ ὥσπερ ἐπεγνωκότες τὰ οἰκεῖα πλημμελήματα, καὶ κατερυθριῶντες ἤδη πως ἐπὶ τῇ πλείστῃ τε καὶ ἀδοκήτῳ χάριτι, καταλήξειν ἐπαγγέλλονται τῶν σφίσιν ἐξηυρημένων, δι' ὧν καὶ προσκεκρούκασι. Καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι, δι' αὐτοῦ πάλιν ἡμᾶς τοῦ προφήτου πεπληροφόρηκεν ὁ Θεός. Ἔφη γὰρ ἐν τοῖς ὀπίσω βραχὺ, τόν τε Ἰούδαν αὐτὸν, καὶ τὸν Ἐφραΐμ αἰτιώμενος· « Καὶ ἐπελάθετο Ἰσραὴλ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, καὶ ᾠκοδόμησε τεμένη, καὶ Ἰούδας ἐπλήθυνε πόλεις τετειχισμένας. Καὶ ἀποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰς πόλεις αὐτοῦ, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῶν. » Ὁ μὲν γὰρ Ἐφραΐμ, ἤγουν ὁ Ἰσραὴλ, βωμοὺς, καὶ τεμένη κατὰ τὴν Σαμάρειαν τοῖς εἰδώλοις ἀναδειμάμενοι, κατώλισθον εἰς ἀπόστασιν, ἐπελάθοντο τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον οὐδενὸς ἀξιοῦντες λόγου, παροτρύνοντες διετέλουν. Ἰούδας δὲ αὖ, καίτοι πεπεισθότες ἐπὶ τῷ Θεῷ, κατὰ τοὺς ἄνωθεν ἔτι χρό-

A Sed neque hoc faciam, inquit, quanquam fieri juro deberet; differam autem: mutavi namque consilium, nec summa utar ira; non delebo prorsus, quamvis pravitate corruptum, Ephraim. Quamobrem? an hoc illi non merebantur? Merebantur, inquit, sed Deus sum, non homo; bonus nimirum, nec motibus iræ victoriam cedens. Humana enim est talis affectio. Quid ergo punis adhuc, inquit, si Deus es, et ab ira non teneris; sed insitam potius mansuetudinem sequeris? Punio, inquit: sum enim non tantum bonus, ut Deus; sed præterea sanctus, odio habens iniquitates, aversans inquinatos, repudians Dei osores et convertens peccatorem, purgans impurum, ut mihi rursus copuletur. Commodat igitur nobis propheta exclamans et dicens: B « Quærite Dominum, et cum inveneritis, invocate eum; cum autem appropinquaverit vobis, derelinquat impius vias suas, et vir iniquus consilia sua, et revertatur ad Dominum, et misericordiam consequetur [32]. » Oportet enim nos, si magni æstimamus esse cum Deo, totis viribus refugere a peccato, et meminisse dicentis: « Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum [33]. »

Et non ingrediar in civitatem. Post Dominum ambulabo.

CXXXI. Incurrit nonnunquam in animum sanctorum prophetarum perfecta futurorum notitia, sancto Spiritu cum luce quadam rem illis patefaciente. C Proinde et in medio sermonum suorum, sive desuper a Deo suggestorum quorumdam voces aliquando ante pronuntiant, aut pœnitentium, aut gratias agentium, aut prosilientium ad ea, quibus Deus lætificaturum se illos promiserit. Hujusmodi quiddam et in præsens beato Oseæ contigisse 164 videmus. Deus enim universorum clementiam pollicebatur, affirmabatque peccatores non funditus deleturum, quod Deus esset, bonus videlicet, non homo. Non enim nostri similis est, qui omnem creaturam supergreditur. At illi, ut agnoscentes peccata sua, et erubescentes quodammodo super plurima et improvisa gratia, cessaturos se spondent ab inventis suis quibus Deum offenderunt. Quæ porro ista? D Rursus per ipsum prophetam plene docet Deus. Ait enim paulo supra, Judam et Ephraim accusans: « Oblitus est Israel factoris sui, et ædificavit delubra, et Judas multiplicavit urbes muratas. Et mittam ignem in civitates ejus, et devorabit fundamenta illarum [34]. » Ephraim enim, sive Israel, postquam aras et fana idolis in Samaria exædificavit, lapsus est in apostasiam, oblitus est Dei, et charitatem erga illum floccipendens, irritare eumdem non desiit. Judas porro, quamvis in Deo confideret pro consuetudine superiorum temporum, quibus ab ipso et per ipsum servatus fuerat, ad iram tamen multis et aliis modis eum provocabat, hoc

[32] Isa. LV, 6, 7. [33] Levit. XI, 45. [34] Osc. VIII, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

uno autem præcipue. Nam cum Deus minatus fuisset, missurum se ipsis Assyrium, qui terram vastaret, urbes suas instauratis mœnibus communiebat, ratus, Deo quamvis nolente, bonitate mœnium se salvum et ab oppugnantium viribus invictum fore. Itaque Deo bona ex mansuetudine promittente, et vehementer offenderunt, et conservati deinde, a factis simul et consiliis improbis sese quieturos aiunt. Quin etiam clamet Judas, « non ingrediar in civitatem, » hoc est, murum habebo Deum, securitatem, et tutamen, et spem in ipsum mihi faciam, sub servantis dexteram succedam, ipse et solus ad salutem mihi sufficiet, inane et inutile prorsus confitebor, exspectare, quando bello regionem pervadente in urbem ingressus salvandus sim. Itaque non ingrediar in civitatem. Israel porro sive Ephraim contra alterum illud proclamet, nempe, « post Dominum ambulabo. » Supersedebo, inquit, antiquis criminibus, in futurum Dei leges sequar, ducem mihi universorum Deum deligam. Ac si quis beneplacitum Dei persequatur, plane et ipsum sciet solum, et eidem cultum adhibebit, aliumque præterea neminem adorabit.

νους παρ' αὐτοῦ τε καὶ δι' αὐτοῦ σωζόμενοι, κατέθηγον εἰς ὀργὰς, κατὰ πολλοὺς μὲν καὶ ἑτέρους τρόπους, μάλιστα δὲ δι' ἑνὸς τούτου. Θεοῦ γὰρ ἠπειληκότος ἐπιπέμψειν αὐτοῖς τὸν Ἀσσύριον ἀφανιοῦντα τὴν γῆν, ἀνετείχιζε τὰς ἑαυτοῦ πόλεις, οἰηθείς, ὅτι κἂν εἰ μὴ βούλοιτο Θεὸς, τῇ τῶν πόλεων εὐτειχίᾳ σωθήσεται, καὶ τῆς τοῦ μαχομένου περιέσται χειρός. Οὐκοῦν ἐπαγγελλομένου Θεοῦ τὰ ἐξ ἡμερότητος ἀγαθὰ, καὶ οὐ μετρίως προσκεκρουκόσι, καὶ αὐτοὶ λοιπὸν οἱ σωζόμενοι τῶν ἀτόπων ἐγχειρημάτων τε ὁμοῦ, καὶ μέν τοι καὶ βουλευμάτων ἀποπαύσασθαί φασι· καὶ δὴ καὶ βοάτω μὲν Ἰούδας· « Οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν, » τουτέστι, Τεῖχος ἔξω Θεόν· ἀσφάλειαν ποιήσομαι τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, τὴν τοῦ σώζοντος ὑποδραμοῦμαι δεξιάν. Αὐτὸς ἀρκέσει, καὶ μόνος εἰς σωτηρίαν ἐμοί. Εἰκαῖον ὁμολογήσω καὶ ἄχρηστον παντελῶς τὸ προσδοκᾷν ὅτι, πολέμου τὴν γῆν καταθέοντος, εἰσελθὼν εἰς πόλιν, σωθήσομαι. Οὐκοῦν οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν. Ἰσραὴλ δὲ πάλιν, ἤγουν ὁ Ἐφραΐμ, ἀναφωνείτω τὸ ἕτερον. Τὸ δέ ἐστι, τὸ « Ὀπίσω Κυρίου πορεύσομαι. » Ἀποπεπαύσομαι, φησὶ, τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων. Λοιπὸν τοῖς θείοις ἕψομαι νόμοις. Καθηγητὴν ποιήσομαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Εἰ δὲ δή τις ἴοι πρὸς τὸ δοκοῦν Θεῷ, πάντως ἀνάψει, προσκυνήσει τε ἕτερον παρ' αὐτὸν παντελῶς οὐδένα.

165 Vers. 10, 11. *Sicut leo rugiet, quia ipse rugiet, et stupebunt filii aquarum. Avolabunt quasi avis ex Ægypto, et quasi columba ex terra Assyriorum. Et restituam ipsos in domos suas, dicit Dominus.*

Ὡς λέων ἐρεύξεται, ὅτι αὐτὸς ὠρύσεται, καὶ ἐκστήσονται τέκνα ὑδάτων. Ἐκπτήσονται ὡς ὄρνεον ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὡς περιστερὰ ἐκ γῆς Ἀσσυρίων. Καὶ ἀποκαταστήσω αὐτοὺς εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, λέγει Κύριος.

CXXIX. Gratiæ pollicitatio minis admista est : comminantis enim magis quam simpliciter promittentis est ista oratio. Verumtamen ex amore procedit comminatio, et est ad probas cogitationes, et ad **172** desiderium officio parendi vocantis oraculum. Erat enim, inquit, sapiens longeque optimus divinus Jacob, et propositi sui fructum habebat Dei erga se charitatem. Sed tu patrem non es imitatus. Verumtamen « Converteris in Deo tuo etiam tu, » hoc est, quamvis insipiens fueris, et apostata, et insolens, nihilominus etiam præter voluntatem ad vitam virtutis norma directam redibis. Redibis autem correptus in Deo, id est, per Deum. Et quoniam bona ratio non persuasit ut recta via ambulares, velleque sapere ut oporteret, restabit tibi plane flagellum, et celeriter ad eligendum et cognoscendum quod expedit te transferet. Atque hæc nobis, ut arbitror, indicaverit merito quod dicitur, « Et tu in Deo converteris, » minas, ut dixi, bonis promissis scitissime permistas habens. Deinde porro, ut jam flagella patienti, et in medio verberum constituto Deus acclamat : « Misericordiam et judicium custodi, et appropinqua ad Deum tuum semper. » Quemadmodum enim si dominus quispiam servo in pœna, et inter ipsa flagella cum venia et indignatione dicat : Modestus esto, et prompte obediens, et herilia jussa ne contemne ; eodem modo, opinor, et universorum Deus, percusso quodammodo Ephraim, et belli calamitatibus castigato, inquit, « Misericordiam et judicium custodi, et appropinqua ad Deum tuum semper. » Perinde fortasse ac si dicat : Hac de causa scito te percuti, quia non custodisti nec magni duxisti quæ mihi grata sunt et dilecta. Misericordia igitur dilectionem significat, « Dilectio autem est legis plenitudo [83] : » proximo enim « Malum non operatur [84], » ut beatus Paulus ait. Judicium vero justam actionem, sive justitiam, et divinæ legis voluntatisque observationem. Judicium enim a divina Scriptura lex vocatur. Appropinquare autem Deo semper, significare potest sincerum mentis in ipsum desiderium et inclinationem, et abhorrere ab aliis qui non sunt dii, aut a creatura forte, aut certe a lignis et lapidibus. Appropinquabit vero Deo, et prope erit secundum affectum, qui et probis actionibus excellere novit, et incorruptam in seipso fidem

ΡΛΘ'. Ἀπειλῇ κεκέρασται τῆς χάριτος ἡ ὑπόσχεσις. Ἀτειλοῦντος γὰρ μᾶλλον, ἢ ὑπισχνουμένου καθαρῶς εἰς τὸ παρὸν ὁ λόγος· πλὴν ἐξ ἀγάπης ἡ ἀπειλὴ, καὶ καλοῦντος εἰς ὀρθότητα λογισμῶν, καὶ εἰς ἔφεσιν εὐκοσμίας τὸ χρησμῴδημα. Ἦν μὲν γὰρ, φησὶ, σοφὸς καὶ πανάριστος ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ, καὶ γνώμης ἰδίας ἔχων καρπὸν τὸ θεοφιλές. Ἀλλ' οὐκ ἐμιμήσω τὸν πατέρα. Πλὴν « Ἐπιστρέψεις ἐν Θεῷ σου καὶ σὺ, » τουτέστι, κἂν ἐξίτηλος ᾖς, καὶ ἀποστάτης, καὶ ὑβριστὴς, ἀλλ' οὖν ἐπανήξῃ, καὶ οὐχ ἑκὼν, εἰς τὸ ἐλέσθαι βιοῦν ὀρθῶς. Ἐπανήξεις δὲ παιδευόμενος ἐν Θεῷ, τουτέστι, διὰ Θεοῦ. Καὶ ἐπειδή σε λογισμὸς οὐ πέπεικεν ἀγαθὸς, ἐπ' ὀρθὴν ἰέναι τρίβον, καὶ ἀγαπῆσαι φρονεῖν ἃ δεῖ, περιγενήσεταί σου πάντη τε καὶ πάντως ἡ μάστιξ, καὶ μεταθήσει γοργῶς πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος αἵρεσίν τε καὶ γνῶσιν. Ταυτὶ μὲν οὖν ἡμῖν, καθάπερ ὑπολαμβάνω, κατασημήνειεν ἂν εἰκότως τὸ, « Καὶ σὺ ἐν Θεῷ σου ἐπιστρέψεις, » ἀπειλὴν ἔχον, ὡς ἔφην, χρησταῖς ὑποσχέσεσι εὖ μάλα κεκερασμένην. Εἶτα λοιπὸν, ὡς ἤδη μαστιζομένῳ, καὶ ἐν αὐτῷ γεγονότι τῷ πλήττεσθαι, Θεὸς ἐπιφωνεῖ· « Ἔλεον καὶ κρίμα φυλάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διαπαντός. » Ὥσπερ γὰρ εἴ τις δεσπότης οἰκέτῃ παιδευομένῳ, καὶ ἐν αὐτῷ μαστίζεσθαι γεγονότι, λέγοι μετὰ φειδοῦς τε ἅμα καὶ ἀγανακτήσεως, Σώφρων ἔσο καὶ εὐπειθὴς, καὶ μὴ καταφρόνει δεσποτικῶν ἐνταλμάτων· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τυπτομένῳ τρόπον τινὰ τῷ Ἐφραΐμ, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ἐκπαιδευομένῳ φησίν· « Ἔλεον καὶ κρίμα φυλάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διαπαντός. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι τυχόν· Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἴσθι πληττόμενος, ὅτι μὴ ἐφυλάξω, μηδὲ τετίμηκας τὰ ἐμοὶ φίλα καὶ ἠγαπημένα. Τὸ μὲν οὖν ἔλεος τὴν ἀγάπην δηλοῖ. « Ἀγάπη δὲ νόμου πλήρωσις. » Τῷ γὰρ πλησίον « Κακὸν οὐκ ἐργάζεται, » κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Τὸ δὲ κρίμα τὴν δικαιοπραγίαν, ἤτοι τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν τοῦ θείου νόμου βουλήματος τήρησιν. Κρίμα γὰρ ὁ νόμος ὠνόμασται παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Τὸ δὲ ἐγγίζειν Θεῷ διαπαντὸς, ὑπέφηνεν ἂν τὴν εἰς αὐτὸν γνησίαν τῆς διανοίας ἔφεσίν τε καὶ ῥοπὴν, καὶ τὸ μὴ προσκεῖσθαι φιλεῖν ἑτέροις τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς, ἢ τῇ κτίσει τυχὸν, ἢ γοῦν ξύλοις τε καὶ λίθοις. Ἐγγιεῖ δὲ Θεῷ, καὶ πλησίον ἔσται κατὰ διάθεσιν, καὶ ὁ πράξεσιν ἀγαθαῖς ἐμπρέπειν εἰδὼς, καὶ

[83] Rom. XIII, 10. [84] I Cor. XIII, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀπαράφθορον ἐν ἑαυτῷ τηρήσας τὴν πίστιν. Μεσολαβεῖ γὰρ πολλάκις ἡ ἁμαρτία, καὶ διίστησι Θεοῦ. Κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον ἀποσοβεῖ πάλιν τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος καὶ τὸ προσκεῖσθαι φωναῖς ἀνοσίων ψευδοδιδασκάλων. Παραιτητέον δὴ οὖν τοῖς ἐθέλουσιν ἐγγὺς εἶναι Θεοῦ, τὰ δι' ὧν ἂν γένοιντο μακράν.

servavit. Sæpe enim peccatum se interponit, et a Deo disjungit ac separat. Eodem quoque modo ab ejus familiaritate arcet pseudomagistrorum impiis sermonibus deditum esse. **173** Volentibus igitur Deo propinquos esse, removenda sunt per quæ longinqui ab eo fiant.

Χαναὰν, ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας, καταδυναστεύειν ἠγάπησε. Καὶ εἶπεν Ἐφραΐμ· Πλὴν πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ. Πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ δι' ἀδικίας ἃς ἥμαρτεν.

VERS. 7, 8. *Chanaan, in manu ejus statera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit. Et dixit Ephraim : Verumtamen dives effectus sum, inveni requiem mihi. Omnes labores ejus non invenientur ei propter iniquitates quas peccavit.*

PM. Ὅσον μὲν γὰρ ἧκεί εἰς γε τὸ δοκοῦν Θεῷ, τετήρηκεν ἂν ἔλεός τε καὶ κρίμα, καὶ τὸ ἐγγίζειν αὐτῷ διαπαντὸς ὁ Ἐφραΐμ. Ἐπειδὴ δὲ φρενὸς ἀπώλισθεν ἀγαθῆς, καὶ δι' οὐδενὸς πεποίηται λόγου τὰ οὕτω σεπτὰ καὶ τίμια, γέγονεν ἐν ἴσῳ τοῖς ἀλλογενέσι Χαναναίοις ἄθεός τε καὶ δυσσεβὴς, καὶ ὅτι μάλιστα χαίρων ἐπὶ τοῖς τῆς φαυλότητος τρόποις, καὶ βαρβάρῳ γνώμῃ τῆς ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας ἀχαλίνως ἡττώμενος. Οὐκοῦν ἔδει μὲν τὸν Ἐφραΐμ ζηλωτὴν ὁρᾶσθαι τοῦ προπάτορος Ἰακὼβ, καὶ τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης κατ' ἴχνος ἰέναι φιλεῖν. Ἀλλὰ γέγονε Χαναναῖος. Πῦρηται γὰρ « Ζυγὸς ἀδικίας ἐν χερσὶν αὐτοῦ, » τουτέστιν, ἀνισότης. καὶ πλεονεξία. Τετίμηκε γὰρ ἐν ἴσῳ τοῖς ἔθνεσι τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεὸν, τὴν ἐπάρατον καταδυναστείαν. Καὶ ὅτι μὲν ἐπλημμέλει τοῦτο ὁρῶν, ἐνοεῖν οὐκ ἠξίου. Ἐπετέρπετο δὲ μόνῳ τῷ πλουτεῖν καὶ τρυφᾷν, ὡς οὐκ ἐφορῶντος Θεοῦ, ὡς οὐκέτι καθασκεπτομένου τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσιν ἐπιτιμῶντος δικαίως. Ἀπονοίας δὲ τῆς ἐσχάτης εἴη ἂν ἀπόδειξις ἐναργὴς, τὸ ἐκ παντὸς μὲν τρόπου πλουτεῖν ἐπείγεσθαι τὸν Ἐφραΐμ, οὐδὲν δὲ εἶναι νομίζειν τὰ ἐξ ἁρπαγῆς καὶ βίας ἐγκλήματα, σεμνολόγημα δὲ ὥσπερ ποιεῖσθαι λοιπὸν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀποπληξίας, τὰ οἷς ἔδει μᾶλλον ἐπερυθριᾷν. Ἔφη γάρ· « Πλὴν πεπλούτηκα, ηὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ. » Τί οὖν πρὸς ταῦτα Θεός; « Πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ, διὰ ἀδικίας ἃς ἥμαρτε. » Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὅτι « Πλοῦτος ἀδίκως συναγόμενος ἐξεμεθήσεται, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ δὴ τοῖς ἐθέλουσιν ἐξ ἀδικίας συλλέγειν, καὶ πλουτεῖν ἐκ πλεονεξίας, ἐπιφωνείτω τις ἤδη τὸ διὰ φωνῆς ἁγίου· Βέλτιον ἦν σε « ποιεῖν κρίμα, καὶ δικαιοσύνην καλήν· » προκειμένου γὰρ τοῦ θείου βήματος, « Οὐκ ὠφελήσουσι μὲν θησαυροὶ ἀνόμους, δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἐκ θανάτου. » Καὶ ᾗ φησι ὁ Παροιμιαστὴς, « Κρείσσων μικρὰ μερὶς μετὰ φόβου Κυρίου, ἢ θησαυροὶ μεγάλοι μετὰ ἀφοβίας. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτός· « Κρείσσων ὀλίγη λῆψις μετὰ δικαιοσύνης, ἢ πολλὰ γεννήματα μετὰ ἀδικίας. » Πλὴν αἱ πράξεις ἡμᾶς, καὶ ἡ τῶν ἔργων ποιότης, ἀξίους ἔσθ' ὅτε τῆς τῶν ἁγίων Πατέρων εὐγενείας ἀποτελεῖ, ἀπονέμει δὲ καὶ πατράσιν ἁμαρτωλοῖς. Διοίσομεν γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον τῶν ἐν ἀσεβείᾳ βεβιωκότων, εἰ τὰ αὐτῶν μιμούμεθα. Ταύτῃτοι, κεκλῆσθαί φαμεν Χαναὰν τὸν Ἐφραΐμ. Πεφρόνηκε γὰρ τὰ ἀλλογενῶν. Ἀλλογενεῖς

CXL. Quod attinet ad beneplacitum Dei, custodisset misericordiam et judicium, et studuisset illi appropinquare semper Ephraim. Sed quia bonam mentem amisit, et res adeo venerandas colendasque nihili fecit, Chananæis alienigenis factus est similis, atheus et impius, et moribus nequam plurimum gaudens, et animo barbarico cupiditate rerum alienarum impotenter subjugatus. Ergo debebat quidem Ephraim primi patris sui Jacob æmulus videri, et per vestigia justitiæ ejus libenter incedere; sed evasit Chananæus. Inventa est enim « statera iniquitatis in manu ejus, » hoc est, inæqualitas et avaritia. Nam more gentium Deum ignorantium exsecrandam oppressionem pro magno habuit. Et se peccare hoc faciendo, cogitare noluit. Solis divitiis acquirendis et voluptatibus delectabatur, quasi Deo non videnti, nec amplius homines in terris visitanti, et injuste agentes juste multanti. Est autem extremæ dementiæ argumentum certissimum, Ephraim modis omnibus ad divitias corradendas incumbere, et rapinæ ac violentiæ crimina nihili facere; sed ex magno stupore adhuc honorifice quodammodo de se prædicare, ob quæ præstaret pudore suffundi. Ait namque, « Verumtamen dives effectus sum, inveni requiem mihi. » Quid igitur ad hæc Deus? « Omnes labores ejus non invenientur ei, propter iniquitates quas peccavit. » Verum est enim, « divitiæ injuste congregatæ evomentur [55], » ut scriptum est. Quin et ex iniquitate conantibus opes colligere, et ex avaritia ditescere illud sancti quispiam acclamet, Melius est te « facere judicium, et justitiam [56]. » Proposito namque divino tribunali « non proderunt thesauri iniquis; justitia autem liberabit a morte [57]. » Et ut ait Paræmiastes : « Melior est parva pars cum timore Domini, quam thesauri magni cum animo intrepido [58]. » Et rursus idem : « Melior pauca acceptio cum justitia, quam multa germina cum iniquitate [59]. » Verumenimvero actiones nos, **174** et operum qualitas sanctorum Patrum nobilitate aliquando dignos efficiunt, et patribus peccatoribus similes reddunt. Nullo quippe modo ab his qui impie vixerunt discrepabimus, si ipsorum mores imitemur. Idcirco dicimus Ephraim vocatum esse Chanaan. Eo enim animo fuerunt quo alienigenæ; Chananæi autem alienigenæ, et propter impietatem infames. Proinde et quidam

[55] Job xx, 15. [56] Jer. xxii, 3. [57] Prov. x, 2. [58] Prov. xv, 16. [59] Prov. xvi, 8.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

increpantur, facinorosæ audaciæ suæ convenienter, audientes, « semen Chanaan, et non Juda [60]. »

Vers. 9, 10. *Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de terra Ægypti. Adhuc habitare te faciam in tabernaculis, sicut in diebus solemnitatis. Et loquar ad prophetas. Et ego visiones multiplicavi, et in manu prophetarum assimilatus sum.*

CXLI. Chanaan appellavit Ephraim, ut dixi, manifeste coarguens ut inimicum misericordiæ et justitiæ, et sectantem potius inæqualitatem et avaritiam et iniquitatis omne genus. Verum ecce conatur præterea ostendere, non solum in rebus humanis fuisse talem, sed etiam appropinquare Deo rebus ipsis recusasse. Insimulat igitur ut ignorantem liberatorem suum, ut vecordem ac protervum adversus eductorem suum, « De domo servitutis, in signis et portentis, et in brachio excelso [61]. »—« Ego enim, inquit, eduxi vos ex Ægypto. » Dum autem dicit, « eduxi, » revocat nos ad memoriam patratorum super ipsis, quoad in terram patribus ipsorum promissam profecti sunt. Ea sexcenta sunt, et quæ satis admirari nemo potest. Nullam autem relictam illis excusationem de oblivione horum docet, adjungens : « Adhuc habitare te faciam in tabernaculis, sicut in diebus solemnitatis. » Quod quid sit, audies rursum. Lex Moysis in mense septimo, decimo quinto die, festum Scenopegiæ, seu Tabernaculorum celebrari jussit. Cujus quæ fuerit occasio, ipse legislator declarat, de Scenopegia hunc in modum loquens in Levitico : « In mense septimo celebrabitis ipsam. In tabernaculis habitabitis septem dies. Omnis indigena in Israel habitabit in tabernaculis. Ut videant generationes vestræ, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem illos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester [62]. » Itaque ad recordationem exitus de Ægypto festum peragebant. Deinde ait, Quomodo possis mei oblivisci, qui eduxi te ex Ægypto, **175** adhuc habitans in tabernaculis, et ipsum hoc negotium solemnitatis occasionem et causam habens? « Adhuc enim habitare te faciam in tabernaculis, ut in die festi. » —« Habitare te faciam » ait, pro, habitare te facio, aut facio habitare in tabernaculis in diebus festi horum. Igitur defendi oblivio ista non potest. Sed cupiebas forsitan futurorum quædam nosse, et inquirere volebas curiosius quæ tua interessent. Et cur potius adires falsos vates Baal, aut commentitios deos, et ab ipsis ista exquireres, et non magis sapienter meminisses me loqui ad prophetas, et multiplicare visiones quoque, hoc est, a me omnem sermonem propheticum et profecturum, et profectum esse, et non ab aliquo falso nomine deorum tuorum? Mihi enim soli in acceptis referetur et futura scire, et præterita meminisse. Sed imitati sunt me, inquit, honorati abs te adulterini vates et prophetæ. Hoc est quod ait, « In manu prophetа-

δὲ οἱ Χαναναῖοι, καὶ ἐπ' ἀθεότητι διαβεβλημένοι· τοιγάρτοι καὶ ὠνειδίζοντό τινες, τοῖς ἑαυτῶν τολμήμασι πρεπόντως ἀκούοντες, « Σπέρμα Χαναάν, καὶ οὐκ Ἰούδα. »

Ἐγὼ δὲ Κύριος ὁ Θεός σου ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἔτι κατοικιῶ σε ἐν σκηναῖς, καθὼς ἐν ἡμέραις ἑορτῆς. Καὶ λαλήσω πρὸς προφήτας. Καὶ ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην.

ΡΜΑ'. Χαναὰν ὠνόμασε τὸν Ἐφραΐμ, ὡς ἔφην, ἀπελέγχων ἐναργῶς, ὡς εἴη μεμισηκὼς ἔλεός τε καὶ κρίμα, ἀνθῃρημένος δὲ μᾶλλον τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν ἀνισότητα, καὶ πᾶν εἶδος ἀδικίας. Ἀλλ' ἰδοὺ δὴ πάλιν πειρᾶται δεικνύειν, ὡς μὴ μόνον γεγονότα τὰ εἰς ἀνθρώπους τοιοῦτον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἐγγίζειν Θεῷ διὰ πραγμάτων αὐτῶν παραιτούμενον. Αἰτιᾶται δὴ οὖν, ὡς ἠγνοηκότα τὸν λυτρωτὴν, ὡς ταῖς ἀπονοίαις περιυβρίσαντα τὸν ἐξ οἴκου δουλείας ἐκκεκομικότα σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ. « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἀνήγαγον ὑμᾶς ἐξ Αἰγύπτου. » Ἐν δὲ τῷ « ἀνήγαγον » εἰπεῖν, ἀποφέρει πρὸς ἀνάμνησιν τῶν ἐπ' αὐτοῖς γενομένων, ἄχρις ἂν εἰσελάσωσιν εἰς τὴν γῆν τὴν τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐπηγγελμένην. Μυρία δὲ ὅσα ταυτὶ, καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος. Ὅτι δὲ προφάσιστον αὐτοῖς τὸ ἐπιλανθάνεσθαι τούτων, παρέδειξε προστιθείς· « Ἔτι κατοικιῶ σε ἐν σκηναῖς, καθὼς ἐν ἡμέραις ἑορτῆς. » Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι, πεύσῃ δὴ πάλιν. Ὃ διὰ Μωσέως προστέταχε νόμος ἐν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ, τῆς σκηνοπηγίας τελεῖσθαι τὴν ἑορτήν. Καὶ τίς ἡ τοῦδε πρόφασις, αὐτὸς ἡμῖν ὁ νομοθέτης διεσάφει, λέγων περὶ τῆς σκηνοπηγίας, ἐν τῷ Λευϊτικῷ· « Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ ἑορτάσετε αὐτήν. Ἐν σκηναῖς κατοικήσετε ἑπτὰ ἡμέρας. Πᾶς ὁ αὐτόχθων Ἰσραὴλ κατοικήσει ἐν σκηναῖς· ὅπως ἴδωσιν αἱ γενεαὶ ὑμῶν, ὅτι ἐν σκηναῖς κατῴκισα τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν με αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. » Οὐκ οὖν εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἐξόδου τῆς ἐξ Αἰγύπτου γεγενημένης, ἐτέλουν τὴν ἑορτήν. Εἶτα, πῶς ἂν δύναιο, φησὶν, ἐπιλανθάνεσθαί μου, τοῦ ἐξαγαγόντος σε ἐξ Αἰγύπτου, γινόμενος ἔτι καὶ ὑπὸ σκηναῖς, καὶ πρόφασιν ἑορτῆς τὸ χρῆμα ποιούμενος; « Ἔτι γὰρ κατοικιῶ σε ἐν σκηναῖς, καθὼς ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς. » Τὸ, « κατοικιῶ σε, » φησὶν ἀντὶ τοῦ, κατοικίζω, ἤτοι ποιῶ κατοικεῖν ἐν σκηναῖς, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἐπὶ τούτοις ἑορτῆς. Οὐκοῦν ἀπροφάσιστος ἡ λήθη. Ἀλλ' ἐζήτεις ἴσως εἰδέναι τῶν ἐσομένων τινὰ, καὶ πολυπραγμονεῖν ἐβούλου τὰ κατὰ σαυτόν· καὶ τί μᾶλλον ἔδει προσιέναι τοῖς ψευδομάντεσι τοῦ Βάαλ, ἢ τοῦ τῶν ψευδωνύμων θεῶν, καὶ παρ' αὐτῶν τὰ τοιάδε ζητεῖν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἀναμιμνήσκεσθαι σοφῶς, ὅτι λαλῶ μὲν ἐγὼ πρὸς προφήτας, ἐπλήθυνα δὲ καὶ ὁράσεις, τουτέστι, παρ' ἐμοῦ πᾶς ἔσται λόγος προφητείας, καὶ ἤδη γέγονεν, οὐ παρ' ἑτέρου σου τῶν ψευδωνύμων θεῶν. Ἐμοὶ γὰρ ἀνακείσεται μόνῳ, τὸ καὶ εἰδέναι τὰ ἐσόμενα, καὶ μεμνῆσθαι τῶν παρῳχημένων. Ἀλλ'

[60] Dan. XIII, 56. [61] Jer. XXXII. 21. [62] Levit. XXIII, 41-43.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐμιμήσαντό με, φησὶν, οἱ τετιμημένοι παρὰ σοῦ ψευδομάντεις καὶ ψευδοπροφῆται. Τοῦτό ἐστι τὸ, « Ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Ἐξήτεις παρ' αὐτῶν εἰδέναι τὰ μέλλοντα. Εἶτα, τοὺς ἐμοὺς πλαττόμενοι λόγους, καὶ τὰ τῶν ἐμῶν προφητῶν ἔργα μιμούμενοι, τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν ἠρεύγοντό σοι. Καὶ γοῦν Ἱερεμίας μὲν ὁ προφήτης, κλοιοὺς ἐτίθει ξυλίνους περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, Θεοῦ τὸ χρῆμα γενέσθαι προστάττοντος. Ἀντιταττόμενος δὲ τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὁ ψευδοπροφήτης Ἀνανίας, λαβὼν συνέτριψε τοὺς κλοιούς, ἔφη τε· « Οὕτως εἶπε Κύριος· Συνέτριψα τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος. » Τοῦτό ἐστιν, ὡς ἔφην, τὸ, « Ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Ἔγκλημα δὴ οὖν τῷ Ἐφραΐμ, ὅτι καίτοι σαφῆ τὴν ὑπόμνησιν ἔχων ἀπό γε τῆς ἑορτῆς τῆς σκηνοπηγίας, τῆς ἐξόδου τῆς Αἰγύπτου γεγενημένης, ἐπελανθάνετο Θεοῦ, καὶ ὅτι μὴ μᾶλλον αὐτὸν ἐζήτησεν, ὡς λαλοῦντα πρὸς προφήτας, ὡς ὁράσεις πεπληθυκότα, προσέκειτο δὲ μᾶλλον ταῖς τῶν ψευδοπροφητῶν ἀπάταις, πλαττομένων τὰ τοῦ Θεοῦ διά τε λόγων καὶ πράξεων.

A rum assimilatus sum. » Quærebas scire ab illis futura. Deinde illi meos sermones fingentes, meorumque prophetarum opera imitantes, de cordibus suis eructabant tibi. Quare Jeremias propheta, Deo ita mandante, vincula, seu catenas ligneas circumponebat collo suo [62]. Qui autem sermonibus ejus refragabatur falsus propheta Ananias, arreptas contrivit, dixitque : « Sic dicit Dominus : Contrivi jugum regis Babylonis [63]. » Hoc est quod dicebam, « in manu prophetarum assimilatus sum. » Crimen igitur Ephraim est quod, quamvis a solemnitate Tabernaculorum evidenter eductionis de Ægypto admoneretur, obliviscebatur tamen Dei ; et quod non potius ipsum quærebat, ut loquentem ad prophetas, ut visiones multiplicantem; sed decipi se a pseudo- B prophetis pateretur verbis et factis quæ Dei propria sunt mentientibus.

Εἰ μὴ Γαλαὰδ ἐστιν, ἆρα ψευδεῖς ἦσαν ἐν Γαλγὰλ ἄρχοντες θυσιάζοντες, καὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν ὡς χελῶναι ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ;

Vers. 11. *Si Galaad non est, num falsi erant in Galgal principes immolantes, et altaria eorum quasi testudines super desertum agri?*

ΡΜΒ'. Ὅτι προσέκειντο τοῖς ψευδομάντεσιν καὶ ψευδοπροφήταις, ἀναβαίνοντές τε καὶ θύοντες εἰς τε τὴν Γαλαὰδ καὶ Γαλγὰλ, ἀπελέγχει διὰ τούτων· δέχεται δὲ πρὸς ἀπόδειξιν τὰς δύο μάλιστα ταυτασὶ πόλεις, ἐν αἷς ἦν ἐκτοπωτέρα τῶν ἄλλων ἡ πλάνη, καὶ ἅπας μὲν τρόπος τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἀπεσπουδάζετο, πάντα δὲ ἦν ἐν λόγῳ τὰ παροτρύνοντα, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἠκούσης ἀπονοίας ἔμπλεω. Καὶ C γοῦν ἐν τοῖς ἀνωτέρω περὶ μὲν τῆς Γαλαὰδ ἔφη Θεός· « Ἐκεῖ κατεφρόνησέ μου Γαλαὰδ, πόλις ἐργαζομένη μάταια, » τουτέστιν, εἰδωλα. Πλαστουργοὶ γὰρ εἰδώλων ἦσαν οἱ ἐν αὐτῇ. Περὶ δέ γε τῆς ἑτέρας· « Πᾶσαι αἱ κακίαι αὐτῶν εἰς Γαλγάλ· ὅτι ἐκεῖ αὐτοὺς ἐμίσησα διὰ τὰς κακίας τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. » Ἐπειπεῖν δὲ ἀναγκαῖον τῶν συμβεβηκότων τινὰ τῇ Γαλααδιτῶν. Συνήσομεν γὰρ οὕτω τῶν προκειμένων τὸν νοῦν. Φούλας βασιλεὺς Ἀσσυρίων, πρῶτος ἐλθὼν κατὰ τῆς Σαμαρείας, πρωτόλειον ὥσπερ τι τὰς δύο φυλὰς ἐποιήσατο τὰς πέραν τοῦ Ἰορδάνου, καὶ πάσας αὐτῶν εἶλε τὰς πόλεις, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὴν Γαλαάδ. Τούτου διαμέμνηται Θεὸς, ὡς ἐν παραδρομῇ, λέγων· « Εἰ μὴ Γαλαάδ ἐστιν. » Εἰ μὴ ἔστι, φησὶ, καὶ μὴ σώζεται νῦν ἡ Γαλαάδ· εἰ καὶ ἀπόλωλε, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτῆς τὴν τοῦ Ἐφραΐμ ἐλέγξαι παρουσίαν, διὰ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι νυνὶ, ἆρα καὶ οἱ θυσιάζοντες ἄρχοντες ἐν τῇ Γαλγὰλ ψευδεῖς ἦσαν, καὶ οὐκ ἀληθεῖς; Γαλγὰλ δὲ πόλις ἐστὶ τῶν Ἰορδάνου πέραν, ἐν ᾗ μάλιστα συντρέχοντες μικροὶ καὶ μεγάλοι, τοῖς τῆς εἰδωλολατρίας προσέκειντο μολυσμοῖς. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἔστιν ἡ Γαλαάδ, ἆρα τίς ἐστιν ὁ φάναι τολμῶν, ὅτι καὶ οἱ θυσιάζοντες ἄρχοντες εἰς Γαλγὰλ ψευδεῖς ἦσαν, καὶ οὐκ ἀληθεῖς; . . . . . ὑψηλὰ, καὶ ἀπόβλεπτα τοῖς γλυπτοῖς ἀνιστάντες θυσιαστήρια, χελώναις ἐν ἴσῳ ταῖς κατ' ἀγρούς.

CXLII. Addictos falsis vatibus et falsis prophetis, ascendentesque et sacrificantes in Galaad et Galgal his verbis reprehendit. Demonstrationis ergo duas hasce civitates potissimum accipit, in quibus vigebat seductio enormius, et omnis ratio pietatis contemnebatur, omniaque magnificabant, quæ animos incenderent, et extrema essent plena insania. **176** Igitur supra de Galaad dixit Deus : « Ibi contempsit me Galaad, civitas operans vana [64], » hoc est, idola. Incolæ enim illius idolorum artifices erant. De altera vero : « Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi odi eos propter malitias adinventionum eorum [65]. » Non erit abs re nonnulla proferre in medium, quæ Galaaditis acciderunt : sic enim sensus verborum adductorum liquebit. Phulas rex Assyriorum, qui primus Samariam adortus est, veluti primitias sibi fecit duas tribus trans Jordanem, omnesque earum urbes subegit, et ante alias Galaad. Horum velut in transitu meminit Deus, dicens : « Si Galaad non est. » Si non est, inquit, et nunc salva non est Galaad; si et periit, non est ex ea Ephraim redarguere petulantiam, D quia nunc non videtur; nam et sacrificantes principes in Galgal mendaces erant, et non veri. Galgal oppidum est trans Jordanem, in quam parvi et magni confluentes sese idololatriæ sordibus inquinabant. Itaque si non est Galgal, num quis dicere audet, etiam sacrificantes principes in Galgal falsos ac non veros fuisse? . . . . . excelsa et conspicua simulacris erigentes altaria, similia testudinibus in agro. Testudines esse dicit, non illa animalia, cave putes; sed aggeres excitatos, quos quidam ad aquam in colles derivandam faciunt : innumera enim hujusmodi ab agricolis solerter excogitata sunt. Principes autem sacrificantes nominat, aut exercitui præfectos et dis-

[62] Jer. xxvii, 2. [63] Jer. xxviii, 11. [64] Osc. vi, 7, 8. [65] Osc. ix, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ciplinæ militaris duces; aut certe ex familia Levi procreatos, penes quos erat ex lege principatus : nam et ipsi, cum aliis lapsi, servierunt sculptilibus non pauci numero. Scriptum est igitur apud Ezechielem : « Ideo hæc dicit Dominus : Omnis filius alienigena incircumcisus corde et incircumcisus carne, non ingredietur in sancta mea in omnibus alienigenis qui sunt in medio domus Israel; sed Levitæ, qui resiluerunt a me, cum erraret Israel a me post cogitationes suas, et accipient iniquitatem suam [47]. »

A Χελώνας δὲ εἶναί φησιν, οὐχὶ δὴ τὰ ζῶα, μὴ τοῦτο νομίσῃς, ἀλλὰ γὰρ τὰς τῶν χωμάτων ἐγέρσεις, ἃς ποιοῖντό τινες, εἰς βουνοὺς ἀναλαμβάνοντες τοὺς ὑδραγωγούς. Μυρία δὲ ὅσα τοιαῦτα τοῖς γηπόνοις ἐσπούδασται. Ἄρχοντας δέ φησι θυσιάζοντας ἢ στρατηγοὺς, καὶ τῶν τακτικῶν ἡγουμένους, ἢ γοῦν τοὺς ἐξ αἵματος Λευΐ, τὴν ἐκ νόμου φρονοῦντας ἡγεμονίαν. Συναπώλισθον γὰρ καὶ αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ λελατρεύκασι τοῖς γλυπτοῖς οὐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμόν Γέγραπται οὖν ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· « Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· Πᾶς υἱὸς ἀλλογενὴς ἀπερίτμητος καρδίᾳ, καὶ ἀπερίτμητος σαρκὶ, οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ἅγιά μου, ἐν πᾶσιν υἱοῖς ἀλλογενῶν, τῶν ὄντων ἐν μέσῳ οἴκου Ἰσραήλ· ἀλλ' ἢ οἱ Λευῖται, οἵτινες ἀφήλαντο ἀπ' ἐμοῦ ἐν τῷ πλανᾶσθαι τὸν Ἰσραὴλ ἀπ' ἐμοῦ, κατόπισθεν τῶν ἐνθυμημάτων αὐτῶν, καὶ λήψονται τὴν ἀδικίαν αὐτῶν. »

VERS. 12. *Et recessit Jacob in campum Syriæ, et servivit Israel in uxore, et in uxore custodivit.*

B *Καὶ ἀνεχώρησεν Ἰακὼβ εἰς πεδίον Συρίας, καὶ ἐδούλευσεν Ἰσραὴλ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατο.*

177 CXLIII. Ad primævi patris germanitatem bonitatemque, et ex eo progenitorum stultitiam et impietatem considerandam redit, et illius in parvis rebus tolerantiam velut admiratur. Deinde eam ipsam ad reprehensionem ignaviæ decem tribuum in rebus maximis accommodat. Quomodo enim non esset admirationi Jacob, qui adeo molestos et vix sufferendos labores exhausit, et propter uxores ducendas mercenarii loco Laban servire non recusavit [48]? Sed quamvis primi parentis merces exigua fuerit, connubium videlicet, ut dixi, custodivit tamen, et servavit fidem, qui ei matrimonium promisit. Laboravit autem non pro patria, aut C terra, aut domo sua ; sed advena, et in peregrina regione commorans. Et talis quidem erat Jacob. Videamus nunc peccata posterorum Israel. Non in alienam regionem missi, sed in ea quam armis comparant, collocati sunt ; et cum Ægyptiis servirent, sudorumque suorum nullam mercedem acciperent, aliquando virtute Dei e regione opprimentium se discesserunt, et in terra patribus promissa consederunt. Non iis nuptiæ cum muliercula, ut captanti nuptias mercedis loco sunt propositæ ; sed omnis boni copia potius, terra fluens lacte et melle, debellatio adversariorum, gloria et divitiæ, et hinc promanantia decora, et quid non tandem, quod ad felicem statum deliciasque spectaret? Sed non custodierunt. Transgressi sunt D enim, custodiam plane in minimis ponentes. Manifestum igitur, longissime a patrum probitate remotos, nec illis impertitæ gratiæ principes futuros; justus est enim judex.

ΡΜΓ'. Ὑπονοστεῖ δὴ πάλιν ὁ λόγος εἰς βάσανον τῆς τε τοῦ προπάτορος γνησιότητος καὶ ἐπιεικείας, καὶ τῆς τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων σκαιότητός τε καὶ δυσσεβείας. Θαυμάζει δὲ ὥσπερ τὸ ἐπὶ μικροῖς ἐκείνου τληπαθὲς, εἶτα παραφέρει τὸ χρῆμα πρὸς ἔλεγχον τῆς ἐπὶ μεγίστοις ῥᾳθυμίας τῶν δέκα φυλῶν. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτό τις τὸν Ἰακὼβ, τὸν οὕτω πικρὸν καὶ δύσοιστον ἀνατλάντα πόνον, καὶ τὸ θητεύειν τῷ Λάβαν οὐ παραιτησάμενον ἐπὶ γυναιξὶ καὶ γάμοις; Ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸς κομιδῇ προπάτορος ὁ μισθὸς (γάμος ἦν, ὡς ἔφην), πλὴν ἐφυλάξατο καὶ τετήρηκε τὴν πίστιν τῷ τὸν γάμον ὑπεσχημένῳ. Πεπόνηκε δὲ οὐδὲ ἐπὶ οἰκείας πόλεως ἢ γῆς, ἢ ἑστίας, ἀλλ' ὢν ἐπηλύτης, καὶ διατρίβων ἐπ' ἀλλοδαπῆς. Καὶ ἦν μὲν τοιοῦτος ὁ Ἰακὼβ, ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἐγκλήματα. Οὐκ εἰς ὀθνείαν ἐπέμπετο γῆν· ἀλλ' ἐν δορυκτήτου μοίρᾳ κείμενος, θητεύων Αἰγυπτίοις, καὶ ἄμισθον ὑπομένων ἱδρῶτα, ποτὲ δυνάμει Θεοῦ τῆς τῶν πλεονεκτούντων ἀπήλλαξέ τε χώρας, καὶ ἐκάθιζεν εἰς γῆν τὴν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένην. Οὐ γάμος ἦν αὐτῷ γυναίου προκείμενος εἰς ἀντέκτισιν, ὡς τετηρηκότι τὸν γάμον, χορηγία δὲ μᾶλλον ἀμφιλαφὴς παντὸς ἀγαθοῦ, γῆ ῥέουσα γάλα καὶ μέλι, τὸ καταθλεῖν δύνασθαι τῶν ἀνθεστηκότων, δόξα καὶ πλοῦτος, καὶ τὰ ἐντεῦθεν αὐχήματα, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τὸ τῶν εἰς εὐημερίαν καὶ τρυφήν; Ἀλλ' οὐκ ἐφυλάξατο. Παραβέβηκε γὰρ, ὀλίγου παντελῶς ἀξιώσας λόγου τὴν τήρησιν. Πρόδηλον οὖν, ὅτι τῆς τῶν πατέρων ἐπιεικείας κατόπιν ἰόντες, καὶ τοῦτο ἀμέτρως, οὐδὲ τοῖς ἐκείνοις ἐκνεμηθείσης φειδοῦς ἐν μεθέξει γενήσονται· δίκαιος γὰρ ὁ κριτής.

VERS. 13. *Et in propheta eduxit Dominus Israelem ex terra Ægypti, et in propheta servatus est.*

Καὶ ἐν προφήτῃ ἀνήγαγε Κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐν προφήτῃ διεφυλάχθη.

CXLIV. Hoc loco causam nobis aperit quare Israel præscriptum sibi mandatum non servaverit, et Deum contempserit, dicentem: « Non erunt tibi dii alii præter me [49], » et quare eximia patrum studia æmulari noluerit. Objurgat enim Israelitas quod se humano regno ex asse subjicerent, cum

ΡΜΔ'. Τὴν αἰτίαν ἡμῖν ἐν τούτοις διατρανοῖ τοῦ μήτε φυλάξαι τὸν Ἰσραὴλ τὴν ὁρισθεῖσαν ἐντολὴν, καταφρονῆσαι τοῦ Θεοῦ λέγοντος, « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, » καὶ τοῦ μὴ ἐθέλειν ταῖς τῶν πατέρων ἐπιεικείαις διαμιλλᾶσθαι φιλεῖν· ἐπιπλήττει γὰρ, ὅτι γεγόνασιν ὅλως οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ὑπὸ τὴν ἀν-

[47] Ezech. XLIV, 9-10. [48] Gen. XXIX, 20. [49] Exod. XX, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θρώπων βασιλείαν, καίτοι βασιλεύοντος αὐτῶν τοῦ Θεοῦ διὰ προφητῶν ἁγίων· καὶ ἐκλελοιπότος αὐτοῖς οὐδενὸς, εἰς τὸ εἶναι μακαρίους. Μεμνήμεθα γὰρ ὅτι περιόντος τε καὶ προφητεύοντος ἔτι τοῦ μακαρίου Σαμουὴλ, ἐζήτησαν βασιλέα. Καὶ πρός γε δὴ τοῦτο Θεὸς ὠργίζετο, καὶ ὡς ὑβρισμένος οὐ μετρίως λελύπηται μὲν, πλὴν ἀνέδειξε τὸν Σαούλ. Οὐκοῦν αἰτιᾶται λίαν, ὅτι γεγόνασιν ὅλως ὑπὸ τὴν ἀνθρώπων βασιλείαν, οὐκ ἀνασχόμενοι τὸ παρὰ Θεοῦ διὰ προφητῶν βασιλεύεσθαι. Σέσωκε μὲν γὰρ ὁ Θεὸς, φησὶ, τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἐξ οἴκου δουλείας ἐξήγαγεν, μεσιτεύοντος Μωϋσέως, ὃς καὶ γέγονε προφήτης, καὶ προφητῶν ἀπαρχή· καὶ οὐκ ἐξήγαγε μόνον ἐξ Αἰγύπτου, φησὶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τετήρηκε. Μεμένηκε γὰρ ἐνὶ τῷ φύσει, καὶ ἀληθῶς λατρεύειν Θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ γεγόνασιν ἐπὶ βασιλέας, τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἐξώκειλαν· Πρῶτος μὲν γὰρ ᾠκοδόμησε Σολομὼν καὶ βωμοὺς, καὶ τεμένη τοῖς Βααλείμ· εἶτα μετ' αὐτὸν ὁ ἐπάρατος Ἱεροβοὰμ τὰς χρυσᾶς ἐποίει δαμάλεις. Αἰτιᾶται τοίνυν ὡς παγκάλην οἰκονομίαν οὐ τετηρηκότας, τὸ γὰρ παρὰ Θεοῦ, φησὶ, διὰ προφητῶν βασιλεύεσθαι, τὸ δὲ ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν ἀνθρώπων ἀνθηρημένους, ὃ δὴ καὶ γέγονεν αὐτοῖς τῆς ἀποστασίας πρόξενον.

A tamen regnaret super ipsos Deus per prophetas sanctos, et nihil eis ad prosperitatem deesset. Me minimus enim, superstite adhuc et prophetante Samuele, eos regem postulasse. **178** Quod indigne tulit Deus, et se spretum esse indoluit; verumtamen Saul designavit [70]. Accusat igitur eos majorem in modum, ut totos humano regi subjectos, nec Dei imperium per prophetas sustinentes. Salvavit enim, inquit, Deus Israelem, et de domo servitutis eduxit ministerio Moysis prophetæ et prophetarum antesignani [71]. Nec solum ex Ægypto eduxit, inquit, sed etiam custodivit; in vero enim et natura Deo colendo perstiterunt. Postquam autem sub regno fuerunt, dilectioni erga Deum valedixerunt. Primus enim Salomon et aras, et delubra Baalim ædificavit [72]. Post eum detestandus Jeroboam vitulos aureos fecit [73]. Conqueritur ergo, ut qui pulcherrimam œconomiam non servaverint, ut a Deo per prophetas regerentur, sed sub hominum potestatem se tradere maluerint, quod eos ad apostasiam quoque perduxit.

B

Ἐθύμωσεν Ἐφραὶμ, καὶ παρώργισε, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐκχυθήσεται, καὶ τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ ἀνταποδώσει Κύριος αὐτῷ.

VERS. 14. *Ad iracundiam concitavit me Ephraim, et irritavit, et sanguis ejus super ipsum effundetur, et opprobrium ejus retribuet Dominus ipsi.*

ΡΜΕ'. Ὅτι πικρὸν, καὶ ἐπισφαλὲς, καὶ ὀλέθρου παραίτιον γέγονε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, τὸ ἑλέσθαι μᾶλλον ὑπὸ τὴν τῶν ἀνθρώπων εἶναι βασιλείαν, ἐν τούτοις ἡμῖν εὖ μάλα πειρᾶται δεικνύειν. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ὁ Ἐφραὶμ, τουτέστιν, ὁ ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ Ἱεροβοὰμ, ἐμὲ τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, « τεθύμωκε, καὶ παρώργισε, » καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἐκάλεσε παροξυσμοῦ, καινοτομήσας δαμάλεις, καὶ τὸ ἐμὸν αὐταῖς αὔχημα περιθείς. Τοιγάρτοι παραίτιος αὐτὸς τῆς ἑαυτοῦ γέγονεν ἀπωλείας. Ἐπ' αὐτὸν γὰρ ἥξει τὸ αἷμα αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δὲ, ὅτε τὰς δαμάλεις ἔστησεν εἰς Βαιθὴλ τε καὶ Δὰν, προσπεφώνηκε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ· « Ἱκανούσθω ὑμῖν τὸ ἀναβαίνειν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἰδοὺ οἱ θεοί σου οἵ τινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, » ταύτητοι λοιπὸν, καὶ μάλα εἰκότως, ἀποτίσει, φησὶν, ἐμοὶ τῷ κρίνοντι τοῦ ὀνειδισμοῦ τὰς δίκας. Ὕβρις γὰρ ἀντικρυς, καὶ ὀνειδισμοὶ ὁμολογουμένως εἰς Θεὸν, τὸ ὕλαις ἀψύχοις ἀναθεῖναι τολμᾷν τὰ δι' αὐτοῦ γεγονότα λαμπρὰ, καὶ ἀξιοθαύμαστα κατορθώματα. Οὐκοῦν κατὰ τὸν αὐτοῦ τοῦ Ἐφραὶμ ὀνειδισμὸν, τουτέστιν, ἰσομέτρως ταῖς αὐτοῦ δυσφημίαις, καὶ ἀνοσίοις φωναῖς, τὰ ἐξ ὀργῆς ἀντεπενεχθήσονται. Ὥσπερ γὰρ ὅσον ἦκει εἰς ἐγχείρημά τε καὶ λόγους, τῆς αὐτῷ καὶ μόνῳ πρεπούσης δόξης ἐξώσθη Θεός· οὕτω καὶ αὐτὸς τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἐξωσθήσεται. Πεπαύσεται γὰρ κατὰ καιροὺς ἡ βασιλεία τοῦ Ἐφραὶμ. Ὡς γὰρ ἤδη προεῖπον, μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον οὐδεὶς ἔτι βεβασίλευκεν ἐν Σαμαρείᾳ τῶν δέκα φυλῶν· ἀλλ' ἦσαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὑφ' ἕνα πάντες, ὧν ἐκ φυλῆς Ἰούδα κατὰ καιροὺς βασιλευσάντων.

CXLV. Triste, periculosum et perniciosum fuisse Israeli, quod sub hominum regno esse præoptaverit, his verbis conatur nos docere planissime. Ecce enim, inquit, Ephraim, hoc est, Jeroboam, qui fuit de tribu Ephraim, me universorum Dominum « ad iracundiam concitavit et irritavit, » omnimodis exacerbavit, fabricatis vitulis novis, et gloria mea in illos collata. Proinde ipse exitium sibi peperit. Super ipsum enim veniet sanguis ejus. Quia enim vitulis in Bethel et Dan erectis denuntiavit Israelitis, ita loquens: « Sufficiat vobis ascendere in Jerusalem. Ecce dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti [74]; » idcirco, inquit, et jure optimo, mihi judici hujus probri et contemptus pœnas persolvet. Aperta est namque injuria et omnium confessione opprobratio in Deum, materiæ inanimæ attribuere audere quæ ab ipso splendide et cum admiratione patrata sunt opera laudabilia. Quamobrem secundum ipsius Ephraim probrum, hoc est, proportione ejus blasphemiarum et impiorum sermonum, ab irato Deo illi vicissim supplicia irrogabuntur. Quemadmodum enim qua facto, qua verbo sibi, et soli convenienti gloria pulsus **179** est Deus, sic et ipse suo principatu pelletur. Desinet enim aliquando regnum Ephraim. Nam, ut supra docui, post reditum e Babylone, nemo amplius super decem tribus in Samaria regnavit; sed Hierosolymis erant sub uno omnes, oriundo ex iis qui de tribu Juda antea regnaverant.

C

D

[70] I Reg. IX, 17. [71] Exod. XIII, 14. [72] III Reg. XI, 5. [73] III Reg. XII, 28. [74] Ibid.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAP. XIII.

VERS. 1, 2. *Justificationes ejus accepit ipse in Israel, et posuit eas Baal, et mortuus est. Et apposuerunt ut peccarent adhuc. Et fecerunt sibi conflatile ex argento ipsorum, secundum imaginem idolorum, opera artificum confecta eis.*

CXLVI. Non separatim decem tribus, sed universum Israel incusat, et ait, justificationibus ipsis per Moysen traditis, quibus erudiebantur quo pacto Deum colerent et quemadmodum illi sacrificarent, eos talia propemodum Baal, sive idolis consecrasse. Ex parte enim nonnunquam totum significat. Non enim amplius Deo, sed potius operibus manuum suarum sacra fecerunt, et ipsis dies festos peregerunt, divinumque cultum adhibuerunt, et primitias, adorationem, dona gratitudinis ergo obtulerunt, et gloria sua Deum spoliantes, eam sculptilibus dicaverunt. Sed hæc cum fecisset Israel, inquit, « mortuus est, et rursum apposuerunt, ut peccarent. » Ac si dicat: Punitus est post factum, delectus est post hos ausus, sensit indignationem Domini pœnas ultionis errantium sanguini infligentis. Et a stoliditate sua neutiquam cessavit; quinimo in aliis et paribus sceleribus deprehendi potest. Legi enim in Numeris fornicatos esse filios Israel, ad voluptates illegitimas inflammatos, et Moabitarum feminis adhæsisse. Quod facinus atrocissime luerunt. Sic enim habet Scriptura: « Et divertit Israel in Setim, et contaminatus est populus, ut fornicaretur in filias Moab. Et vocaverunt eos ad sacrificia idolorum suorum; et comedit populus de sacrificiis eorum et adoravit idola eorum, et initiatus est Israel Beelphegor, et iratus est furore Dominus Israeli, et dixit Dominus Moysi: Accipe omnes duces populi, et traduc eos Domino contra solem, et avertetur **180** ira furoris Domini ab Israel. Et dixit Moyses tribubus Israel: Occidat unusquisque domesticum suum qui sacrificavit Beelphegor [75]. » Hac strage non mediocris multitudo ex Israel cecidit. Vide igitur quomodo Israel, temporibus Moysis justificationes Dei idolis offerens, miserabiliter sit mortuus: seductus enim, propinquorum gladiis, non aliena manu trucidabatur. Verum apposuit peccare. Fecerunt enim sibi conflatile aureum, et opera artificis, et opificum artibus elaboratos deos. Irridet autem aliquo modo eorum vanitatem. Deos enim credebant esse, quos ipsimet fabricati erant. Exclamet igitur contra hos Psalmista: « Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis [76]. »

VERS. 3. *Ipsi dicunt: Immolate homines, vituli enim defecerunt. Idcirco erunt quasi nubes matutina, et sicut ros matutinus pertransiens, et sicut pulvis exsufflatus ab area, et sicut vapor a camino.*

[75] Num. xxv, 1-5. [76] Psal. cxiii, 8.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Δικαιώματα αὐτοῦ ἔλαβεν αὐτὸς ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ ἔθετο αὐτὰ τῇ Βαάλ, καὶ ἀπέθανε. Καὶ νῦν προσέθετο τὸ ἁμαρτάνειν ἔτι. Καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς χώνευμα ἐκ τοῦ ἀργυρίου αὐτῶν, κατ' εἰκόνα εἰδώλων, ἔργα τεκτόνων συντετελεσμένα αὐτοῖς.

PMG'. Οὐκ ἀνὰ μέρος ἐν τούτοις τὰς δέκα φυλὰς, ἀλλ' ὅλον αἰτιᾶται τὸν Ἰσραήλ, καί φησιν, ὅτι δικαιωμάτων αὐτοῖς δοθέντων διὰ Μωϋσέως, δι' ὧν ἐπαιδεύοντο, τίνα χρὴ τρόπον θεραπεύειν τὸν Θεὸν, ὅπως τε δεήσει προσάγειν θυσίας, αὐτοὶ τὰ τοιάδε μονονουχὶ τεθεσπίκασι τῷ Βάαλ, ἤτοι τοῖς εἰδώλοις. Ἀπὸ μέρους γὰρ ἔσθ' ὅτε σημαίνει τὸ πᾶν. Τεθύκασι γὰρ Θεῷ μὲν οὐκέτι, μᾶλλον δὲ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν αὐτοῖς ἐτέλουν τὰς ἑορτὰς, καὶ προσῆγον τὴν λατρείαν, τὰς ἀπαρχὰς, τὴν προσκύνησιν, τὰ δῶρα τὰ χαριστήρια· καὶ δόξης ἰδίας ἀποστεροῦντες Θεὸν, ταύτην ἀνέθεσαν τοῖς γλυπτοῖς. Ἀλλὰ τοῦτο ποιήσας ὁ Ἰσραήλ, « Ἀπέθανε, φησὶ, καὶ πάλιν προσέθετο τοῦ ἁμαρτάνειν. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, κεκόλασται δεδρακὼς, ὠλόθρευται τολμήσας, ἔγνω τοῦ Δεσπότου τὴν ἀγανάκτησιν, εἰς αἷμα τὴν δίκην τοῖς πλανωμένοις ἐπάγοντος. Καὶ τῆς ἑαυτοῦ σκαιότητος κατέληξε μὲν οὐδαμῶς. Ἀλοίη δ' ἂν μᾶλλον ἐφ' ἑτέροις τε καὶ ἴσοις ἐγκλήμασιν. Ἀνέγνω μὲν γὰρ ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς, ὅτι πεπορνεύκασιν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, ἐκκεκαυμένοι πρὸς ἐκτόπους ἡδονὰς, καὶ ταῖς τῶν Μωαβιτῶν προσέκειντο γυναιξίν. Εἶτα, δίκας ἐπὶ τούτῳ τὰς ἁπασῶν ἐσχάτας ἐξήτηνται. Ἔχει δὲ οὕτω τὰ Γεγραμμένα· « Καὶ κατέλυσεν Ἰσραὴλ ἐν Σετὶμ, καὶ ἐβεβηλώθη ὁ λαὸς ἐκπορνεῦσαι εἰς τὰς θυγατέρας Μωάβ, καὶ ἐκάλεσαν αὐτοὺς εἰς τὰς θυσίας τῶν εἰδώλων αὐτῶν. Καὶ ἔφαγε ὁ λαὸς τῶν θυσιῶν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγὼρ, καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος τῷ Ἰσραήλ. Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Μωϋσῇ· Λάβε πάντας τοὺς ἀρχηγοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς Κυρίῳ, ἀπέναντι τοῦ ἡλίου, καὶ ἀποστραφήσεται ὀργὴ θυμοῦ Κυρίου ἀπὸ Ἰσραήλ. Καὶ εἶπε Μωϋσῆς ταῖς φυλαῖς Ἰσραὴλ, Ἀποκτείνατε ἕκαστος τὸν οἰκεῖον αὐτοῦ, τὸν τετελεσμένον τῷ Βεελφεγώρ. » Οὗ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐνηνεγμένου, πέπτωκε πληθὺς οὐ μετρία τῶν ἐξ Ἰσραήλ. Ἄθρει δὴ οὖν, ὅτι προσάγων τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα κατὰ τοὺς Μωϋσέως χρόνους ὁ Ἰσραὴλ, ἀπέθανεν οἰκτρῶς. Ἀπεσφάζετο γὰρ ὁ πεπλανημένος τοῖς τῶν οἰκείων ξίφεσιν, οὐκ ὀθνείᾳ χειρί· ἀλλὰ προσέθετο τὸ ἁμαρτάνειν. Πεποιήκασι γὰρ ἑαυτοῖς χώνευμα χρυσοῦν, καὶ ἔργα τέκτονος, καὶ τεχνουργῶν ἐπιστήμης ἐκπεπαιδευμένους θεούς. Ἐπιμειδιᾷ δὲ ὥσπερ ταῖς αὐτῶν εἰκαιοβουλίαις ὁ λόγος. Θεοὺς γὰρ εἶναι πεπιστεύκασιν, οὓς αὐτοὶ τεκταίνουσιν. Ἐπιφωνείτω δὴ οὖν καὶ τούτοις ὁ Ψαλμῳδός· « Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. »

Αὐτοὶ λέγουσι· Θύσατε ἀνθρώπους, μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασι. Διὰ τοῦτο ἔσονται ὡς νεφέλη πρωϊνὴ, καὶ ὡς δρόσος ὀρθρινὴ πορευομένη, καὶ ὡς χνοῦς ἀποψυσώμενος ἀφ' ἅλωος, καὶ ὡς ἀτμὶς ἀπὸ καπνοδόχης.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΡΜΖ'. Αἰτιᾶται πάλιν, ὅτι μὴ μόνον δεδυσσεβήκασι, κατ' εἰκόνα εἰδώλων τὸ παρὰ Θεοῦ δοθὲν ἀργύριον διαπλάττοντες, καὶ τοῖς ἀπὸ ξύλου καὶ λίθων πεποιημένοις τὸ τῆς θείας δόξης ἐπιφημίζοντες ὄνομα, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθίας, μᾶλλον δὲ σκαιότητος, καὶ ἀπανθρωπίας, καὶ θηριοπρεποῦς ἀγριότητος ἢ καὶ ἔτι τούτων ἐπέκεινα, ὡς μηδὲ αὐτῶν τῶν ἰδίων φείδεσθαι τέκνων. Ἀποσφάττειν δὲ αὐτὰ τοῖς δαίμοσι, καίτοι κατεστυγηκότος τὸ χρῆμα Θεοῦ, καὶ οὐδ' ἂν αὐτὴν ἀνασχομένου ποτὲ τὴν φωνὴν ἢ εἰπεῖν ἑτέροις, ἢ γοῦν ἀκοῦσαι παρά τινος. Οὐ γὰρ φιλαίματος ὁ Δεσπότης, οὔτε μὴν ἐπὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἥδεται καταφθοραῖς. Πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου. Ἐπειδὴ δέ ἐστι θανάτου καὶ εὑρετὴς καὶ πρόξενος ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, ταύτῃ τοι ταῖς ἀνθρώπων ἥδεται σφαγαῖς. Ὅτι τοίνυν καὶ ψιλὸς ὁ ἐπὶ τούτῳ λόγος μεμίσηται παρὰ Θεῷ, διατρανοῖ λέγων· « Αὐτοὶ λέγουσι, Θύσατε ἀνθρώπους, μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασιν. » Οὐκ ἐμὸς, φησὶν, ὁ λόγος οὐδ' ἂν εἴποιμί ποτε τοιάνδε φωνήν. Αὐτοὶ δέ φασιν οἱ τῶν δαιμόνων θεραπευταὶ, τὸ δεῖν ἀνθρώπους καταθύειν αὐτοῖς. Εἶτα διαγελᾷ τὴν σκέψιν, καὶ διασύρει τὸ ἐγχείρημα, προστιθεὶς, καὶ λέγων· « Μόσχοι γὰρ, » κατὰ τὸ εἰκὸς, « οὐκ ἦσαν αὐτοῖς. » Διὰ τοῦτο τετιμήκασι τὴν ἀνδροφονίαν. Ἀλλ' ἔστω, φησὶ, πεπλάνησθε, καὶ τοὺς γλυπτούς τε, καὶ χωνευτοὺς τετιμήκατε θεούς. Ἵνα τί καὶ αἵμασι τοὺς ἐκείνων βωμοὺς κατεδεύσατε; Ἀνέγνωμεν δὲ ἐν ταῖς Βασιλείαις, ὅτι γέγονεν Ἰωάθαν υἱὸς Ἀχάζ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν· « Πεπόρευταί γε μὴν ἐν ὁδῷ βασιλέων Ἰσραὴλ, καὶ ἐθυμία μὲν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, διήγαγε δὲ καὶ τὸν ἴδιον υἱὸν ἐν πυρὶ, » καὶ τοῖς δαιμονίοις κατέθυσε τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα, καὶ γεγενημένον. Ἐπειδὴ δὲ τοιαῦτα δεδράκασιν, ἔσονται, φησὶν, « Ὡς νεφέλη πρωϊνὴ, καὶ ὡς δρόσος, ὡς ἀχνοῦς, καὶ ὡς ἀτμὶς ἐκ καπνοδόχης, » τουτέστιν, ὀλίγον ὀφθέντες, οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν, καὶ βαδιοῦνται πρὸς τὸ μηδέν. Νεφέλη γὰρ πρωϊνὴ, τουτέστιν, ἀχλὺς, δρόσος τε καὶ χνοὺς, καὶ ἀτμὶς ἐκ καπνοδόχης, εὐδιαρίπιστά ἐστι, καὶ ἐν ὀλιγοστῷ πάντελῶς διασκίδνανται χρόνῳ, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ὥρᾳ μιᾷ. Ποία γὰρ ὑπόστασις ἢ χνοὸς, ἢ δρόσου, ἢ γοῦν τῆς ἐκ καπνοῦ συνισταμένης ἀτμίδος;

CXLVII. Conqueritur rursum, quod non solum impie egerint, donatum a Deo argentum in imaginem idolorum transformantes, et e ligno ac lapidibus fabricatis divinæ gloriæ nomen ascribentes, sed etiam eo inscitiæ, imo stultitiæ, et immanitatis, et ferinæ sævitiæ, aut si quid his majus est, delapsi sint, ut ne filiis quidem suis parcerent, verum eos dæmonibus immolarent, tametsi Deus factum odisset adeo, ut ne ipsam quidem vocem ejus vel aliis dicere, vel ab aliis audire sustineret. Non enim gaudet sanguine Dominus, nec perditione hominum lætatur [77]. Longe abest. Creavit enim omnia ut essent (sicut scriptum est), et salutares sunt generationes mundi [78]. Sed draco apostata, ut mortis inventor et parens, hominum cædibus delectatur. Nudum igitur sermonem quoque super his invisum esse Deo declarat, dicens: « Ipsi dicunt: Sacrificate homines, vituli enim defecerunt. » Non est verbum meum, inquit, nec unquam loquerer ego hujusmodi. Ipsi autem cultores dæmonum dicunt, sacrificandos ab se homines. Deinde consilium irridet et molitionem perstringit, cum ait, « Vituli enim, » ut consentaneum est, « non erant ipsis, » idcirco honoris causa cædem hominum susceperunt. **181** Sed esto, inquit, erraveritis, sculptilibusque et conflatilibus diis venerationem tribueritis, quare etiam humano sanguine illorum aras imbuistis? Legimus in libris Regum, filium Joathan fuisse Achaz, qui regnavit super Judam: « Ambulavit vero in via regum Israel, et adolevit incensum in excelsis, et transtulit filium suum per ignem [79], » et ex se ortum ac genitum dæmonibus sacrificavit. Et quia ista fecerunt, erunt, inquit, « ut nubes matutina, et ut ros, ut pulvis, ut vapor ex camino, seu vaporario, » hoc est, cum ad breve tempus apparuerint, in exitium abibunt, et in nihilum evanescent. Nubes enim matutina, hoc est, nebula, ros item, et pulvis, et vapor ex camino facile difflantur, et pauxillo tempore, imo hora una, dissipantur. Qualis enim aut pulveris, aut roris, aut ex fumo constantis vaporis subsistentia?

ΤΟΜΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

Ἐγὼ δὲ Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ στερεῶν τὸν οὐρανὸν, καὶ κτίζων γῆν, οὗ αἱ χεῖρες ἔκτισαν πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ παρέδειξά σοι αὐτὰ, τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν(1).

ΡΜΗ'. Ἐλέγχεταί πως ἀεὶ τῆς ψευδοδοξίας τὸ ἀχαλλὲς τῆς ἀληθοῦς γνώσεως εἰς μέσον ἐνηνεγμένης, καὶ οἱονεὶ φωτὸς ἀναλάμποντος ὡς ἐν νυκτὶ, καὶ σκότῳ, τοῦ πρὸς ὀρθότητα λογισμῶν παιδαγωγοῦντος λόγου. Ὅτι τοίνυν τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ἀναπιμπλάμενοι δυσβουλίας, ἀθλότητος εἰς λῆξιν ἰόντες τὴν

TOMUS SEPTIMUS.

Ego autem Dominus Deus tuus, firmans cœlum, et creans terram, cujus manus creaverunt universam militiam cœli, et non ostendi tibi ipsa ut ambulares post ea.

CXLVIII. Perpetuo fere falsarum opinionum turpitudo reprehenditur, vera notitia in medium producta, et quasi cum lumen in nocte et in tenebris resplendet, sermone ad probas cogitationes instituente. Israelitas igitur, ut extrema repletos insipientia, ad extremam progressos miseriam, conflatilibus et

[77] Tob. III, 22. [78] Sap. I, 14. [79] IV Reg. XVI, 3.

(1) Hæc sunt Isaiæ prophetæ, XLV, 18.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

operibus artificum vere et natura Deo præterito adoratis insectatur, dicens se esse qui cœlum firmaverit, et terram stabiliverit, et astra fecerit. Exprobrat autem, quod ut putidum quiddam prætermittentes, per ea quæ facta sunt posse factoris gloriam cognoscere, iis ad errorem suum abusi sint. Ait enim, non ideo facta, ut de divina gloria aliquid imminuant, a mortalibus diis existimata; sed ut, quemadmodum ait Scriptura sacra, ex magnitudine et pulchritudine creaturarum, proportione mens intelligentium sursum ad Conditoris virtutem et opificium, quantum fieri potest, evehatur[80]. Itaque non ostendit nobis Opifex creaturam, ut adoretur a nobis. Hinc et testificatus est per Moysen : « Et ne, cum respexeris in cœlum, et videris solem, et lunam, et stellas, **182** et omnem ornatum cœli, deceptus adores ea quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt[81]. » Illi vero distributa ad indicationem temporum, et ad illuminandum orbem[82] constituta deos appellabant, et precibus ea colere non reformidabant. Quin his adhuc infanda magis quærentes miseri, fusilia et ligna in deorum loco honorabant, fabrorum ærariorum, aliorumque artificum artificia adorantes.

A ἀνωτάτω χώνευμά τε, καὶ τεκτόνων ἔργα τετιμήκασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, τὸν ἀληθῶς καὶ φύσει παραπρέχοντες Θεὸν, ἀπελέγχει, λέγων, ὡς εἴη μὲν αὐτὸς, ὁ στερεῶν οὐρανὸν, διαστηριξάμενος δὲ καὶ γῆν, καὶ τῶν ἄστρων ὁ ποιητής. Κατονειδίζει δὲ, ὅτι παρέντες ὡς ἔωλον τὸ διὰ τῶν γεγονότων δύνασθαι τὴν τοῦ πεποιηκότος δόξαν ἀναμαθεῖν, πρόφασιν αὐτὰ τῆς οἰκείας πεποίηνται πλάνης. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο γεγόνασιν, ἵνα τὴν θείαν ἀδικῶσι δόξαν, ἐν ὑπολήψει θεῶν εἰλημμένα τοῖς ἐπὶ γῆς· ἀλλ' ἵν', ὡς ἔφη τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, ἀπὸ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ἀναθρώσκοι τῶν συνιέντων ὁ νοῦς εἰς κατάληψιν τὴν ἐνδεχομένην τῆς τοῦ πεποιηκότος δυνάμεώς τε καὶ τέχνης. Οὐκοῦν οὐ παρέδειξε τὴν κτίσιν ἡμῖν ὁ Δημιουργὸς, ἵνα προσκυνῆται πρὸς ἡμῶν. Καὶ γοῦν καὶ B προδιεμαρτύρατο λέγων διὰ Μωσέως· « Καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς, καὶ λατρεύσῃς αὐτοῖς, ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. » Οἱ δὲ τὰ ἐκνεμηθέντα πρὸς καιρῶν ἐπίδειξιν, καὶ ἐν φωστήρων τάξει καθεσταμένα θεοὺς ὠνόμαζον, καὶ προσκυνεῖν ἀπετόλμων, καὶ τὰ ἔτι τούτων αἰσχίονα ζητοῦντες οἱ δείλαιοι, χώνευμά τε, καὶ ξύλα τετιμήκασιν ὡς θεοὺς, τὴν χαλκουργῶν καὶ τεκτόνων προσκυνοῦντες τέχνην.

Vers. 4, 5. *Et ego eduxi te de terra Ægypti, et Deum præter me non cognosces, et salvator non est absque me. Ego pascebam te in solitudine, in terra inhabitabili secundum pascua eorum.*

Καὶ ἐγὼ ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ Θεὸν πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ, καὶ σώζων οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. Ἐγὼ ἐποίμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἀοικήτῳ, κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν.

CXLIX. Multa inest in his stuporis ac dementiæ redargutio, ponunturque ordine auxiliorum genera, quibus Israelitæ omnium ingratissimi convincuntur. Reprehendit autem, non ut ignorantes, opinor, unde in ea loca venissent; sed ut ex magna stoliditate et stupore quasi eorum oblivione captos, quorum perpetuam conservare memoriam debuissent. Detestabilis quippe Jeroboam, vitulis propositis, aiebat: « Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti[83]. » Ast illi, quanquam nossent id non ab aliquo alio, sed a Deo insigniter gestum, nihilominus vitulis manufactis gratias referebant, et se mutuo nescio quomodo ad divinorum miraculorum excellentiam ipsis ascribendam cohortabantur. Quare tanquam vino Sodomorum inebriatos[84] pene vulnerat, dicens, seipsum esse manifeste, qui et e D « domo servitutis[85] » eos eduxerit, et per Moysen ita mandaverit: « Non erunt tibi dii alii præter me[86]; » et solum se esse qui salvet, et citra laborem probe faciat quod voluerit; se, qui in solitudine alimoniam providerit et in terra deserta, invia et inaquosa fontes aquarum produxerit[87], manna demiserit[88], panemque angelorum de cœlo donaverit[89], et instar boni pastoris eos in abundantia, secundum pascua eorum, sive secundum profectiones paverit. Nihil quippe bonorum omnium in deserto

ΡΜΘ'. Ἁλοὺς ἐν τούτοις τῆς ἀναισθησίας ὁ ἔλεγχος, καὶ τέθεινται στοιχηδὸν τῆς ἐπικουρίας οἱ τρόποι, τῆς ἀχαριστίας, τῶν ἐξ Ἰσραὴλ καταδεικνύντες τὸ μέγεθος. Ἐλέγχει δὲ, οὐκ ἠγνοηκότας, ὥς γε οἶμαι, πόθεν, ἀλλ' ὡς ἐκ πολλῶν ἄγαν σκαιότητος, καὶ λογισμοῦ νενευκότας εἰς ἀναισθησίαν, μονονουχὶ καὶ εἰς λήθην ὑπενηνεγμένους, ὧν ἔδει μεμνῆσθαι διαπαντός. Ὁ μὲν γὰρ ἐπάρατος Ἱεροβοὰμ, τὰς δαμάλεις αὐτοῖς ἀναστήσας, ἔφασκεν, « Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἵ τινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Οἱ δὲ, καίτοι γινώσκοντες, ὅτι μὴ ἑτέρου τινὸς, ἀλλὰ Θεοῦ κατόρθωσις ἦν τὸ χρῆμα αὐτοῖς, χειροκμήτοις δαμάλεσι προσῆγον τὰ χαριστήρια, καὶ αὐταῖς ἀνάπτειν, οὐχ οἷδ' ὅπως, ἀλλήλοις ἀνέπειθον τῶν θείων κατορθωμάτων τὴν ὑπεροχήν. Οὐκοῦν, ὡς ἐξ οἴνου Σοδόμων μεμεθυσμένους, μονονουχὶ διανύττει λέγων· ὅτι τε αὐτὸς εἴη σαφῶς, ὁ καὶ ἐξ « οἴκου δουλείας » ἐξενεγκὼν, καὶ προστεταχὼς διὰ Μωσέως, ὡς « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, » καὶ ὅτι μόνος αὐτὸς ὁ σώζων ἐστὶ, καὶ ἀνιδρωτὶ κατορθῶν πᾶν ὅπερ βούλοιτο, αὐτὸς ὁ τροφοφορήσας κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ πηγὰς μὲν ὑδάτων ἀνεὶς, καθιεὶς δὲ τὸ μάννα, καὶ ἄρτον ἀγγέλων ἐξ οὐρανοῦ δωρούμενος, καὶ ὡς ἐν τάξει ποιμένος ἀγαθοῦ καταβόσκων εἰς εὐθηνίαν, κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν, ἤτοι τὰς ἀπάρσεις. Ἀνενδεεῖς γὰρ

[80] Sap. XIII, 5; Rom. I, 20. [81] Deut. IV, 19. [82] Gen. I, 14-17. [83] III Reg. XII, 28. [84] Deut. XXXII, 32. [85] Exod. XIII, 3. [86] Exod. XX, 3. [87] Psal. LXVII, 3. [88] Exod. XVI, 14. [89] Psal. LXXVIII, 35.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἦσαν παντὸς ἀγαθοῦ κατὰ τὴν ἔρημον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καίτοι τόπους ἐκ τόπων ἀεὶ μεταμείβοντες, καὶ ἐν γῇ τραχείᾳ καὶ ἀκάρπῳ καταυλιζόμενοι. Χρὴ δὴ οὖν ἄρα μεμνῆσθαι διὰ παντὸς, ὧν ἂν ἔχοιμεν παρὰ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις λήθην, ὡς ἀποτάτω ποιεῖσθαι φιλεῖν τῆς ἑαυτῶν διανοίας, ὡς ὀλέθρου πρόξενον, καὶ παροτρύνον εἰς ἀγανάκτησιν τὸν ἀπάσης ἡμῖν εὐημερίας δοτῆρα Θεόν. Ὁ γὰρ ἀχάριστος, καὶ βλάσφημος, κατά γε τὸ ὑπό του σοφῶς εἰρημένον.

A filiis Israel defuit, quantumvis locum loco semper mutarent, et in terra horrida atque infructuosa castrametarentur. Semper igitur accepta a Deo bona in memoria habenda sunt, **183** eorumque oblivio quam longissime repellenda ab animo, quoniam exitium parit, et Deum omnis nostræ felicitatis auctorem ad indignationem provocat. Ingratus enim etiam est blasphemus, ut a quodam sapienter dictum est.

Καὶ ἐνεπλήσθησαν εἰς πλησμονὴν, καὶ ὑψώθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν, ἕνεκα τούτου ἐπελάθοντό μου.

VERS. 6. *Et repleti sunt saturitate, et exaltata sunt corda eorum: propter hoc obliti sunt mei.*

XXVII. Hinc, et quidem admodum clare intelliges, quæ supra narrata sunt, non ob aliud fuisse posita. Duram, et quæ vix perferatur, calamitatem illis prænuntiavit, ut eos scilicet deinceps ad pœnitentiam adduceret. Desperare enim non sinit. Confirmat autem, idque planissimis verbis, si resipiscere velint, et animas suas posterioribus saltem consiliis corri-

[91] Jer. XXIII, 29. [92] Psal. LXXV, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gere, ut Deo placeant, et prorsus desitura a Deo exacerbato supplicia, et omnia mox in magnam tranquillitatem ac securitatem commutatum iri; quis autem et conversionis ipsorum, et deprecationis modus esse debeat, liquido subdit his verbis : « Et nunc dicit Dominus Deus noster : Convertimini ad me in toto corde vestro. » Projiciantur, inquit, præterita, et quæ antecesserunt in oblivionem abeant, vobisipsis meliores apparete; posterioribus Deum mitigate, jejunio et afflictatione, ploratu et lamentis. Plane enim, qui ita facere instituerint, in felicitate deliciisque versabuntur. Sicut enim fortuna nimium blandiens, et vita voluptatibus in honestis dedita in gemitus et supplicia tandem desinit, ita bonitatis et laborum pœnitentialium exitus est ampla felicitas. **219** Conducit igitur deflere peccata, et contristari secundum Deum. Nam ut est apud Paulum : « Tristitia secundum Deum, pœnitentiam in salutem non pœnitendam operatur[93]. » Beati quoque a Christo pronuntiantur, « qui lugent; quoniam ipsi consolabuntur[94]. » Quin et sapiens Salomon tale quid, quanquam sub integumento, dicit : « Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii[95]. » Cæterum illud considerandum est diligenter, quantum valeat jejunium. Dominum mansuefacit, iram sedat, pœnam tollit. Nosmetipsos tantum non verberibus acriter accipientes, ferocientem et furentem contra nos iram divinam commode flectimus, et manum percutientis non difficulter cohibemus. Si enim verum est, nos solum peccata nostra confitentes[96], miserante Deo, justificari, quinam dubitetur quin, asceticis laboribus nos macerantes, et tanquam pœnas a nobismet exigentes, peccatorum veniam a Deo impetremus? Lugere igitur jubet, et discindenda quidem vestimenta minime; potius autem quod percipi animo et cogitatione potest, immite ac sævum, et commutatum seu induratum cor dissolvendum atque explicandum, quo Dei timor ingrediatur. Scribens igitur ad Corinthios Paulus : « Non angustiamini in nobis, » inquit; « angustiamini autem in visceribus vestris. Eamdem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini et vos[97]. » Dilatare ergo cor oportet, tanquam Deo, et prope mentem disrumpere, ut quod ejus est, recipiat. Nam mœstitiam fingere, ruptis frustra ac temere vestimentis, nihil illis profuerit qui id fecerint. Non vile autem lucrum apportabit, aperire cor Deo, et illic reponere quod illi placet; conducet enim res ad salutem. Non autem spe sua lapsuros suppliciter rogantes, propheta confirmat, inquiens Dominum universorum esse benignum, et multæ misericordiæ, et miseratorem, et bonum, et pœnitentem super malitiis. Nam etsi peccatores affligere cœperit, tamen non diu post lenietur, facileque ad benignitatem sese transferet. Hoc puto esse « pœnitere super malitiis. » Salutem porro desperantibus, propheta utiliter cogitationes et consilia propria præcidens, « Quis

A γοῦν τοῖς δευτέροις ἐπανορθοῦν εἰς τὸ ἀρέσκειν Θεῷ, πάντως πεπαύσεται τὰ ἐξ ὀργῆς, καὶ εἰς πλάτος εὐθὺς εὐθυμίας μεταχωρήσει τὰ πράγματα. Τίς δ' ἂν γένοιτο τῆς τε ἐπιστροφῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ τῆς λιτῆς τρόπος, καθίστησιν ἐναργὲς, οὕτω λέγων· « Καὶ νῦν λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· Ἐπιστράφητε πρὸς μὲ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν. » Ἐρρίφθω, φησὶ, τὰ παρῳχηκότα, καὶ ἀποδημείτω πρὸς λήθην τὰ φθάσαντα· ἑαυτῶν ἀμείνους ὀφθητε· τοῖς δευτέροις ἐκμελίσσεσθε Θεὸν, νηστείᾳ, καὶ πόνῳ, κωκυτῷ τε καὶ ὀδυρμῷ. Ἔφεται γὰρ πάντως ταῦτα ὁρᾶν ἠρημένοις τὸ χρῆναι λοιπὸν ἐν εὐπαθείᾳ εἶναι καὶ τρυφῇ. Ὥσπερ γὰρ τῆς ῥᾳστώνης τὸ τέλος, καὶ τὸ διαπίπτειν εἰς ἡδονὰς καταστρέφει πάντως εἰς οἰμωγὰς καὶ κόλασιν· οὕτω τῆς ἐπιεικείας, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς με-

B ταγνώσεσι πόνων ἡ ἔκβασις εἰς τὸ τῆς εὐημερίας πλάτος ἔρχεται. Χρήσιμον οὖν ἄρα τὸ κλαίειν ἐφ' ἁμαρτίαις, καὶ λυπεῖσθαι κατὰ Θεόν. Ὡς γὰρ Παῦλος γράφει, « Ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀναμεταμέλητον κατεργάζεται. » Μακαρίζει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς « τοὺς πενθοῦντας, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. » Καὶ μὴν καὶ ὁ σοφὸς ἡμῖν Σολομῶν τοιοῦτόν τί φησιν αἰνιγματωδῶς· « Ἀγαθὸν τὸ πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ τὸ πορευθῆναι εἰς οἶκον πότου. » Πλὴν ἐκεῖνο περιαθρεῖν ἀναγκαῖον, ὅση τις ἐστὶ τῆς νηστείας ἡ δύναμις. Ἐξημεροῖ τὸν Δεσπότην, κατευνάζει τὴν ὀργὴν, ἀνατρέπει τὴν κόλασιν. Ἑαυτοὺς γὰρ αἰκιζόμενοι, μονονουχὶ ἀγριαίνοντα, καὶ λελυττηκότα τὸν θεῖον καθ' ἡμῶν εὖ μάλα δυσωποῦμεν θυμὸν, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ καταπαίοντος

C εὐκόλως συστέλλομεν. Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὅτι καὶ μόνον ὁμολογοῦντες τὰς ἁμαρτίας κατοικτείροντος Θεοῦ δικαιούμεθα, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις ὅτι τοῖς ἐξ ἀσκήσεως πόνοις ἑαυτοὺς κατατήκοντες, καὶ οἷον αἰτοῦντες δίκας, παρὰ Θεοῦ τῶν ἡμαρτημένων κερδανοῦμεν τὴν ἄφεσιν; Πενθεῖν οὖν ἄρα κελεύει, καὶ διαῤῥηγνῦναι σφᾶς, ἥκιστα μὲν τὰ ἄμφια, διαπτύσσειν δὲ μᾶλλον νοητῶς τὴν καρδίαν τὴν ἀπηνῆ καὶ πεπιλημένην εἰς ἣν ὁ θεῖος οὐκ εἰσδύεται φόβος. Ἐπιστέλλει οὖν Κορινθίοις ὁ Παῦλος· « Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. » Χρὴ οὖν ἄρα κατευρύνειν μὲν ὥσπερ Θεῷ τὴν καρδίαν, καὶ μονονουχὶ τὸν νοῦν περιῤῥηγνῦναι, ἵν' εἰσδέξαιτο τὸ αὐτοῦ. Τοιγάρτοι

D πλάττεσθαι λύπην, καταῤῥηγνυμένων εἰκῇ καὶ μάτην, ὀνήσειεν ἂν οὐδὲν τοὺς τοῦτο ὁρᾶν ἠρημένους. Ἐμπυιήσῃ δ' ἂν οὐ βραχὺ τὸ κέρδος τὸ ἀνοιγνύναι καρδίαν, καὶ ἐναποτίθεσθαι τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ. Ἀποκομιεῖ γὰρ τὸ χρῆμα πρὸς σωτηρίαν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀποτεύξονται τοῦ σκοποῦ ποιούμενοι τὰς λιτὰς, ἐμπεδοῖ λέγων, ὡς εἴη μὲν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης φιλάνθρωπός τε, καὶ φιλέλεος, οἰκτίρμων, καὶ ἀγαθὸς, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις. Εἰ γὰρ δὴ καὶ ἔλοιτο κακοῦν τοὺς ἡμαρτηκότας, ἀλλ' οὖν ἔσται πρᾶος, καὶ οὐκ ἐς μακράν. Μεταχωρεῖ γὰρ εὐκόλως ἐπὶ τὸ βουλεύεσθαι τὰ χρηστά. Τοῦτο εἶναί φημι τὸ « μετανοεῖν

[93] II Cor. VII, 10. [94] Matth. V, 5. [95] Eccle. VII, 3. [96] I Joan. I, 9. [97] II Cor. VI, 12, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐπὶ ταῖς κακίαις. » Ὑποτεμνόμενος δὲ χρησίμως ὁ προφήτης τῶν τὴν σωτηρίαν ἀπεγνωκότων τὸ εἰκαιόβουλον, « Τίς οἶδε, » φησὶν, « εἰ μετανοήσει, καὶ ὑπολήψεται ὀπίσω αὐτοῦ εὐλογίαν ; » καὶ τὰ ἑξῆς. Τουτέστι, δώσει τοῖς ἐπιστρέφουσι τὸ μετασχεῖν εὐλογίαν, ὥστε καὶ σπονδὴν καὶ θυσίαν ἀναθεῖναι πάλιν αὐτῷ, χαίροντάς τε καὶ εὐφραινομένους ἀναμέλψαι τὰ χαριστήρια.

A novit, » inquit, « si pœnitebit eum, et dimittet post se benedictionem? » etc.; id est, dabit convertentibus se benedictionis fieri participes, ut libamen et sacrificium iterum ipsi offerre queant, gaudioque et lætitia exsultantes gratiarum actiones decantent.

Σαλπίσατε σάλπιγγι ἐν Σιὼν, ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, συναγάγετε λαὸν, ἁγιάσατε Ἐκκλησίαν, ἐκλέξασθε πρεσβυτέρους, συνάγετε νήπια θηλάζοντα μαστούς. Ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς. Ἀναμέσον τῆς κρηπίδος καὶ τοῦ θυσιαστηρίου κλαύσονται οἱ ἱερεῖς, οἱ λειτουργοῦντες Κυρίῳ, καὶ ἐροῦσιν· Φεῖσαι, Κύριε, τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος τοῦ κατάρξαι αὐτῶν ἔθνη, ὅπως μὴ εἴπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι, Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν ;

220 VERS. 15-17. *Clangite tuba in Sion, sanctificate jejunium, prædicate curationem, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, eligite seniores, congregate parvulos sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo. Inter crepidinem et altare plorabunt sacerdotes ministrantes Domino, et dicent : Parce, Domine, populo tuo, et ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eorum gentes, ut non dicant in nationibus : Ubi est Deus eorum?*

B

ΚΗ'-ΚΘ'. Διανίστησιν εὖ μάλα καὶ διὰ τούτων αὐτοὺς εἰς μετάγνωσιν, καὶ τρόπον οὐδένα τῆς εἰς τοῦτο σπουδῆς ἀνεπιτήδευτον, ἐᾷν ἐπιτάττει χρησίμως. Δεῖν γὰρ ἔφη λαμπρῷ καὶ διαπρεπεῖ κηρύγματι κεχρημένους, ἁγιάζειν μὲν νηστείαν, κηρύξαι δὲ θεραπείαν, καὶ συναγείρειν ἐν Ἐκκλησίᾳ τοὺς θεραπεύειν ὀφείλοντας, δῆλον δὲ ὅτι λελυπημένον τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Εἶεν δ' ἂν οὗτοι νεανίσκοι, καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, νηπιά τε πρὸς τούτοις ἀρτιγενῆ, καὶ ὑπότιτθα, καὶ μὴν καὶ νυμφίοι, καὶ ἀρτίγαμοι κόραι, τάχα που κατεστεμμένων ἔτι παστῶν ἐκθέουσαι, καὶ γαμηλίους εὐνὰς ἀρνούμεναι, τρυφῆς τε, καὶ πότου ὑπερορῶσαι, καὶ ἀλλασσόμεναι τὴν σκληραγωγίαν (κρότου περιεσταλμένου, καὶ ᾀσμάτων ἠρεμούντων, καὶ εὐφημιῶν, ἃς ἔθος τισὶν ἀνάπτειν ἐσθ' ὅτε τοῖς γεγαμηκόσι), καὶ ὁμοῦ νυμφίοις ὀλοφυρόμεναι. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς ὅπερ ἔφη τις τῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν· « Μουσικὰ ἐν πένθει, ἄκαιρος διήγησις. » Ἐπηρτημένης δὴ οὖν ἡμῖν θείας ὀργῆς, πενθεῖν ἀναγκαῖον, οὐχὶ πότοις τε καὶ τρυφαῖς ἐνευρύνεσθαι φιλεῖν. Ὅτι γὰρ οὐκ ἀμοιρήσειεν ἂν μομφῆς τε, καὶ δίκης τὸ οὐκ ἐν καιρῷ τρυφᾷν, σαφηνιεῖ τις τῶν ἁγίων προφητῶν, λέγων περὶ τῶν ἐξ Ἰσραήλ· « Καὶ ἐκάλεσε Κύριος Σαβαὼθ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ κλαυθμὸν, καὶ κοπετὸν, καὶ ξύρησιν, καὶ ζῶσιν σάκκων, αὐτοὶ δὲ ἐποιήσαντο εὐφροσύνας, σφάζοντες μόσχους, καὶ θύοντες πρόβατα, καὶ λέγοντες· Φάγωμεν, καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. » Ζητητέον οὖν θρήνους, καὶ δάκρυα ἐπηρτημένης ὀργῆς. Καὶ διερρίφθω πότος. Δεῖν δέ φησιν ὁ προφήτης καὶ αὐτὸ τοῖς πενθοῦσι τὸ ἱερὸν ἀναπλέκεσθαι καὶ ἀπόλεκτον γένος, καὶ δὴ πρὸς αὐταῖς κρηπῖσι τοῦ ναοῦ, καὶ ἀναμέσον τοῦ θυσιαστηρίου κατολολύζειν ἐκτενῶς ἀνακωκύοντας, καὶ λέγοντας· « Φεῖσαι, Κύριε, τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, τοῦ κατάρξαι αὐτῶν ἔθνη, μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη, Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν ; » Ἀλλ' εἴπερ μόνον αὐτῷ τῆς ἀκρίδος λόγος ἦν, πῶς οὐχὶ

C

D

XXVIII-XXIX. Etiam his eos ad pœnitentiam rectissime exsuscitat, et modos omnes in hoc studio experiri salubriter præcipit. Oportere enim, inquit, insigni et excellenti denuntiatione adhibita sanctificare jejunium, prædicare curationem, et congregare in Ecclesiam, qui Deum offensum propitient, nempe juvenes et virgines, senes cum junioribus [99], infantes insuper modo genitos [1], et adhuc sub ubere, præterea sponsos et novas nuptas, nimirum e thalamis adhuc coronatis excurrentes, et lectulum genialem deserentes, voluptatemque et epulas despicientes, et vita austeriore commutantes (plausu compresso, epithalamiis silentibus, et bonis ominibus, quibus novos conjuges quidam prosequi solent), et una cum sponsis lamentantes. Verum siquidem unus e nostris sapientibus dixit : « Musica in luctu, est importuna narratio [2]. » Opprimente igitur nos ira divina, lugere, non conviviis et deliciis soluto animo vacare necesse est. Nam intempestive dare operam voluptati, et reprehensionem et pœnam mereri, quidam de sanctis prophetis ostendit, his verbis de Israelitis loquens : « Et vocavit Dominus Sabaoth in die illa fletum, et planctum, et calvitium, et cincturam saccorum; ipsi autem fecerunt lætitiam, immolantes vitulos et sacrificantes oves; ita ut comederent carnes, et biberent vinum, dicentes : Comedamus et bibamus, cras enim morimur [3]. » Ad lamenta igitur et lacrymas confugiendum est his in quos cœlestis ira incubuerit. Apage cum conviviis. Lugentibus porro sanctum et electum genus miscendum ait, et ideo inter vestibulum templi et altare ploraturos impense sacerdotes, et cum ululatu dicturos : « Parce, Domine, populo tuo, et ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eorum nationes, **221** ne forte dicant gentes : Ubi est Deus eorum? » Quod si tantum de locusta loquitur, quomodo non potius a fame et inopia liberari petunt? Timent autem in manus hostium incidere, et irrisionem atque dedecus

[99] Psal. CXLVIII, 12. [1] I Petr. II, 2. [2] Eccli. XXII, 6. [3] Isa. XXII, 12, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

deprecantur. Probabile est ergo, quod et verum dixerim, sub locustæ nomine ænigmatice et recte hostilem Assyriorum adventum describi. Quod si quis etiam de ipsis locustis hæc interpretari velit, merito propheticorum oraculorum œconomiam admiretur. Ipse namque supplicii modus tantum non adversus Israelitarum dementiam et imbecillitatem exclamat. Mutabant enim et venerabantur deos qui non sunt dii, universorumque Deo relicto, Baal adorabant. Sed ecce locustæ cum intolerando agmine castrametantur, bruchus armatur, et a commentitiis numinibus suis nullo fulti auxilio sternuntur. Bruchi autem et locustæ victis, et deos colentibus, quantumcunque adhuc profuissent, si contra hostes dimicassent, et a phalangibus adversariorum obsessi fuissent.

μᾶλλον λιμοῦ, καὶ ἐνδείας αἰτοῦσιν ἀπαλλαγήν; Ἐκδεδίασι δὲ τὸ πεσεῖν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, καὶ παραιτοῦνται γέλωτα, καὶ ὀνειδισμόν. Εἰκὸς οὖν, ὅτι φαίην ἂν καὶ ἀληθὲς, ὡς ἐν τοῖς αἰνίγμασι τοῖς περὶ τῆς ἀκρίδος ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἔφοδος λεληθότως ἐγράφετο. Εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκρίδος τὰ τοιαῦτα νοεῖν, καταθαυμάσειεν ἂν τῶν προφητικῶν θεσπισμάτων εἰκότως τὴν οἰκονομίαν. Αὐτὸς γὰρ ὁ τῆς κολάσεως τρόπος μονονουχὶ κατακέκραγε τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἀδουλίας, καὶ προσέτι τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀσθενείας. Ἠλλάξαντο γὰρ θεοὺς οἳ οὐκ εἰσι θεοὶ, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀφέντες, τῷ Βάαλ προσκεκυνήκασιν. Ἀλλ' ἰδοὺ αἱ ἀκρίδες ἀφόρητον ποιοῦνται τὴν παρεμβολὴν, βροῦχος ὁπλίζεται, καὶ πεπτώκασιν οὐδεμίαν ἔχοντες ἐπικουρίαν ἐκ τῶν ψευδωνύμων αὐτῶν θεῶν. Οἱ δὲ δὴ βροῦχοι καὶ ἀκρίδες ἡττωμένοις ποίαν ἔτι τοῖς προσκυνοῦσιν αὐτοῖς ἐπιδοῖεν τὴν ἄκεσιν εἰ μάχοιντο πρὸς ἐχθροὺς, καὶ ταῖς τῶν ἐναντίων πολιορκοῖντο φάλαγξιν.

TOMUS POSTERIOR.

VERS. 18, 19. *Et zelavit Dominus terram suam, et pepercit populo suo. Et respondit Dominus, et dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum, et vinum, et oleum, et implebimini eis; et non dabo vos ultra in opprobrium in gentibus. Et eum qui ab aquilone repellam a vobis.*

XXX. Vide currentem e vestigio misericordiam. Prævertit enim, opinor, luctum serenitas, et lacrymas pœnitentiæ, gratia miserantis. Quippe non solum misericordia commovetur erga miseros; sed etiam zelo ducitur, ut his succenseat qui eos læserunt, et per quos in calamitatem inciderunt. Reprehendit autem Babylonios universorum Dominus, quod crudelius aliquanto quam oportuit, in eos quibus ipse irasceretur, debacchati sint. Ait enim: « Ego illos dedi in manus vestras; vos illis misericordiam non dedistis [a]. » Zachariam item sic alloquitur: « Hæc dicit Dominus: Zelavi Jerusalem et Sion zelo magno, et ira magna ego irascor super gentes quæ mecum superimpositæ sunt; pro eo quod ego quidem iratus sum, sed modicum, ipsi vero simul superimpositi sunt in malum [b]. » Zelans itaque populum suum, ad vitam degendam requisita abunde suppeditaturum se, et cladem præcedentem lætitia compensaturum, esculentaque ad satietatem largiturum pollicetur. **222** Insuper securitatem, ut in manus hostium non tradantur, nec vitam in servitute miseram et ærumnosam vivant. Ad hæc promittit fugaturum eum qui ab aquilone, hoc est, eum qui vicinus est aquiloni; potius enim ad orientem siti sunt Assyrii. Quod si quis existimat, etiam ex magis aquilonaribus Judææ partibus locustarum impressionem factam, nihil prohibebit quominus explicatio ista probetur.

Jam si cui corrumpuntur etiam bona cordis sui, et quæ cogitatione cernuntur fructuum uberrimorum

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Καὶ ἐζήλωσεν ὁ Κύριος τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ ἐφείσατο τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ Κύριος, καὶ εἶπε τῷ λαῷ αὐτοῦ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμῖν τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ἐμπλησθήσεσθε αὐτῶν, καὶ οὐ δώσω ὑμᾶς οὐκ ἔτι εἰς ὀνειδισμὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Καὶ τὸν ἀπὸ βορρᾶ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν.

Λ'. Ἄθρει δὴ τρέχοντα κατὰ πόδας τὸν Ἔλεον. Φθάνει γὰρ, οἶμαι, τὸ πένθος ἡ γαληνότης, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς μεταγνώσεσι δάκρυον ἡ χάρις τοῦ κατοικτείραντος. Οὐ γὰρ μόνον ἐλεεῖ τοὺς πεπραχότας ἀθλίως, ζηλοῖ δὲ μᾶλλον, ὡς καὶ ἐπιμηνίσαι τοῖς λελυπηκόσιν, οἳ καὶ τῆς ἐπενηνεγμένης αὐτοῖς ἀθλιότητος γεγόνασιν ὑπουργοί. Ἐπισκήπτει δέ που τοῖς Βαβυλωνίοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὡς ἀπηνέστερόν πως ἢ χρὴ τοῖς ὑπὸ θείαν ὀργὴν ἐπενηνεγμένοις. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Δέδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. » Καὶ μὴν καὶ πρὸς Ζαχαρίαν· « Τάδε λέγει Κύριος· Ἐζήλωσα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐγω ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτεθειμένα μοι. Ἀνθ' ὧν μὲν ἐγὼ ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακίαν. » Ζηλώσας δὴ οὖν τὸν λαὸν αὐτοῦ, κατεπαγγέλλεται μὲν ἀφθόνως χορηγήσειν τὰ ζωαρκῆ, καὶ τῆς προλαβούσης συμφορᾶς ἰσοπαλῆ τὴν εὐθυμίαν, καὶ εἰς κόρον τὰ ἐδώδιμα· πρὸς τούτοις δὲ ἀσφάλειαν τοῦ μὴ εἰς χεῖρας δοθήσεσθαι τῶν ἐχθρῶν, μήτε μὴν ὑποπεσόντας δουλείᾳ τῇ ἐπ' αὐτοὺς οἰκτρὸν, καὶ ἐν ἀθλιότητι ζῆσαι βίον. Ὑπισχνεῖται δὲ πρὸς τούτοις ἀφανιεῖν τὸν ἀπὸ βορρᾶ, τουτέστι, τὸν βορειότερον, πρὸς ἀκτῖνα γὰρ αὐτοῖς μᾶλλον ἡ χώρα. Εἰ δὲ δή τις οἴοιτο καὶ ἐκ τῶν βορειοτέρων μερῶν τῆς Ἰουδαίας, τῆς ἀκρίδος γενέσθαι τὴν ἔφοδον, τὸ κωλύον οὐδὲν ὀρθῶς ἔχειν οἴεσθαι καὶ οὕτω τὸν λόγον.

Εἰ δὲ δή τισι καταφθείροιτο καὶ τὰ εἰς καρδίαν ἀγαθὰ, καὶ τῆς νοητῆς εὐκαρπίας ὁ πλοῦτος οἷάπερ

[a] Isa. XLVII, 6. [b] Zach. I, 14, 15.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἀκρίδος αὐτοῖς ἐπιπηδώσης τῆς τῶν δαιμόνων ἀγέλης, καὶ καταθεουσῶν ἀρχῶν, δυνάμεων καὶ ἐξουσιῶν (δῆλον δὲ ὅτι πονηρῶν), ποιείτω τὸ πένθος, μελετάτω τὴν μετάγνωσιν, δακρυροείτω πρὸς Θεόν. Ἀκούσεται γὰρ εὐθὺς ἐκ φιλανθρωπίας λέγοντος· « Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον. » Ἀποφανεῖ γὰρ τὴν αὐτοῦ καρδίαν ὡς εὔσταχυν γῆν, ὡς πρέμνοις ὡραίοις κομῶντα κῆπον, ὡς εὔβοτρυν ἀμπελῶνα, καὶ μὴν καὶ ἐλαίῳ καταπιανεῖ. « Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. » Ἐξελάσει δὲ ἀπ' αὐτοῦ τὸν ἀπὸ βορρᾶ, τουτέστι, τὸν ἀποψύχοντα Σατανᾶν, καὶ ζῆν οὐκ ἐῶντα τῷ πνεύματι τοὺς ὑπ' αὐτῷ γενομένους. Ψυχθήσεσθαι δὲ ὁ Κύριος τὴν ἀγάπην τῶν πολλῶν ἔφασκε διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν. Ἀλλ' οἷγε Χριστοῦ γνώριμοι τῷ πνεύματι ζέουσιν. Ἀνέχονται δὲ οὐδαμῶς τὸ ἀποψύχεσθαί ποι πρὸς τὰς ἐκτόπους ἡδονάς. « Τὴν σάρκα γὰρ ἑαυτῶν ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. »

A divitiæ, proinde ut locusta insiliente in ipsas gregem dæmonum, et incursantibus principatibus, virtutibus, potestatibus (malis utique), luctui se dedat, pœnitentiam exerceat, ad Deum lacrymas effundat, et statim pro benignitate dicentem audiet : « Ecce ego do vobis frumentum, et vinum, et oleum. » Reddet enim cor ejus ut agrum spicis refertum, ut hortum stirpibus comantem, ut vineam botris plenam. Quin et oleo pinguefaciet : « Impinguasti in oleo caput meum [6]. » Expellet denique ab eo venientem ab aquilone, id est, frigefacientem Satanam, nec sinentem spiritu vivere quos subegerit. Refrigeratum porro iri multorum charitatem, quoniam abundabit iniquitas [7], Dominus testatur. Verum Christo noti fervent spiritu, et neutiquam refrigescere sustinent ad turpes voluptates, quando « carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis suis [8]. »

B

Καὶ ἐξώσω αὐτὸν εἰς γῆν ἄνυδρον, καὶ ἀφανιῶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην. Καὶ ἀναβήσεται ἡ σαπρία αὐτοῦ, καὶ ἀναβήσεται ὁ βρόμος αὐτοῦ, ὅτι ἐμεγάλυνεν τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Vers. 20. *Et expellam eum in terram sine aqua, et disperdam faciem ejus in mare primum, et posteriora ejus in mare novissimum. Et ascendet putredo ejus, et ascendet sonitus illius, quoniam magnificavit opera ejus.*

ΛΑ'. Διαπλαττόμενον καὶ ἔτι τοῦ λόγου τὸ σχῆμα, καθὼς καὶ ἐν ἀρχαῖς ὡς ἐπ' ἀκρίδος, καὶ βρούχου, ἃ καὶ ἀφανισθήσεσθαί φησιν, ἀπενηνεγμένα κατὰ βούλησιν Θεοῦ πρὸς αὐτάς που τάχα τῆς Ἰουδαίων γῆς τὰς ἐσχατιάς, καὶ εἰς τοῦτο δυσωδίας ἐλθεῖν, ὡς καὶ φορτικὴν τὴν διάδοσιν γενέσθαι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν. Μεθίστησι δὲ οὐδαμῶς ὁ λόγος τοῦ χρὴ νοεῖν καὶ τὰ τοιάδε πάλιν ὡς ἐπί γε τῶν Βαβυλωνίων. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς νοτίοις μέρεσι τῆς Ἱερουσαλὴμ βαθεῖά τις ἔρημος ἐξευρύνεται, τερματίζεταί γε μὴν πρὸς ἠῶ τε, καὶ νότον πελάγεσιν Ἰνδικοῖς, πρὸς δύσιν δ' αὖ, καὶ τὰ βορρότερα τῇ Παλαιστινῶν γείτονι θαλάσσῃ, καὶ αὐτοῖς δὲ προσκλυζούσῃ τοῖς Αἰγυπτίοις. Ἐκεῖ τὸν βροῦχον καὶ τὴν ἀκρίδα διολέσαι φησὶ, δυσαχθῆ δὲ γενέσθαι τὸν βρόμων αὐτῶν. Πλὴν ἀνῄρηνται καὶ οἱ Βαβυλώνιοι, τὴν βορειοτέραν χώραν, καὶ πρὸς ἠῶ κειμένην οἰκοῦντες. Ἀνῄρηνται δὲ ἐν καιροῖς τῆς Ἐζεχίου βασιλείας, καὶ ἦν δυσφόρητος τῶν πτωμάτων βρόμος, ὡς καθαρισθῆναι μόλις ἐν ἑπταμήνῳ τὴν γῆν, καὶ τῆς τῶν πτωμάτων ἀπαλλαγῆναι σαπρίας. Οὕτω γάρ φησιν Ἰεζεχιήλ. Ὅτι δὲ προσκέκλιται τοῖς βορειοτέροις τῶν Βαβυλωνίων ἡ γῆ, σαφὲς ἂν γένοιτο, λέγοντος Θεοῦ διὰ φωνῆς ἁγίων τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἀπενηνεγμένοις ἐν αἰχμαλωσίᾳ· « Ὦ, ὦ, φεύγετε ἐκ γῆς βορρᾶ, λέγει Κύριος· εἰς Σιὼν ἀνασώζεσθε, οἱ κατοικοῦντες θυγατέρα Βαβυλῶνος. »

XXXI. Sermonis figuram adhuc, sicut ab initio, usurpans, velut de locusta et brucho loquitur, et dissipatum iri dicit, sublatos secundum Dei voluntatem celeriter ad oras Judææ ultimas forte adeoque tetrum odorem tota regione diffusuros, ut incolæ C molestiam magnam sentiant. Nec mutat sermo ullo modo, quin et hæc de Babyloniis rursum intelligenda sint. Nam qua Hierosolyma austrum respicit, solitudo longa intenditur, quæ ad orientem et austrum mari Indico terminatur, ad occidentem et aquilonem, mari vicino Palæstinæ **223** et ipsam Ægyptum alluente. Ibi bruchum et locustam interiisse ait. Eorum porro sonitum onerosum ac molestum exstitisse. Cæterum ablati sunt etiam e medio Babylonii, aquiloni viciniorem regionem, et ad orientem positam habitantes, quo tempore Ezechias regnavit [9], eratque intolerabilis cadaverum fetor, ut vix septem mensibus terra purgaretur, et a putredine corporum mortuorum liberaretur [10], ut apud D Ezechielem legimus. Babyloniorum autem regionem vergere versus aquilonem perspicuum fit ex verbis Domini, quæ sanctorum voce locutus est iis qui de sanguine Israel in captivitatem abducti fuerant : « O, o, fugite de terra aquilonis, dicit Dominus. In Sion salvamini, qui habitatis filiam Babylonis [11]. »

Ἐξελάσας δὲ καὶ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν τὴν ἀκρίδα Χριστὸς, φημὶ δὴ τὴν νοητὴν, τὰ παμμόχθηρα στίφη τῶν δαιμονίων δηλονότι, κατέκλεισεν αὐτὰ εἰς ᾅδου, καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀβύσσου μυχοῖς κατηφάνισε, καθεὶς

Christus vero etiam e nobis ipsis locustam quæ mente videtur expulit, improbissimorum dæmonum catervas puta, eosque inferno conclusit, et in abyssi intima procul removit, quasi si in altum mare

[6] Psal. xxii, 5. [7] Matth. xxiv, 12. [8] Galat. v, 24. [9] IV Reg. xviii, 1. [10] Ezech. xxxix, 12. [11] Zach. ii, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eos demergeret. Ascendit autem postea putor et sonitus eorum, et nobis gravis atque odiosus factus est, quanquam olim talis nobis haud videretur; Satanam siquidem fetere non credebamus. At nunc, et vix tandem talem esse cognovimus. Putabamus enim miseri bene olere, et amabilem esse, quando, vinculis pravitatis constricti, ejus potestate continebamur. Sed postquam Emmanuel nobis apparuit, et hoc verbum edidit: « Ego flos campi, et lilium convallium [12], » tum, sero licet ejus fragrantiam sentientes, illius (dæmonis) graveolentiam detestati sumus.

VERS. 21-24. *Confide, terra, gaude et lætare, quia magnificavit Dominus ut faceret. Confidite, jumenta campi, quoniam germinaverunt campi solitudinis, quia lignum attulit fructum suum, vinea et ficus dederunt fortitudinem suam. Et, filii Sion, gaudete, et lætamini in Domino Deo vestro, quoniam dedit vobis escam in justitiam, et pluet vobis imbrem temporaneum et serotinum, sicut antea. Et replebuntur areæ tritico, et redundabunt torcularia vino et oleo.*

XXXII. Mos est sanctis prophetis a bonis particularibus et in paucos collatis ad universitatem et genus ipsum verba dirigere, ut sunt ea quæ per Christum consecuti sumus. Horsum igitur denuo procedit nobis oratio. Quando enim datum est terræ ut confideret? Rursum, quando magnificavit Dominus facere? **224** nisi quando Verbum, quod erat Deus, humanam naturam induit, ut bonis supernis terram inundans, inveniretur in se credentibus ut fluvius pacis, ut torrens voluptatis, ut temporaneus et serotinus imber, et totius ubertatis largitor. Tunc enim vel insipientissimis (qui jumenta campi dicuntur) intellectualis herba germinavit, nempe docentium sermo. Tunc viruerunt campi solitudinis. Et solitudinem quidem vocat Ecclesiam, juxta illud: « Lætare, desertum sitiens, exsultet solitudo, et floreat quasi lilium [13]. » Campi ejus sunt populorum rectores et doctores, qui et divinis e cœlo charismatis animum velut scatentem et pulcherrime undique florentem gerunt, et dogmatum floribus spirantem suaviter, et recenti herba undique pubescentem. Hi bestiarum naturam et ingenia imitantes exhilarant, ut etiam ad prudentiam homine dignam eos adducant. Ait autem, et lignum tulisse fructum suum, et vineam atque ficum propriam dedisse virtutem, firmum ac solidum, opinor, docentium sermonem, cui mista est dulcedo, et ratio delectandi, fructibus fici et vineæ comparans. Convenerit autem, nec injuria sane, adhuc crassis et pecudum instar stupidis, et humiliorem doctrinam, veluti herbam in parva docentibus enatam impertiri, perfectis vero sublimis intelligentiæ, et tanquam e lignis speciosis efflorescentem fructum, nempe de sancta et consubstantiali Trinitate, sive

[12] Cant. II, 1. [13] Isa. XXXV, 1.

οἱονεί πως εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης. Ἀνέβη δὲ λοιπὸν ἡ σαπρία, καὶ ὁ βρόμος αὐτῶν, καὶ γέγονεν ἡμῖν φορτικός τε, καὶ κατεστυγημένος, καίτοι πάλαι μὴ τοιοῦτος εἶναι δοκῶν· δυσώδη γὰρ ὄντα τὸν Σατανᾶν, νῦν δὲ, καὶ μόλις ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ἐγνώκαμεν. Ὠόμεθα γὰρ οἱ τάλανες εὐώδη τε εἶναι, καὶ ἀξιέραστον, ὅτε τοῖς δεσμοῖς ὑπειλημμένοι τῆς φαυλότητος ὑπὸ χεῖρα τὴν ἐκείνου πεπτώκαμεν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ἐμμανουὴλ ἐπέφανεν ἡμῖν, ἀνακεκραγώς τε, καὶ λέγων· « Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων, » τότε δὴ μόλις ἐπῃσθόμενοι τῆς ἐνούσης εὐωδίας αὐτῷ, τῆς ἐκείνου κατεγνώκαμεν δυσωδίας.

Θάρσει, γῆ, χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ὅτι ἐμεγάλυνεν Κύριος τοῦ ποιῆσαι· θαρσεῖτε, κτήνη τοῦ πεδίου, ὅτι βεβλάστηκεν πεδία τῆς ἐρήμου, ὅτι ξύλον ἤνεγκεν καρπὸν αὐτοῦ, ἄμπελος καὶ συκῆ ἔδωκαν ἰσχὺν αὐτῶν. Καὶ τὰ τέκνα Σιών, χαίρετε, καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ Κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν, διότι ἔδωκε ὑμῖν τὰ βρώματα εἰς δικαιοσύνην, καὶ βρέξει ὑμῖν ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον, καθὼς ἔμπροσθεν. Καὶ πλησθήσονται αἱ ἅλωνες σίτου, καὶ ὑπερεκχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου.

ΛΒ'. Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις, ἐκ τῶν κατὰ μέρος, καὶ πρὸς ὀλίγους ἀγαθῶν, κομίζειν τὸν λόγον ἐπὶ τὰ καθόλου τε καὶ γενικώτερα. Ταῦτα δέ ἐστι τὰ διὰ Χριστοῦ. Πρόεισι δὴ οὖν εἰς τοῦτο πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος. Πότε γὰρ δέδοται τὸ χρῆναι θαρσεῖν τῇ γῇ; Πότε δ' αὖ ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι; εἰ μὴ ὅτε, Θεὸς ὤν, ὁ Λόγος γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς ἄνωθεν ἐπικλύζων ἀγαθοῖς τὴν ὑπ' οὐρανὸν, εὑρίσκοιτο τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ὡς ποταμὸς εἰρήνης, ὡς χειμάρρους τρυφῆς, ὡς πρώϊμός τε καὶ ὄψιμος ὑετὸς, καὶ ἁπάσης νοητῆς εὐκαρπίας δοτήρ. Τότε γὰρ καὶ τοῖς ἄγαν ἀσυνετωτάτοις (οἱ καὶ κτήνη λέγονται τοῦ πεδίου) νοητή τις ἀνέφυ πόα, τῶν διδασκόντων ὁ λόγος. Τότε βεβλάστηκε τὰ πεδία τῆς ἐρήμου, καὶ ἔρημον μὲν ὀνομάζει τὴν Ἐκκλησίαν κατὰ τὸ, « Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα. Ἀγαλλιάσθω ἡ ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρῖνον. » Πεδία δὲ αὐτῶν εἰσιν οἱ λαῶν ἡγούμενοι, καὶ παιδαγωγεῖν εἰδότες, οἱ καὶ τοῖς θείοις ἐξ οὐρανοῦ χαρίσμασιν οἰονεὶ βρύοντά τε, καὶ εὖ μάλα περιηνθισμένον φέρουσι τὸν νοῦν καὶ ταῖς τῶν δογμάτων ἄνθαις πνέοντά τε ἡδὺ, καὶ ἀρτιφανεῖ τῇ πόᾳ κατεστεμμένον. Οὗτοι τῶν ἀποκτηνωθέντων τὸν νοῦν κατευφραίνουσιν, ἵνα καὶ εἰς σύνεσιν ἀνάγωσιν ἀνθρωποπρεπῆ. Ἔφη δὲ ὅτι καὶ ξύλον ἐξήνεγκε τὸν καρπὸν αὐτοῦ, ἄμπελός τε, καὶ συκῆ τὴν ἰδίαν ἐκδέδωκε δύναμιν, τὸν στερεὸν, οἶμαι, τῶν διδασκόντων λόγον, ᾧ μέτεστι μὲν τὸ γλυκὺ, μέτεστι δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὸ κατευφραίνειν εἰδὸς, τῆς ἀπὸ συκῆς, καὶ ἀμπέλου καρποῖς παρεικάζων. Ἁρμόσειε δ' ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, τοῖς μὲν ἔτι παχυτέροις τὸν νοῦν, καὶ νωθείαν ἔχουσι τὴν κτηνοπρεπῆ κατανέμεσθαι καὶ χθαμαλωτέραν μάθησιν, τὴν ὡς ἐν εἴδει καὶ δυνάμει πόας ἐν τοῖς τὰ μικρὰ διδάτκουσι φυομένην, τοῖς δὲ

τελείοις ἤδη τὸν ὑψοῦ τε νοούμενον, καὶ οἷον ξύλοις ὡραίοις ἐπηνθηκότα καρπόν, τὸν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ἤγουν παιδεύσεως ἠθικῆς, τῆς ὡς ἐν ὕψει θεωρουμένης. Τοιγάρτοι κτήνη μὲν ἐκείνους ὀνομάζει, Σιὼν δὲ ἤδη τέκνα τοὺς τελειοτέρους, οἷς καὶ ἐπιγάννυσθαι κελεύει Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. Ἡ πᾶσα γὰρ θυμηδία ἡμῶν Χριστὸς, παρ' οὗ καὶ δι' οὗ πᾶσα πλήρωσις ἀγαθῶν, καὶ τῶν οὐρανίων χαρισμάτων χορηγία τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ὡς ἐν πρωΐμοις τε, καὶ ὀψίμοις ὑετοῖς νοουμένη, καὶ ὡς ἐν σίτῳ ἅλῳ, καὶ οἴνῳ ληνοῖς ὑπερχεομένῳ, καὶ ἐλαίῳ ὑπερβλύζοντι. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ κατὰ τὸν τρόπον τῆς μυστικῆς πληρώσεως ἀληθὴς ἡ ὑπόσχεσις. Δέδοται γὰρ ἡμῖν ὡς ἐν ὑετῷ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὡς δ' ἐν σίτῳ ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς καὶ ὡς ἐν οἴνῳ τὸ αἷμα. Προεπενήνεκται δὲ καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου χρεία, συντελοῦσα πρὸς τελείωσιν τοῖς δικαιουμένοις ἐν Χριστῷ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

A de disciplina morali, quam quasi in alto positam contemplamur. Proinde illos jumenta appellat; Sionis autem jam filios, perfectiores, quos et gaudere jubet in Domino Deo nostro. Omne enim animi oblectamentum Christus est, a quo et per quem est omnis bonorum plenitudo, et charismatum cœlestium donatio diligentibus eum, quasi in temporaneis et serotinis imbribus intellecta, et quasi in frumento quo area, et in vino quo torcularia redundarunt, et in exuberante oleo. Sciendum præterea etiam secundum mysticum eventum promissionem veram esse. Data est nobis ceu in pluvia aqua vivens sacri baptismatis, et tanquam in frumento panis vivus, et tanquam in vino sanguis. Accessit item usus olei, qui per sacrum baptisma in Christo justificatis ad consummationem conferret. B

Καὶ ἀνταποδώσω ὑμῖν ἀντὶ τῶν ἐτῶν ὧν κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ ὁ βροῦχος, καὶ ἡ κάμπη, καὶ ἡ ἐρυσίβη, ἡ δύναμίς μου ἡ μεγάλη, ἣν ἐξαπέστειλα εἰς ὑμᾶς, καὶ φάγεσθε βρώσει, καὶ ἐμπλησθήσεσθε, καὶ αἰνέσετε τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ὃς ἐποίησεν μεθ' ὑμῶν θαυμάσια.

225 VERS. 25, 26. *Et redaam vobis pro annis quos comedit locusta, et bruchus, et eruca, et rubigo, fortitudo mea magna, quam misi in vos. Et comedetis comestione, et saturabimini, et laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia.*

ΛΓ'. Ὅσον μὲν ἧκει εἰς τὸν τῆς ἱστορίας λόγον, ταῖς προλαβούσαις τῆς ἀκρίδος ἐκβολαῖς τὴν ἰσοσθενῆ καὶ ἰσομεροῦσαν εἰσάπαν ὑπισχνεῖται φιλοτιμίαν, καὶ τῆς ἤδη συμβάσης ἐνδείας αὐτοῖς εὐρυτέραν φησὶν ἔσεσθαι τὴν τῶν ἐδωδίμων παράθεσιν.

XXXIII. Quod ad historiam pertinet, antegressis locustarum irruptionibus non minus validam et æqualem penitus munificentiam spondet, et quam experti sint penuriam, ea uberiorem ipsis fore proventum esculentorum confirmat.

Εἰ δὲ δὴ νοοῖτο πνευματικὸς ὁ λόγος τῆς προφητείας, φαμὲν, ὅτι κατεδηδοκότος ἡμᾶς ὥσπερ τοῦ Σατανᾶ, καὶ ὡς ἐν τάξει κάμπης τε καὶ ἀκρίδος, καὶ μέν τοι καὶ ἐρυσίβης κατεφθαρκότων οὐ φορητῶς τῶν ἀλιτηρίων πνευμάτων ἐπὶ πολυτρόπου παθῶν ἰδέας, ξηροὶ καὶ ἄκαρποι μεμενήκαμεν, ἐψιλωμένοι καὶ γυμνοὶ παντὸς ἀγαθοῦ, οὐκ ἠθικὴν ἔχοντες εἰς νοῦν ἀρετὴν, λιμῷ δὲ ὥσπερ κατεφθαρμένοι, καὶ πάσης ἁπαξαπλῶς εὐκαρπίας ἐστερημένοι. Ἐπειδὴ δὲ πεπλουτήκαμεν παρὰ Χριστοῦ τὸ χρῆναι θαρσεῖν (νενικήκαμεν γὰρ σὺν αὐτῷ τὸν κόσμον, « Καὶ δέδωκεν ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων »), τότε δὴ καὶ ὑετοὺς ἐσχήκαμεν τοὺς πνευματικοὺς πρώϊμόν τε καὶ ὄψιμον, νομικὴν, φημὶ, παίδευσιν, καὶ παράκλησιν εὐαγγελικήν. Τότε καὶ φαγόντες ἐμπεπλήσμεθα, καὶ δοξολογοῦμεν ὡς Δεσπότην τὸν ἑαυτῶν Σωτῆρα Χριστὸν, ἀνακηρύττοντες ὡς θαυματουργὸν, καὶ τὰ τοῦ λόγου, καὶ ἐλπίδος ἐπέκεινα τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν δωρούμενον. Ἐγνώκαμεν δὲ πρὸς αὐτὸν ἕτερον παντελῶς οὐδένα. Δεδιδάγμεθα δὲ λέγειν ἐξ ἀγαθῆς διανοίας. Κύριος, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. Ἄθρει δὲ πῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς μονονουχὶ καὶ καταγελᾷ, καὶ κατειρωνεύεται τὰ ἀνθρώπινα, δύναμιν ἑαυτοῦ μεγάλην κάμπην ἀποκαλῶν, ἣν καὶ εἰς αὐτοὺς πεπομφέναι φησὶ, καὶ οὐδέπω φαμὲν, ὅτι δύναμις Θεοῦ ἡ κάμπη. Ἀλλ' οἷον ἐκεῖνό φησι τοῖς τὴν δι' αὐτῆς οὐκ ἐνεγκοῦσι κόλασιν· Ὦ δεινοί, καὶ

C

At si hæc prophetæ verba spiritualiter interpretemur, dicendum est nos a Satana quasi devoratos, et ab eruca et locusta per varia vitiorum genera crudeliter perditos, mansisse aridos ac steriles, omnibus bonis privatos ac nudatos, nihil quod ad morum virtutem attinet, animis possidentes. Ast ubi fiducia in Christum locupletati sumus (vicimus enim cum ipso mundum [14], « et dedit nobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones [15] »), tunc quoque imbres spirituales accepimus, temporaneum et serotinum, institutionem legum, inquam, et consolationem evangelicam. Tunc enim comedentes repleti sumus, et ut Dominum glorificamus Christum Salvatorem nostrum, eumdem ut mirabilium effectorem, et majora quam dici aut sperari possint, diligentibus se donantem prædicantes. Sumus autem docti bona conscientia dicere: Domine, extra te alium haud novimus. Perpende deinde quomodo universorum Dominus tantum non irrideat, et simulatione quadam deludat res hominum, erucam vocans magnam suam fortitudinem, quam et se adversus ipsos misisse autumat. Nos quidem nequaquam dicimus Dei fortitudinem esse erucam. Sed ita quodammodo eos qui invectam ab illa cladem perferre nequiverunt, compellat. O contumaces, ac superbi, et pro nihilo ducentes me offendere! non ignem de cœlo in vos misi, non tonitrua non gran-

D

[14] Joan. xvi, 33. [15] Luc. x, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dinem, non aliud quidpiam sumptum et locis superis, et divinæ gloriæ honestissimum inflixi; vermium abjecta turba in regionem insurrexit, et conturbati estis, et periistis celeriter. Robusta scilicet vehementer est eruca : meam certe magnam fortitudinem illam reputo. **226** Mores igitur sermo exprimit, et est velut irridentis, ac propemodum conviciantis Dei in eos qui peccare nihil pensi habent. Posse eos nempe afficere pœna, si velit, sufficiente ad hoc eruca, pro magnis et invictis deinceps viribus. Non igitur effuse rideant hæretici, nec adversus Unigeniti gloriam nugentur, utpote cum eruca magna fortitudo nominata sit. Nec eodem loco quo vermis pollens viribus habeatur; ausi sunt enim miseri etiam in hanc opinionis se præcipitare miseriam.

VERS. 27. *Et non confundetur populus meus in æternum. Et scietis quia in medio Israel sum ego. Et ego Dominus Deus vester, et non est præter me; et non confundetur ultra omnis populus meus in æternum.*

XXXIV. Manifeste modum œconomiæ incarnationis, et sese exinaniturum[16], et cum terricolis habitaturum promittit [17], nostri similem, id est, hominem factum. Tunc enim in medio Israel fuit, et nos ignominiam effugimus, et e confusione exempti sumus, morte nimirum prostrata, peccato interfecto et cognitione veritatis introducta. Haud enim amplius creaturam adoramus præter Creatorem [18], et alium Deum præter illum neminem prorsus suscepimus. Proinde etiam divites evasimus, ut in spe firma viventes, et exspectatione vitæ longævæ in sanctificatione et innocentia vitæ.

VERS. 28, 29. *Et erit posthæc, et effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ; et seniores vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt. Atque etiam super servos meos et ancillas in diebus illis effundam de Spiritu meo.*

XXXV. En perspicue sancti Spiritus gratiam se donaturum promittit, id est, donationem largifluam, non ut sibi prophetas unum aut alterum, si ita ferat res, deligat; sed absolute in omnes qui accipere merebuntur. Id quod Christo redivivo, et destructo mortis imperio, factum esse confitemur[19]. Nam velut de integro adeo venerandam et admirabilem gratiam sanctis discipulis immisit, insufflans et dicens : « Accipite Spiritum sanctum [20]. » Oportebat enim, oportebat Ecclesiæ mystagogos et orbis terrarum magistros futuros etiam ante alios dono Spiritus sancti cohonestari, et veluti quoddam ornamentum per fidem in sanctificationem ab initio factos, divina et cœlesti **227** gratia inaurari. Diebus vero sacræ Pentecostes congregatis in unam domum di-

A ἀγέρωχοι, καὶ ἐν οὐδενὶ γράφοντες λόγῳ τὸ προσκρούειν ἐμοί! οὐ πῦρ ἐφ' ὑμᾶς οὐρανόθεν ἀνῆκα, οὐ βροντὴν, οὐ χάλαζαν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν ὑψοῦ τε ἠρμένων, καὶ ὅτι μάλιστα τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ πρεπωδεστάτων ἐπήνεγκα. Σκωλήκων ἀθλία πληθὺς κατεξανέστη τῆς χώρας, καὶ τεθορύβησθε, καὶ διολώλατε τάχα που· μεγάλη λίαν ἡ κάμπη. Λογιοῦμαι δὲ αὐτὴν καὶ δύναμιν ἑμαυτοῦ μεγάλην. Ἐν ἤθει δὴ οὖν ὁ λόγος, καὶ οἱονεί πως ἐν γέλωτι, μονονουχὶ καὶ ἐπιτωθάζοντος Θεοῦ τοῖς καταφρονεῖν εἰωθόσιν, ὥστε εἴπερ ἔλοιτο κολάζειν ἑαυτοὺς, ἀρκούσης εἰς τοῦτο κάμπης ἀντὶ πολλῆς καὶ ἀμάχου λοιπὸν ἰσχύος. Μηδὲ πλατὺ γελώντων αἱρετικῶν, μηδὲ τῆς τοῦ Μονογενοῦς καταφλυαρούντων δόξης, μηδὲ ὡς δὴ καὶ μεγάλης δυνάμεως ἐν ἴσῳ γραφέσθω τῇ σκώληκι· τετολμήB κασι γὰρ οἱ δείλαιοι καὶ εἰς τοῦτ' ὀλισθεῖν ἀθλιότητος ἐννοιῶν.

Καὶ οὐ μὴ καταισχυνθῇ ὁ λαός μου εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραὴλ εἰμι ἐγώ. Καὶ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ· καὶ οὐ μὴ καταισχυνθήσεται ἔτι πᾶς ὁ λαός μου εἰς τὸν αἰῶνα.

ΛΔ'. Ἐπαγγέλλεται σαφῶς τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν τρόπον, καὶ ὅτι τοῖς ἐπὶ γῆς συνδιαιτήσεται κενώσας ἑαυτὸν, καὶ γενόμενος καθ' ὑμᾶς, τουτέστιν, ἄνθρωπος. Τότε γὰρ γέγονεν ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ διεφύγομεν ἐντροπὴν, καὶ αἰσχύνης ἀπηλλάγμεθα, θανάτου πεσόντος, ἁμαρτίας ἀνῃρημένης, γνώσεως ἀληθοῦς εἰσκεκομισμένης. Οὐκ ἔτι γὰρ τῇ κτίσει προσκυνοῦμεν παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ C Θεὸν ἕτερον ἐπ' αὐτῷ παντελῶς οὐδένα παραδεδέγμεθα. Τοιγάρτοι καὶ πεπλουτήκαμεν, ὡς ἐν ἐλπίδι βεβαίᾳ ζῶντες, καὶ δόξῃ τῇ εἰς μακραίωνα βίον, ἐν ἁγιασμῷ καὶ ὁσιότητι πολιτείας.

Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, καὶ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου.

ΛΕ'. Ἰδοὺ δὴ σαφῶς χαριεῖσθαι κατεπαγγέλλεται τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν, τουτέστιν, ἀμφιD λαφῆ τὴν χορηγίαν, οὐκ εἰς προφήτην ἐξειλεγμένως ἕνα τυχὸν, ἢ δύο, ἀλλ' εἰς ἅπαντας ἁπλῶς τοὺς ἐλεῖν ἀξίους. Ὃ δή φαμεν καὶ πεπεράνθαι ἐγηγερμένου Χριστοῦ, καὶ τὸ τοῦ θανάτου καταλύσαντος κράτος. Ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ὥσπερ τι ὦδε σεπτὴν, καὶ ἀξιάγαστον χάριν τοῖς ἁγίοις ἐνετίθει μαθηταῖς, ἐμφυσῶν τε καὶ λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Ἔδει γὰρ, ἔδει τοὺς τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγοὺς, καὶ τῆς ὑφ' ἥλιον παιδευτὰς ἐσομένους, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δόσει κατακαλλύνεσθαι, καὶ οἷόν τι κεκοσμημένον διὰ πίστεως εἰς ἁγιασμὸν ἀπ' ἀρχῆς γεγονότας, τῇ θείᾳ γε καὶ οὐρανίῳ καταχρυσοῦσθαι χάριτι. Κατὰ δέ γε τὰς ἡμέρας τῆς ἁγίας Πεν-

[16] Philipp. II, 7. [17] Baruch. III, 38. [18] Rom. I, 25. [19] II Tim. I, 10. [20] Joan. XX, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τηκοστῆς εἰς οἶκον ἕνα συναγηγερμένων τῶν μαθητῶν, καὶ τὰς συνήθεις Θεῷ προσαγαγόντων λιτὰς, γέγονεν ἄμφω, ἦχος ἐγένετο, καὶ γλῶσσαι ἐφ' ἕνα ἕκαστον ἐκάθισαν. « Καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἐν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. » Ἀπεφθέγγοντο δὲ προφητεύοντες ἤγουν συνιέντες τε, καὶ λέγοντες τὰ διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ἐν τῷ Χριστῷ μυστήρια, καὶ τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἦν πρὸς εὐπείθειαν ἑτοίμως ἔχειν ἀναπεπεισμένους εὖ μάλα τοὺς ἀκροωμένους, ὡς ἐνέστηκε λοιπὸν ὁ τῆς εὐδοκίας καιρὸς, καὶ τὰ πάλαι προηγγελμένα ἐπὶ Χριστῷ εἰς πέρας ἦκε λοιπόν. Οὐκοῦν προεφήτευον, ἁπάσῃ γλώσσῃ λαλοῦντες, διὰ φωνῆς ἁγίων Θεοῦ προαναφωνοῦντος καὶ τοῦτο. Γέγραπται γάρ· « Ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως πεισθήσονται. » Τοῦτό τοι καὶ Παῦλος συνεὶς, εἰς σημεῖον Ἰουδαίοις δεδόσθαι φησὶ τὴν πολυγλωσσίαν. Ὅτι δὲ καταπτάντος ἐξ οὐρανοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πολλοὶ λίαν ἦσαν οἱ τῇ χάριτι τῆς προφητείας ἀναμεσούμενοι, σαφηνιεῖ γράφων ὁ Παῦλος· « Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν. » Εἶτα· « Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν. » Πάλαι μὲν γὰρ διὰ πολλὴν δυστροπίαν προσκρούοντος τοῦ Ἰσραὴλ, ἔφασκε Θεός· « Ἰδοὺ ἐγὼ λιμὸν ἐπάγω ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσι. » Καὶ πρὸς Ἰεζεχιήλ· « Καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω, καὶ ἀποκωφωθήσῃ, καὶ οὐκ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς ἄνδρα ἐλέγχοντα, ὅτι οἶκος παραπικραίνων ἐστί. » Ἐπειδὴ δὲ, κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ Ψάλλοντος, « Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ὑμῖν· » (ἐπέφανε γὰρ ἡμῖν ὁ Χριστὸς, ἀνιεὶς ἐγκλήματα, καὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας ἐμφράττων στόμα) δέδοται λοιπὸν ἡ χύσις τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Θεοῦ κατευφραίνοντος τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ τῇ ἄνωθεν, καὶ ἐν ἀρχῇ στεφανοῦντος δόξῃ, καὶ εἰς ἐκεῖνο πάλιν αὐτὴν φιλαγάθως ἀνακομίζοντος, εἰς ὃ προῆν, οὔπω τῆς ἁμαρτίας εἰσκεκριμένης. Οὐ γὰρ ἔρημον προφητικοῦ Πνεύματος εὑρήσομεν τὸν Ἀδὰμ, οὔπω τὴν θείαν ἐντολὴν παραβεβηκότα· πεπηγότα δὲ ὥσπερ ἔτι, καὶ τοῖς τῆς φύσεως χρηστοῖς ἐμπρέποντα. Καὶ γοῦν ὅτε τὴν γυναῖκα πλαστουργήσας ὁ Θεὸς ἤγαγε πρὸς αὐτὸν, καίτοι μήποθεν ἀκούσας τίς τε εἴη, καὶ τίνα τρόπον ἀνέφυ, εὐθὺς ἐπεφώνει· « Τοῦτο καὶ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη γυνὴ κληθήσεται, ἤτοι κατὰ Ἑβραΐδα φωνὴν, *ἀνδρὶς*, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐλήφθη. » Ἀλλ' ἤργησε μὲν ἡ ἀνθρώπῳ δοθεῖσα χάρις. Ἀνεκαινίσθη δὲ ἐν Χριστῷ, ὃς καὶ ἔστι δεύτερος Ἀδάμ. Ἀνεκαινίσθη δὲ τίνα τρόπον; ᾗ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς (γεγένηται γὰρ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς), ἴδιον αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἧ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἐπακτὸν ἔχειν τὸ Πνεῦμα λέγεται. Καταπεφοίτηκε γοῦν ἐπ' αὐτὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς, ὅτι καθ'

scipulis, et consuetis precationibus Deo oblatis, utrumque contigit : auditus est sonitus, et linguæ singulis insederunt. « Et cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis [20*]. » Loquebantur autem prophetantes, sive per sanctos prophetas de Christo prænuntiata mysteria intelligentes et proloquentes, et ea per quæ consentaneum erat ad obedientiam prompte venire audientes; utpote persuasos plane adesse jam tempus gratiæ, et olim de Christo prædicta, deinceps reipsa compleri. Prophetabant igitur quavis lingua loquentes, quod ipsum quoque a Deo sanctorum voce prædictum fuerat. Scriptum est enim : « In aliis linguis et in aliis labiis loquar populo huic, et ne sic quidem credent [21]. » Hoc et Paulus non ignorans, linguas in signum datas ait : Non fidelibus, sed infidelibus [22]. Quia vero postquam devolavit de cœlo Spiritus sanctus, multi admodum erant qui gratiam prophetiæ in medium prodeuntes usurparent, Paulus, quid faciendum sit, declarat. « Prophetæ autem, » inquit, « duo aut tres loquantur [23]. » Et mox : « Potestis enim omnes per singulos prophetare [24]. » Olim quidem, cum multa morum perversitate Israel Deum offenderet, dicebat Deus : « Ecce ego inducam famem super terram audiendi verbum Dei, et ab oriente usque in occidentem circumcursabunt, quærentes verbum Domini, et non invenient [25]. » Et ad Ezechielem : « Et linguam tuam colligabo gutturi tuo, et eris mutus, et non eris illis in virum objurgantem, quia domus exasperans est [26]. » Sed quia juxta vocem Psallentis : « Deus Dominus, et illuxit nobis [27] : » (illuxit enim nobis Christus remittens crimina, et os peccati obturans :) effusus est de cætero in nos Spiritus sanctus, Deo lætificante naturam humanam, et superna ac primæva gloria coronante, et ad illud denuo ex bonitate sua revehente, ubi ante fuerat, peccato nondum ingresso. Non enim spirituali gratia prophetiæ carebat Adam priusquam divinum mandatum transgrederetur; sed fixus quasi ac stabilis adhuc manebat, et naturæ bonis præstans et insignis. Itaque cum uxorem a se fabricatam ad eum adduceret Deus, tametsi non audisset, unde, aut quænam esset, aut qua ratione exstitisset, statim acclamavit : « Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea. Hæc mulier vocabitur, sive (secundum idioma Hebraicum) **228** *virago*, quia de viro sumpta est [28]. » Verum otiosa fuit gratia desuper concessa; renovata est autem in Christo, qui et secundus Adam est [29]. Quo autem modo renovata? Quatenus enim est Deus, et ex Deo secundum naturam Filius (ex Deo enim et Patre natus est) proprius ipsius, et in ipso, et ex ipso Spiritus est, quemadmodum nempe idem Spiritus, et in ipso Deo ac Patre intelligitur. Quatenus autem factus est homo, nobis similis, impertitum habere Spiritum dicitur.

[20*] Act. II, 2. 4. [21] Isa. XXVIII, 11. [22] I Cor. XIV, 22. [23] Ibid., 27. [24] Ibid., 31. [25] Amos, VIII, 11, 12. [26] Ezech. III, 26. [27] Psal. CXVII, 27. [28] Gen. II, 23. [29] I Cor. XV, 45.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Descendit itaque super ipsum in specie columbæ [30], quoniam nostra conditione suscepta, tanquam unus de nobis, et οἰκονομικῶς baptizatus est. Tunc et proprius ejus Spiritus ipsi desuper datus dicitur, propter naturam humanam videlicet. Et hæc est exinanitio.

ἡμᾶς γεγονὼς, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν οἰκονομικῶς ἐβαπτίζετο, τότε καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ Πνεῦμα δοτὸν αὐτῷ ἄνωθεν γενέσθαι λέγεται, διὰ τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ κένωσις.

Sic, nec aliter intelligi debet : « Propter nos egenus factus, cum esset dives, ut nos ejus inopia divites fieremus [31]. » Datus est enim Spiritus Adamo, ut dixi, in principio, sed non mansit naturæ humanæ ; quandoquidem declinavit in delictum, et prolapsa est in peccatum. Postquam autem factus est pauper, qui erat dives, Unigenitus, inquam, et nobiscum ut homo esse cœpit, et proprium sibi Spiritum, ut adventitium accepit, mansit super eum [32], ut Joannes evangelista scribit, ut in nobis B quoque in posterum habitet ; quando jam mansit in generis nostri primitiis secundis, id est, in Christo. Ob hoc quippe secundus Adam cognominatus est. Idcirco ad incomparabiliter meliora de integro formamur, et regenerationem per Spiritum felici lucro adipiscimur, non amplius primam habentes, secundum carnem, inquam, quæ peccato et interitui obnoxia est (Prudentia enim carnis mors [33], natura sua), sed quæ superna est, secundam, quæ per spiritum ex Deo est ; siquidem verum est : « Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt [34]. » Oportebat igitur in filiis Dei numeratos Spiritus sancti gratia locupletari. Operatus est autem et hoc in nobis Christus, cui fidem faciet Petrus : « Dextera igitur Patris exaltatus, » inquit, « et promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc, quem vos videtis et auditis [35]. » Accepit quidem a Patre Spiritum, qui inest illi naturaliter : « Effudit autem in nos abunde [36], » quia Deus secundum naturam est, et caro factus est. Effudit porro super omnem carnem ; utique non solum super eos qui ex circumcisione crediderunt, sed super omnes simpliciter per fidem vocatos, seu parvos, seu magnos, servos et liberos, barbaros et Scythas. Proposita est enim gratia salutis in Christo **229** mortalibus universis, qui « et ipse est exspectatio gentium [37]. » Quod si quidam lingua petulantes et delirantes dicant carnem dici etiam jumenta, audiant prophetæ hujus scopum ad genus duntaxat humanum pertinere : « Nec de bobus cura est Deo [38], » quod sapiens Paulus ait. Prophetaturos autem dicit filios et filias, gratiæ plenitudinem in hoc, et omnium in eo æqualitatem subindicans. Nec enim aspernatur Deus muliebre genus, si, quæ ipsi placent, prompte præstiterit et sapere voluerit. Nec irremuneratum, aut sanctificationis expers erit, si per fidem et operum bonitatem alicunde inclaruerit. Nam et ipsum gratia et miseratione dignatum est, et pignus Spiritus a Deo accepit, et in filiis ab eo reputatur. Seniores somnia somniaturos,

Νοοῖτο δ' ἂν οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως, « Δι' ἡμᾶς πτωχεῦσαι πλούσιος ὤν, ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Δέδοται μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, τὸ Πνεῦμα τῷ Ἀδὰμ ἐν ἀρχῇ, πλὴν οὐ μεμένηκεν τῇ ἀνθρώπου φύσει. Διανένευκε γὰρ εἰς τὸ πλημμελὲς, καὶ παρώλισθεν εἰς ἁμαρτίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπτώχευσε πλούσιος ὢν ὁ Μονογενὴς, καὶ μεθ' ἡμῶν ὡς ἄνθρωπος τὸ ἴδιον ὡς ἐπακτὸν ἐδέξατο Πνεῦμα, μεμένηκεν ἐπ' αὐτόν· ἔφη γὰρ οὕτως Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, ἵνα καὶ ἐν ἡμῖν κατοικήσῃ λοιπὸν, ὡς ἤδη μεμενηκὸς ἐν τῇ τοῦ γένους ἀπαρχῇ δευτέρᾳ, τουτέστι Χριστῷ· κατωνόμασται γὰρ διὰ τοῦτο καὶ δεύτερος Ἀδάμ. Διὸ πρὸς τὸ ἄμεινον ἀσυγκρίτως ἀναστοιχειώμεθα, καὶ τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος ἀναγέννησιν εὖ μάλα κερδαίνομεν, οὐκ ἔτι τὴν πρώτην ἔχοντες, τὴν κατὰ σάρκα, φημὶ, τὴν εἰς φθορά τε, καὶ ἁμαρτίαν (τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος, κατὰ τὸ γένος), ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν δευτέραν, τὴν ἐκ Θεοῦ διὰ Πνεύματος, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, « Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. » Ἔδει οὖν τοὺς ἐν τέκνοις Θεοῦ τεταγμένους τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος καταπλουτῆσαι χάριν. Ἐνήργησε δὲ καὶ τοῦτο Χριστὸς εἰς ἡμᾶς, καὶ λέγων πιστώσεται Πέτρος· « Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Πατρὸς ὑψωθεὶς, C τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο ὃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ ἀκούετε. » Δέχεται μὲν γὰρ ὡς ἄνθρωπος παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ ἐνὸν αὐτῷ φυσικῶς· « Ἐκχεῖ δὲ πλουσίως εἰς ἡμᾶς, » ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ γέγονε σάρξ. Ἐκχεῖ δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Καὶ τοῦτο δῆλον, ὡς οὐκ ἐπὶ μόνους τοὺς ἐκ περιτομῆς, ἀλλ' ἐφ' ἅπαντας ἁπλῶς τοὺς διὰ πίστεως καλουμένους, κἂν εἴτε μικροὶ καὶ μεγάλοι, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, βάρβαροί τε καὶ Σκύθαι. Πρόκειται γὰρ τῆς ἐν Χριστῷ σωτηρίας ἡ χάρις τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ὅτι « Καὶ αὐτός ἐστι προσδοκία ἐθνῶν. » Εἰ δὲ δὴ λέγοιέν τινες ἀθυροστομοῦντες, σάρκα λέγεσθαι καὶ τὰ κτήνη, παραληροῦντες, ἤδη πως ἀκουόντων, ὅτι τῆς προφητείας ὁ σκοπὸς κατὰ μόνου συντείνεται D τοῦ ἀνθρωπείου γένους, καὶ οὐχὶ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ, καθὼς καὶ ὁ σοφὸς ἔφη Παῦλος. Προφητεύσειν δέ φησιν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, τὸ τῆς χάριτος ἀμφιλαφὲς διὰ τοῦτο ὑποδηλῶν, καὶ τὸ ἐπὶ πάντας ἴσον. Εἴη γὰρ ἂν οὐκ ἀπόβλητον παρὰ τῷ Θεῷ τὸ θῆλυ γένος, εἰ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα δρᾷη τε προθύμως, καὶ μὴν καὶ ἕλοιτο φρονεῖν. Οὔτε μὴν ἀγέραστον, ἢ ἀμέτοχον ἁγιασμοῦ, εἰ διά τε πίστεως, καὶ τῆς ἐν ἔργοις ἐπιεικείας εὐδοκιμοῦν ἔσται ποθέν. Ἠξίωται γὰρ καὶ αὐτὸ χάριτός τε, καὶ οἰκτιρμοῦ, καὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος δέχεται παρὰ Θεοῦ. Λε-

[30] Matth. III, 16. [31] II Cor. VIII, 8, 9. [32] Joan. I, 32. [33] Rom. VIII, 6. [34] Joan. I, 13. [35] Act. II, 33. [36] Tit. III, 6. [37] Gen. XLIX, 10. [38] I Cor. IX, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λόγισται δὲ καὶ ἐν τέκνοις. Πρεσβυτέρους μὲν οὖν ἐνυπνίοις φησὶν ἐνυπνιασθήσεσθαι, ὄψεσθαι δὲ �ράσεις τοὺς νεανίσκους, πρεσβυτικὴν ἡλικίαν λέγων, καθώσπερ ἐγῷμαι, τὴν ποιότητι τῆς ἀρετῆς προὔχουσάν τε, καὶ ὑπερκειμένην, καὶ οἷον λαμπροῖς πεπολιωμένην κατορθώμασι, καὶ φρονήσει τῇ τελεωτάτῃ διαπρέπουσαν, καὶ τεθαυμασμένην, ὁποῖός τις ἦν καὶ Παῦλος, ὃς τεθέαται καθ' ὕπνον ἄνδρα τινὰ τῶν ἐκ Μακεδόνων, ἐκλιπαροῦντα, καὶ λέγοντα· « Διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν. » Ἀνανίας δὲ τῶν ἐν πίστει δεδοκιμασμένων ὅρασιν ἐπ' αὐτῷ Παύλῳ τεθέαται. Ἐπειδὴ γὰρ ἦκεν εἰς Δαμασκὸν, αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ὀφθέντος Χριστοῦ, εἶτα τῇ τοῦ φωτὸς ἀστραπῇ τὴν ὄψιν ἠδίκηται, τεθεράπευται διὰ Χριστοῦ. Γέγραπται δὲ οὕτως πάλιν· « Ἦν δέ τις ἐν Δαμασκῷ μαθητὴς ὀνόματι Ἀνανίας. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν ὁράματι· Ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην, τὴν καλουμένην Εὐθῆ, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαοὺλ ὀνόματι, Ταρσέα. » Ἀκούεις ὅπως ἐν ὁράματι λελάληκε πρὸς Ἀνανίαν; Ἦν γάρ που τάχα τὴν πίστιν ἀνδρεῖος, καὶ νεανίας τὴν ἕξιν, καὶ σφριγῶσαν ἔχων εἰς τὸ ἀγαθὸν τὴν γνώμην, ἄθραυστος εἰς ἀκὴν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικήν. Καθ' ὕπνον δὲ Παύλῳ τὰς λιτὰς ἐδόκει προσφέρειν ὁ Μακεδών, ἦν γὰρ τὴν φρένα πρεσβύτης, τὸν νοῦν γηραιὸς, καὶ τῆς ἄνωθεν σοφίας ἔμπλεως. Προσεφώνει δέ που καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης τοῖς ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως· « Γράφω ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Γράφω ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ νενικήκατε τὸν πονηρόν. » Ἐπαγγέλλεται δὴ οὖν τὴν χύσιν τοῦ Πνεύματος τοῖς δουλεύουσιν αὐτῷ. Τίνες δ' ἂν οἱ τοιοῖδε πάλιν; ἢ ἐκεῖνοι πάντως οἳ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ὑποφέρουσι τὸν αὐχένα τῆς διανοίας, τῆς μὲν ἐν τύπῳ λατρείας ἀποφοιτήσαντες, Ἑλληνικῆς δὲ ἀπάτης ἀποπεπαυμένοι, κατὰ τὸν λέγοντα;

A juvenes visiones visuros dicit. Senilem ætatem appellat (ut mihi quidem placet) virtutis præstantia prominentem, et progressam in ea longius, et quasi illustribus factis canam, et absolutissima prudentia eximiam et admirandam : qualis erat Paulus, qui in somnis vidit virum Macedonem orantem ac dicentem sibi : « Transiens in Macedoniam, adjuva nos [39]. » Ananias autem in fide probatus, visionem super ipso Paulo vidit, cum Damascum ille venit, et Christus ei in via apparuit, ac fulgore luminis visu privavit, ubi per Christum curatus est. Scriptum est his verbis : « Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias. Et dixit ad illum in visu Dominus : Surge, et vade in vicum qui dicitur Rectus, et quære in domo Judæ Saulum nomine Tarsensem [40]. » Audis ut visu alloquatur Ananiam. Erat, ut puto, fide fortis, habitu strenuus, animo ad virtutem incitato, spirituali robore infractus. In somnis autem Macedo Paulum rogare videbatur; erat enim Paulus mente senex, animo grandævus et cœlesti sapientia plenus. Compellat vero et sapiens Joannes sanctificatos in Christo per fidem, in hæc verba : « Scribo vobis, patres, quoniam cognovistis eum qui ab initio est. Scribo vobis, juvenes, quoniam fortes estis, et vicistis malignum [41]. » Pollicetur itaque Spiritum sanctum in servientes sibi effusurum. Et qui sunt isti tandem? **230** An illi prorsus qui oraculis evangelicis cervicem cordis submittunt, a cultu in figura discedentes, et a Græcæ superstitionis deceptione desistentes, ut quidam ait?

Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα, καὶ πῦρ, καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.

Vers. 30, 31. *Et dabo prodigia in cœlo sursum, et portenta super terram deorsum, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et illustris.*

ΛϚ'. Ἐπὶ ταῖς δυσσεβείαις τῶν Ἰουδαίων, ταῖς εἰς Χριστὸν γεγενημέναις, καὶ αὐτὴ τῶν στοιχείων ἐδυσφόρησεν ἡ φύσις. Κατωλοφύρετο δὲ ὥσπερ ἡ κτίσις, καθυβρισμένον ὁρῶσα τὸν κτίσαντα, καὶ ὁ μὲν θεῖος ναὸς, ὡς τοῖς πενθοῦσιν ἀσχάλλων ἐν ἴσῳ, περιερρήγνυτο. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Τὸ τοῦ ναοῦ καταπέτασμα ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω ἐσχίσθη. » Ὁ ἥλιος δὲ τὸ οἰκεῖον ἀνακύψας σέλας οὐκ ἠξίου φαίνειν ἔτι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐποίει γὰρ σκότος ἀπὸ ὥρας ἕκτης ἕως ἐννάτης, ἐσχίζοντο δὲ καὶ πέτραι, τάχα δέ που καὶ περὶ τὸν τῆς σελήνης κύκλον ἐπράττετό τι τῶν ἀσυνήθων, ὡς δοκεῖν εἰς αἷμα μεταπεποιῆσθαι αὐτήν. Σεσίγηται μὲν οὖν τὸ τοιόνδε τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς. Ἀξιόχρεώς γε μὴν ἡ πίστις ἐκ προφητείας, ὅτι μὲν τοῖς τοῦ Δημιουργοῦ νεύμασιν οὐκ ἐν ἡλίῳ μόνον τὰ σημεῖα γέγονεν, ἀλλ' οἷον ὅλη πρὸς τὸ ἐκάλλες, καὶ ἀσύνηθες αὐτὴ μετακεχώρηκεν ἡ φύσις, καφὲς ἂν γένοιτο Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς Ἡσαΐου·

XXXVI. A Judæis impie in Christum designata, ipsa quoque elementorum natura indigne tulit, et creatura tam contumeliose habitum intuens Creatorem, quodammodo luxit, ac divinum templum (ut æque cum illis dolens ac mœstum) diruptum est. Scriptum quippe exstat : « Et velum templi scissum est a summo usque deorsum [42], » et sol represso splendore suo, mortalibus lucere amplius noluit, tenebras enim rebus ab hora sexta usque ad nonam induxit. Scissæ sunt item petræ. Fortassis etiam et circa lunæ orbem inusitatum quiddam accidit, ut conversa in sanguinem videretur. Tale quiddam igitur sacri evangelistæ omiserunt. Verum ex prophetia satis fit credibile, nutu Conditoris non modo in sole signa facta, sed quasi universam rerum naturam deformitatem et vultum quemdam inconsuetum induisse. Hoc liquebit, Deo per Isaiam sic loquente : « Induam cœlum tenebris, et quasi

[39] Act. xvi, 9. [40] Act. ix, 10, 11. [41] I Joan. ii, 13. [42] Matth. xxvii, 51.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

cilicium ponam operimentum ejus [43]. » Cum cœlum nominat, omnia quæ in cœlo sunt, velut cilicio tenebris operta dicit, lugentia, et dolentia, et habitu illo quasi ejulantia. Signa igitur in cœlo hæc esse dixerim. In terra autem sanguis, ignis et vapor fumi significaverit, opinor, Judæorum calamitates, quibus eos bellum atrocissimum a Romanis illatum cumulavit; sanguine enim tota eorum regio manavit. Debuit etiam cum urbibus ipsum fama celebre templum conflagrare, fumare domus ex incendio et dirui. Eventura autem hujusmodi Judæis ante diem magnum et manifestum, qua omnibus proponetur divinum Christi tribunal, dantis cuique secundum opera sua [44], ostendit cum dicit : « Priusquam veniat dies Domini magnus et manifestus [45].» Ad hæc notandum ipsum Salvatorem nostrum interrogatum a sanctis apostolis de consummatione **231** sæculi et eversione Hierosolymorum, miscuisse signa, ut incertum ita faceret forsitan, quæ quando eventura forent.

A « Καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ θήσω ὡς σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. » Οὐρανὸν δὲ ὅταν λέγῃ, πάντα φησὶ τὰ ἐν οὐρανῷ οἷον σάκκῳ τῷ σκότει καταμφιέσαι, πενθοῦντα, καὶ ἀλγοῦντα, καὶ ὥσπερ διακεκραγότα τῷ σχήματι. Σημεῖα μὲν οὖν ἐν οὐρανῷ ταυτὶ φαίην. Τὰ δὲ εἰς γῆν αἷμά τε καὶ πῦρ, καὶ ἀτμὶς ἡ καπνοῦ καταδηλώσειεν, οἶμαι, τὰς τῶν Ἰουδαίων συμφορὰς, ἃς ὁ παγχάλεπος αὐτοῖς πόλεμος ἐπεπώρευσεν, ὁ τῆς διὰ τῶν Ῥωμαίων χειρός. Αἵματι γὰρ ἡ πᾶσα μὲν αὐτῶν κατερράινετο χώρα. Ἔμελλε δὲ ὁμοῦ ταῖς πόλεσι καὶ αὐτὸς ὁ διαβόητος καταπίμπρασθαι νεὼς, οἰκοί τε καπνίζεσθαι κατασεσεισμένοι. Ὅτι δὲ καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς, καθ' ἣν ἅπασι προκείσεται τὸ θεῖον βῆμα, Χριστοῦ διδόντος ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τὰ τοιάδε τοῖς Ἰουδαίοις συμβήσεται, διαμεμήνυκεν εἰπών · « Πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.» Σημειωτέον δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν ἐρωτώμενος παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ περὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων καταστροφῆς, ἔμιξε τὰ σημεῖα, ὡς τάχα που καὶ ἀγνοεῖσθαι λοιπὸν, ποῖα δήποτε συμβήσεται.

B

Vers. 32. *Et erit : Omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit; quia in monte Sion, et in Jerusalem erit salvatus, sicut dixit Dominus; et evangelizantes quos Dominus vocavit.*

Καὶ ἔσται · Πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται · ὅτι ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔσται ἀνασωζόμενος, καθότι εἶπεν ὁ Κύριος, καὶ εὐαγγελιζόμενοι οὓς ὁ Κύριος προσκέκληται.

XXXVII. Omnino igitur et plane propter Judæorum nefaria facinora in cœlo et in terra signa et prodigia fore ait. Nihilominus etiam sic ipsis Dei placabilitatem esse propositam, salutem videlicet per fidem, in Christo justificationem, pignus Spiritus, sanctificationem, spem regni cœlorum, remittente Deo et obliviscente in Christum ab ipsis commissa scelera. Petrus itaque accusat acriter Judæorum populum, aperte exclamans, universorum Salvatorem ac Redemptorem eos occidisse, in ligno suspendentes, et negasse Sanctum et Justum, et petiisse homicidam donari sibi [46-47]. Adjungit his deinde : « Et nunc scio, fratres, quia per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri. Pœnitemini igitur, et convertimini [48], et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu, et accipietis gratiam Spiritus sancti. Vobis enim est repromissio, et filiis vestris [49]. » Quocirca, quamvis, inquit, facta sint signa et prodigia, salvabitur tamen quicunque Dominum ac cœli terræque potentem invocaverit. Verbum vero salutis in ipsa Hierosolyma, quæ prima occidit Dominum, promulgatum, et ita per omnes gentes circumlatum iri per sanctos apostolos, clare perspici ex hoc prophetæ possit : « In monte Sion et in Jerusalem erit salvatus, et annuntiantes quos Dominus vocavit. » Nam ut a Paulo dictum est : « Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo [50]. » Vocati sunt igitur cum delectu ex omnibus beati discipuli, nec sponte sua ad

C

ΛΖ'. Ἔσεσθαι μὲν οὖν πάντη τε καὶ πάντως ἐπὶ ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀνοσιεργίαις ἐν οὐρανῷ, καὶ γῇ τὰ σημεῖά φησι, καὶ τὰ τέρατα. Προκεῖσθαί γε μὴν καὶ οὕτως αὐτοῖς τὰ ἐξ ἡμερότητος Θεοῦ, τὴν διὰ πίστεως δηλονότι σωτηρίαν, τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν, τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, τὸν ἁγιασμὸν, τὴν ἐλπίδα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἀμνησικάκως αὐτοῖς ἀνέντος Θεοῦ καὶ τὰ εἰς Χριστὸν ἐγκλήματα. Πέτρος γοῦν κατηγτιᾶτο μὲν σφόδρα τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους, διαῤῥήδην ἀνακεκραγὼς, ὡς ἀπεκτόνασι μὲν κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, καὶ ἠρνήσαντο μὲν τὸν ἅγιον, καὶ δίκαιον, ἐζήτησαν δὲ ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι αὐτοῖς. Προσετίθει δὲ τούτοις · « Καὶ νῦν, ἀδελφοὶ, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Μετανοήσατε οὖν, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος · ὑμῖν γάρ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. » Θύκοῦν κἂν εἰ γένοιτο, φησὶ, σημεῖα, καὶ τέρατα, σωθήσεται πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται δεσπότην τὸν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς Κύριον. Ὅτι δὲ ἔμελλεν ὁ Λόγος τῆς σωτηρίας ἐν αὐτῇ καὶ πρώτῃ λαληθήσεσθαι τῇ κυριοκτόνῳ Ἱερουσαλὴμ, περιενεχθήσεσθαι δὲ οὕτω καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, σαφὲς ἂν γένοιτο, τοῦ Προφήτου λέγοντος · « Ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔσται ἀνασωζόμενος, καὶ εὐαγγελιζόμενοι, οὓς Κύριος προσκέκληκεν · » ὡς γὰρ Παῦλος γράφει, « Οὐχ ἑαυτοῦ τις λαμβάνει τὴν

D

[43] Isa. L, 3. [44] Matth. XVI, 37. [45] Act. II, 20 [46-47] Act. III, 13, 14. [48] Ibid., 17, 19. [49] Act. II, 38-39. [50] Hebr. V, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. » Κέκληνται τοίνυν ἀπολέγδην ἐκ πάντων οἱ μακάριοι μαθηταί, καὶ οὐκ αὐτόμολοι παρῆλθον εἰς ἀποστολὴν, καθάπερ ὁ ἀπόπληκτος Φαρισαῖος ἐκεῖνος, ἦγουν νομικὸς, ὃς τοῖς τῆς μαθητείας αὐχήμασιν ἑαυτὸν ἐνιεὶς, προσέθει λέγων· « Κύριε, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. » Ταύτῃτοι καὶ ὁ Σωτὴρ παρενοχλοῦντά τε εἰκῇ, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν ἐπιτηδευμάτων οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἐγγὺς γεγονότα, παρωθεῖτο λέγων· « Αἱ ἀλώπεκες, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῖς γε μὴν ἐπιτηδείως ἔχουσιν εἰς ἀποστολὴν ἐπεφώνει λέγων· « Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων. » Ματθαῖόν γε μὴν ἐξ αὐτῶν ἀνίστησι τῶν τῆς πλεονεξίας ἐργαστηρίων, ἀκολουθεῖν ἐπιτάττων· προσκέκληνται δὲ, κατ' ἰδίαν βούλησιν, ὥσπερ ἦν εἰκὸς, ἔσεσθαι δυνατώτατοι εἰς γε τὸ ἀποπεραίνειν δύνασθαι, καὶ μάλα νεανικῶς τὸ αὐτῷ δοκοῦν, εἰ καὶ ἥρπασε τὸν προδότην ὁ τῆς ἀνομίας εὑρετὴς, καὶ πατήρ.

A apostolatum accesserunt: sicut stolidus Pharisæus ille, sive legisperitus, qui se discipulum esse velle gloriatus: « Sequar te, » inquit, « quocunque iveris [51]. » Quare et Salvator frustra obturbantem, et a studiis evangelicis remotissimum repellit, dicens: « Vulpes, » etc. Contra, ad apostolatum idoneis ait: **232** « Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum [52]. » Matthæum quidem ab ipsa avaritiæ officina excitat, sequi jubens [53]. Vocati sunt autem, voluntate illius, ut erat consentaneum, potentissimi futuri ad strenuissime perficiendum quod illi placeret: tametsi iniquitatis repertor et parens proditorem ex eo collegio rapuit.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

B

CAP. III.

Ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅταν ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰούδα, καὶ Ἰερουσαλὴμ, καὶ συνάξω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ κατάξω αὐτὰ εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφὰτ, καὶ διακριθήσομαι πρὸς αὐτοὺς ἐκεῖ, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ μου, καὶ τῆς κληρονομίας μου Ἰσραὴλ, οἳ διεσπάρησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ τὴν γῆν μου κατεδιείλαντο, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν μου ἔβαλον κλήρους, καὶ ἔδωκαν τὰ παιδάρια πόρναις, καὶ τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου, καὶ ἔπιον.

VERS. 1-3. *Quia ecce ego in diebus illis, et in tempore illo, quando convertero captivitatem Juda et Jerusalem; et congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat, et disceptabo cum eis ibi pro populo meo, et hæreditate mea Israel, quos dispersérunt in gentibus, et terram meam diviserunt, et super populum meum miserunt sortes, et pueros dederunt meretricibus, et puellas vendebant pro vino, et bibebant.*

ΛΗ'. Ἐκ τῆς Ῥοβοὰμ βασιλείας ἀπορραγεισῶν τῶν δέκα φυλῶν, καὶ διῃρημένων αὐτῷ, καὶ παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τε τὸν Ἐφραΐμ, καὶ τὸν Ἰούδα, οἱ μακάριοι γεγόνασι προφῆται. Λελαλήκασι δὲ τὰ παρ' ἀμφοῖν, τῆς C ὅλης αὐτοῖς προφητείας παρατεινούσης μέχρι καιρῶν τῆς αἰχμαλωσίας. Μετὰ δέ γε τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκεῖθεν ὑποστροφὴν, καὶ τὴν γεγενημένην κατὰ καιροὺς ἐπάνοδον, προεφήτευσαν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ Ἀγγαῖός τε καὶ Ζαχαρίας, καὶ μέν τοι καὶ Μαλαχίας. Φαίνεται δὲ καὶ ὁ Ἔσδρας ὀλίγα ἅττα τῶν κατ' ἐκεῖνο καιρῶν, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ χρόνοις γεγενημένων προαγορεύσας. Μέμνηται τοίνυν τῶν προκειμένων ὁ λόγος πράγματος οὐκ ἐν καιροῖς προφητῶν τῶν ἀρχαίων γεγενημένου, ἀλλ' ὅτι δὴ μόλις Κύρου τὸν Ἰσραὴλ ἀνέντος ὑπενόστησαν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Καὶ τί τὸ χρῆμα τὸ ἀξιάκουστον, τί δὲ δὴ γενέσθαι συμβέβηκεν, ἐροῦμεν ὡς ἔνι, τὴν τοῦ Ἔσδρα συγγραφὴν κομίζοντες εἰς ἀπόδειξιν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ εἰς τὴν D Ἰουδαίαν ἐπανῆλθον ἄρτι, καὶ δασμῶν, καὶ τῶν τῆς δουλείας ἀναπνεύσαντες πόνων οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον ἐτράποντο, καὶ ἦσαν οὐκ ἀσφαλεῖς τῶν διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων ἐπιτηδευταὶ, καὶ φύλακες. Ἀποφάσκοντος γὰρ τοῦ νόμου, χρῆναί τινας ταῖς θυγατράσι τῶν ἀλλοφύλων συγκατευνάζεσθαι, ὀλίγα φροντίσαντες τῶν θεόθεν αὐτοῖς κεχρησμῳδημένων, ἀλλοτρίαις γυναιξὶν ἐπεμίσγοντο. Καὶ πρὸς τοῦτο λίαν δεδυσφορηκὼς Ἔσδρας, περιερρήγνυτο μὲν τὴν ἐσθῆτα, κατωλοφύρετο δὲ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῶν ἀλλοφύλων γυναικῶν ἀπαλλάττεσθαι παρεκάλει. Οἱ δὲ

XXXVIII. A regno Roboam avulsis separatisque decem tribubus, et universo Israele in Ephraim et Juda diviso [54], beati prophetæ exstiterunt. Locuti sunt autem quæ ad utrosque pertinerent, tota eorum prophetia se extendente usque ad tempora captivitatis. Post reversionem deinde Hierosolymam, et susceptum definito tempore reditum, prophetarunt ad Israel Aggæus, et Zacharias, Malachiasque similiter. Videtur item Esdras pauca quædam illis, atque adeo suis temporibus gerenda prædixisse. Meminit ergo propositus sermo rei quæ non ætate veterum prophetarum contigit, sed quando Cyro tandem dimittente, in Judæam Israelitæ redierunt. De re illa auditu digna, et quid factum sit, dicemus, quod satis erit, et ex historia ab Esdra conscripta narrationem petemus. Itaque reduces e servitute nuper in Judæam Israelitæ, vectigalium ac servitutis oneribus molestiisque liberati, desidiæ se tradiderunt, nec jam per Moysen sancita sedulo constanterque colebant et conservabant. Cum enim lex vetaret alienigenarum **233** filias ducere, illi divinum oraculum posthabentes, cum uxoribus alienigenis consuescebant. Id ægerrime ferens Esdras, veste conscissa Israelitas lugebat [55], et ut ab alienigenis separarentur obsecrabat [56]. Quod illis est persuasum, timentibus, credo, iram divinam et futuram calamitatem, nisi honorem legi haberent, cum præsertim experientia majorum eis pro magistra esset. Postquam repudiata muliercularum multitudo

[51] Matth. VIII, 19. [52] Matth. IV, 19. [53] Matth. IX, 9 [54] III Reg. XI, 31. [55] I Esdr. IX, 3, [56] I Esdr. X, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hierosolyma discessit, tum finitimæ gentes non immerito exacerbatæ sunt, et ipsæ quoque non mediocri affectæ injuria. Et illud insuper secum fortasse cogitabant. Quoniam enim Hierosolymæ muros Israelitæ instaurabant, et divinum templum reædificare nitebantur, invidiæ telis saucii, et irati hostes, opus impedire aggrediebantur [87], illud, ut est verisimile, animis volventes, si Israel pristinam potentiam recuperaret, urbesque muris communitas possideret, et universorum Deum defensorem haberet, qui in templo, ut antiquitus, coleretur, rursum dominaturum, et ejus jugum omnibus intolerandum fore, et vicinis tributa impositurum, eos in servitutem redacturum, eorum agris penitus devastatis, si qui velint, quamvis longo post tempore tantum eos contra intueri. Hac de causa subornarunt quosdam, qui eos nec templo, nec mœnibus struendis manum admovere paterentur. Cum frustra laborarent, Deo Israelitarum studia prosperante, armis deinde correptis, eos opprimere voluerunt. Verum, adjuvante Deo, victi ab ipsis interfectique sunt. Ad hoc autem prœlium in vallem Josaphat multitudo sese collegit, qui locus non multis ab Hierosolyma stadiis versus orientem distat. Aiunt nudum et equitationi aptum esse. Cæterum potentiores quosdam Israelitis divinum templum exstruentibus invidisse, et nihil tamen profecisse, docebit beatus Esdras ita scribens : « In Artaxerxis autem regis Persarum temporibus, scripserunt ei de his qui habitabant in Judæa et Jerusalem, Balsamus, et Mithridates, et Sabellius, et Reatimus, et Belthetmus, et Geentethmus scriba, et reliqui ejus ordinis in Samaria cæterisque locis habitantes [88], » in hanc sententiam : Jerusalem fore civitatem inexpugnabilem, **234** nec ulla ratione aliis regibus subjectam; sed rebellantem audacissime, et, si antiquum statum ac dignitatem recipiat, Babyloniorum principibus, qui tum fuerint, curarum fluctus excitaturam. At enim his scriptis nihil omnino consecuti sunt. Rogabant porro quidam e Samaria, ut ipsis cum his qui Babylone revenerant, laborare et ædificare liceret. Repulsam tulerunt. Quamobrem dum adversus illorum postea machinationes se tuentur Israelitæ, non parum sunt defatigati.

A τοῦτο δρᾷν ἀνεπείθοντο, δεδιότες τάχα που τὰ ἐξ ὀργῆς καὶ τῶν ἐσομένων αὐτοῖς, εἰ μὴ ἔλοιντο τιμᾷν τὸν νόμον, τῶν προγεγονότων τὴν πεῖραν ἐποιοῦντο διδάσκαλον. Ἐπειδὴ ἀπεδέδλητο, καὶ ἀπεφοίτα τῶν Ἱεροσολύμων ἡ τῶν ἀλλοφύλων γυναίων πληθὺς, λοιπὸν ἀναγκαίως κατεπικραίνοντο πρὸς ὀργὰς οἱ περίοικοι τῶν ἐθνῶν, ἅτε δὴ καὶ διὰ τούτων οὐ μετρίως ἐξυβρισμένοι. Καὶ πρός γε δὴ τούτῳ κἀκεῖνό που τάχα διελογίζοντο κατὰ σφᾶς αὐτούς. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνετείχιζον μὲν, ἐσπούδαζον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεῖον ἐγείρειν ναὸν, τοῖς τοῦ φθόνου βέλεσιν ἀνεκαίοντο πρὸς ὀργὰς, καὶ διακωλύειν ἐπεχείρουν, ἐκεῖνο διενθυμούμενοι, κατά γε τὸ εἰκὸς, ὡς εἰ γένοιτο πάλιν ὁ Ἰσραὴλ ἐν δυναστείαις ταῖς πρώην, καὶ τετειχισμένας μὲν ἔχοι τὰς πόλεις, ἐπαμύνοντα δὲ τὸν B τῶν ὅλων Θεὸν, ἅτε δὴ τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι θεραπευόμενον ἐν ναῷ, πάλιν κατακρατήσει, καὶ ἀφόρητος ἔσται τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ δασμοὺς ἐπιβαλεῖ τῶν ὁμόρων τισὶ, καὶ ἀλώσονται πάντως, καταδῃουμένων αὐτοῖς τῶν χωρῶν, εἰ δή τινες ἔλοιντο κἂν γοῦν ὀψὲ ἀντιβλέψαι μόνον. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας παρεσκεύαζον μέν τινας ἀπείργειν αὐτοὺς τῶν τε ἐπ' αὐτῷ τῷ ναῷ, καὶ τοῖς τείχεσι παρεσκευασμένων. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἀνόνητος ἦν ἡ σπουδὴ, Θεοῦ κατευρύνοντος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὴν τῶν ἐπιτηδευμάτων ὁδὸν, ὡπλίζοντο λοιπὸν, καὶ καταστρατεύειν ἤθελον. Ἀλλ' ἥλωσαν, καὶ πεπτώκασι ἐπαμύνοντος αὐτοῖς Θεοῦ. Γέγονε δὲ τῶν εἰς τοῦτο συναγηγερμένων ἡ ἄθροισις ἐν τῇ κοιλάδι Ἰωσαφὰτ, χῶρος δὲ οὗτος οὐ πολλοῖς σταδίοις ἀπέχων τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν τοῖς C πρὸς ἠῶ μέρεσι. Ψιλὸν δὲ εἶναί φασι, καὶ ἱππήλατον. Ὅτι δὲ διεφθονήκασι μέν τινες τῶν δυνατωτέρων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸν θεῖον ἐγείρουσι ναὸν, ὠνῆσαν δὲ οὐδὲν, διδάξει λέγων ὁ μακάριος Ἔσδρας· « Ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως χρόνοις, κατέγραψαν κατὰ τῶν κατοικούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ Βήλεμος, καὶ Μιθριδάτης, καὶ Σαβέλλιος, καὶ Ῥάθιμος, καὶ Βέλτεθμος, καὶ Γεέντεθμος ὁ γραμματεὺς, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τούτοις συντασσόμενοι, οἰκοῦντες δὲ ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις τόποις. » Ἦν δὲ τῆς γραφῆς τοιάδε τις ἡ δύναμις, ὡς εἴη μὲν πόλις ἄθραυστον ἔχουσα δύναμιν Ἱερουσαλὴμ, ἥκουσα δὲ οὐδαμῶς τοῖς τῶν ἑτέρων χωρῶν βασιλεῦσιν· ἀντεγειρομένη δὲ μᾶλλον σφόδρα νεανικῶς, ἵν' εἰ γένοιτο πάλιν ὑπονοστῆσαι πρὸς τὸ ἀρχαῖον, καὶ αὐτοῖς σαλεύσει φροντίδας τοῖς τῆς Βαβυλῶνος κατὰ καιροὺς ἡγουμένοις. Ἀλλ' ὠνῆσαν μὲν τὰ τοιάδε γεγραφότες παντελῶς οὐδέν. Παρεκάλουν δέ τινες τῶν ἐν Σαμαρείᾳ, τῶν ἐκ Βαβυλῶνος μετοικισθέντων συνεργάζεσθαί τε, καὶ συνοικοδομεῖν αὐτοῖς. Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας κεκμήκασιν οὐ μετρίως, ταῖς ἐκείνων ἐπιβουλαῖς ἀντεξάγοντες.

Est porro apud Esdram in hunc modum : « Et audierunt tribulantes Judam et Benjamin, quod filii transmigrationis ædificant domum Domino Deo Israel. Et accesserunt ad Zorobabelem et principes familiarum, et dixerunt eis : Ædificemus vobiscum, quia sicut vos quærimus Deum vestrum, et ipsi nos sacrificamus a diebus Asaradam, regis Assur, qui duxit nos huc. Zorobabel autem cum comitibus

D Γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τῷ Ἔσδρᾳ πάλιν· « Καὶ ἤκουσαν οἱ θλίβοντες Ἰούδαν, καὶ Βενιαμὶν, ὅτι οἱ υἱοὶ τῆς ἀποικίας οἰκοδομοῦσιν οἶκον τῷ Κυρίῳ Θεῷ Ἰσραήλ· καὶ ἤγγισαν πρὸς Ζοροβάβελ, καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν πατριῶν, καὶ εἶπον αὐτοῖς· Οἰκοδομήσωμεν μεθ' ὑμῶν, ὅτι ὡς ὑμεῖς ἐκζητοῦμεν τὸν Θεὸν ὑμῶν, καὶ αὐτῷ ἡμεῖς θυσιάζομεν ἀπὸ ἡμερῶν Ἀσαρδὰν βασιλέως Ἀσσοὺρ τοῦ ἐνέγ-

[87] II Esdr. III, passim ; II Esdr. IV, 17. [88] III Esdr. II, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

χαντος ἡμᾶς ὧδε. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ζοροβάβελ εἶπον· Οὐχ ὑμῖν καὶ ἡμῖν τοῦ οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ Θεῷ ἡμῶν, ὅτι ἡμεῖς αὐτοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἰκοδομήσομεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ὡς ἐνετείλατο ἡμῖν Κῦρος ὁ βασιλεὺς Περσῶν. Καὶ ἦν ὁ λαὸς τῆς γῆς ἐκλύων τὰς χεῖρας τοῦ λαοῦ Ἰούδα, καὶ ἐνεπόδιζον αὐτοὺς τοῦ οἰκοδομεῖν, καὶ μισθούμενοι ἐπ' αὐτοὺς, ἐβουλεύοντο τοῦ διασκεδάσαι βουλὴν αὐτῶν. » Ἀλλ' ἐπεβούλευον μὲν, ἄπρακτος δὲ καὶ τούτοις ἡ ἐπιχείρησις ἦν. Ὅτι δὲ τῆς λαθραίου λοιπὸν ἀτονούσης ἐπιβουλῆς τὸν πολέμου νόμον ἦσαν στρατευόμενοι πάντες οἱ περίοικοι τῶν ἐθνῶν, ἤλωσάν τε, καὶ πεπτώκασι, κἀντεῦθεν ἂν μάθοις. Γράφει γὰρ ὧδε πάλιν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ· « Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσε Σαναβαλὰτ, καὶ Τωβίας, καὶ οἱ Ἄραβες, καὶ οἱ Ἀμμανῖται ὅτι ἀνέβη ἡ φυὴ τοῖς τείχεσιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅτι ἤρξαντο αἱ διασφαγαὶ ἀναφράσσεσθαι, καὶ πονηρὸν αὐτοῖς ἐφάνη σφόδρα. Καὶ συνήχθησαν πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐξελθεῖν, καὶ παρατάξασθαι ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, φησὶ, προσηυξάμεθα, καὶ ἐστήσαμεν προφύλακας ἐπ' αὐτοὺς, ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν. Καὶ εἶπεν Ἰούδας· Συντετρίβη ἡ ἰσχὺς τῶν ἐχθρῶν, καὶ ὄχλος πολύς. » Καὶ σεσίγηται μὲν ἐν τούτοις τῆς κοιλάδος ἡ μνήμη. Φέρει δὲ τοῦτο πάλιν εἰς ἡμᾶς ὁ τῆς παραδόσεως λόγος. Ἀξιόχρεως δὲ εἰς πίστιν ἡ προφητεία καὶ αὐτὸν ἡμῖν τὸν τοῦ πολέμου χῶρον κατονομάζουσα. Ταυτησὶ τῆς ἱστορίας μεμνῆσθαί φαμεν, συνάξειν λέγοντα πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ. Δῆλον δὲ ὅτι οὐκ ἄκοντα ἄξει, ἀλλ' ὅτι βουλόμενα ἐλθεῖν οὐ κωλύσει. Διακριθήσεσθαι δὲ πρὸς ταῦτα περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ κληρονομίας, ἣν καταδιείλαντο διαρπάζοντές που τάχα τὰ τῶν Βαβυλωνίων λείψανα, καὶ ἐν καιρῷ τῆς ταλαιπωρίας συνεπιτιθέμενοι, καὶ πόρναις μὲν τὰ παιδάρια χαριζόμενοι, προθέντες δὲ τὰ κόρια πρὸς ἀσυνήθη πορνείαν, καὶ οἷον ἐκκαπηλεύοντες ταῖς ἑτέρων ἀσελγείαις, εἶτα τοὺς ἐντεῦθεν μισθοὺς εἰς τροφὰς καὶ μέθας συλλέγοντες.

suis respondit : Non vobis et nobis, ut ædificemus domum Deo nostro, quoniam nos ipsi idipsum ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Et fuit populus terræ dissolvens manus Juda, et impediebant ipsis ædificationem, et conducebant adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum [59]. » Sed eorum insidiæ et molitiones ad nihilum reciderunt. Ubi postmodum omissis fraudibus clandestinis, vicinæ gentes omnes in apertam vim ac bellum eruperunt, cæsæ fugatæque sunt. Quod inde cognoscas. Rursus enim libro secundo sic est : « Et factum est, cum audisset Sanabalat, et Tobias, et Arabes, et Amanitæ, quod ascendit germen muris Jerusalem, quoniam incœperunt cicatrices obduci, et molestum eis visum fuit valde. Et congregati sunt omnes in unum, ut venirent, et percuterent in Jerusalem, et facerent direptionem. Et oravimus ad Deum nostrum, inquit, et statuimus custodes super eos die ac nocte a facie eorum. Et dixit Judas : Contrita est fortitudo inimicorum et multitudo magna [60]. » In his nulla mentio vallis Josaphat. Hoc autem ad nos traditione pervenit. Meretur quoque fidem prophetia, ipsum nobis conflictus locum nominans. Et hujus historiæ meminisse prophetam dicimus, dum vaticinatur Deum congregaturum in vallem Josaphat omnes gentes : non invitas sine dubio congregabit, sed eo volentes convenire non prohibebit, ut cum illis disceptet **235** de Israel et hæreditate sua, quam diviserint, Babyloniorum reliquias diripientes, credo, et temporibus miseris eos adorientes, et pueros meretricibus donantes, partesque corporis verecundas inusitatis stupris objicientes, et tanquam nundinis aliorum libidini vendentes, indeque in epulas et ebrietates sumptum colligentes.

Φαμὲν δέ τι καὶ ἐφ' ἡμῶν τοιοῦτον γενέσθαι, τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν ἐννενοηκότες. Ἐξείλετο μὲν γὰρ ἡμᾶς αἰχμαλώτους ὄντας, καὶ ὑπὸ τυράννῳ πράττοντας, πικρῷ, φημὶ, δὴ τῷ Σατανᾷ, ἀνεκόμισε δὲ ὥσπερ τις γῆν ἁγίαν, εἰς πολιτείαν εὐαγγελικὴν, εἰς ἕξιν εὐμαθεστάτην, εἰς πόλιν τετειχισμένην τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, « Οἰκοδομεῖσθαι παρασκευάσας, ὡς λίθους τιμίους εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι. » Ἀλλὰ τοῖς ἐκ βασκανίας πόνοις ἡ τῶν δαιμονίων ἀνεφλέχθη ἀνοσία πληθὺς, καὶ μέντοι πρὸς τούτοις οἱ τοῖς δόγμασι τῆς ἀληθείας μαχόμενοι, πολλοὶ μὲν τὰς κατὰ τῶν ἁγίων ἐφόδους πεποίηνται, ἠδίκησαν δὲ οὐδὲν προασπίζοντος Θεοῦ, παραθαρσύνοντος δὲ Χριστοῦ, καὶ λέγοντος, θλῖψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ « Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Ὕθλος μὲν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις σαθρὸς, καὶ γραώδης, ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφὰτ ἡ παρὰ Θεοῦ κατὰ πάντων κρίσις, μετὰ τὸ ἀναβιῶναι

Non dissimile quiddam et in nobis factum affirmare possumus, cum redemptionem Christi cogitamus. Captivos enim nos, et tyranno, importuno, inquam, Satanæ subditos eripuit, et quasi in terram sanctam reduxit, ad vitam evangelicam, ad habitum et mores, quorum facillima est cognitio, ad urbem muro cinctam, novam Jerusalem, quæ est Ecclesia Dei viventis, aptos reddens ut tanquam lapides pretiosi [61], « Superædificemur in templum sanctum, in habitaculum Dei, in spiritu [62]. » Sed invidiæ doloribus nefanda dæmonum turba incensa, atque insuper dogmatum veritatis adversarii crebras in sanctos incursiones fecerunt ; nihil tamen iis nocuerunt, Deo protegente et Christo fiduciam afferente, illis verbis : « Confidite, quia ego vici mundum [63]. » Frivola et anilia sunt quæ apud Judæos circumferuntur, olim in valle Josaphat, ubi mortui in vitam redierint, Deum de omnibus judicium habiturum, et quotquot sub cœlo sunt,

[59] I Esdr. IV, 1-5. [60] II Esdr. IV, 7-10. [61] I Petr. II, 5. [62] Ephes. II, 21, 22. [63] Joan. XVI, 33.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

de his quæ adversum ipsos perpetraverint, rationem reddituros [64]. Quæ cogitatio fieri nequit quin ridicula sit, quandoquidem divinitus inspirata Scriptura prophetiam completam esse dicit, et pugna commissa in valle Josaphat, a vicinis gentibus pœnas exactas. Irruerunt enim, ut dixi, in reliquias Israelis, quamvis jactati ærumnis longe plurimis; Babyloniis siquidem in servitutem traditus fuerat.

VERS. 4-6. *Et quidem quid mihi et vobis, Tyrus, et Sidon, et omnis Galilæa alienigenarum? Nunquid retributionem vos retribuitis mihi, aut iram in corde retinetis mihi? Velociter et cito reddam retributionem vestram in capita vestra. Pro eo quod argentum meum et aurum meum tulistis, et electa mea, et bona intulistis in templa vestra. Filios Juda, et filios Jerusalem vendidistis filiis* **236** *Græcorum, ut ejiceretis eos ex finibus suis.*

XXXIX. Omnes itaque gentes contra Israelem congregati sunt, Moabitæ, Idumæi et Jebusæi, Ammonitæ et reliquæ. Hujus consilii et facinoris antesignanos fuisse reor Damascenos, Tyrios, et qui appellabantur Philistiim, et usque ad ipsam Geth, quæ alienigenarum dicitur. Quocirca sic eos universorum Deus affatur: « Quid mihi et vobis, Tyrus, et Sidon, et omnis Galilæa alienigenarum? » Quas enim occasiones feritatis, inquit, habentes, ærumna pressum Israelem, et a Babyloniis non vulgaribus incommodis oneratum scelerate opprimitis, et acerbe illi insultantes, et me forte irridentes quodammodo, qui eum servavi et defendi, ac probris non dubitantes lacerare, imo vero reipsa afficere? Quare brevi ultionem recipietis, et veniet vobis in caput vestrum; pœnas enim mihi vobiscum in valle Josaphat disceptaturo pendetis. Accusat autem eos, ut qui electa templi diripuerint, et aurea vasa compilarint, atque ad suorum deorum honorem dedicaverint. Intolerandum porro, et dirum negotium, et quod satis sit ad offendendum Deum, cujus illa vox: « Gloriam meam alteri non dabo, neque laudem meam idolis [65]. » Quid enim aliud fuerit sacrosanctis anathematis idolorum fana condecorare, quam propemodum proclamare ac dicere, universitatis hujus Deum secundas tenere, illa autem primas, et salutem dare posse, a quibus adorentur? Nec sufficit vobis, inquit, ad impietatem, divinis donariis spoliasse templum meum, insuper filios Juda et filios Jerusalem vendidistis Græcorum filiis. Factum istud verisimile est, ut aliqui nempe ex Israel in terras gentium deportarentur, ementibus et abducentibus aut Tyriis fortasse, aut aliis mercaturam facientibus, et quæstui comparando deditis.

[64] I Petr. IV, 5. [65] Isa. XLII, 8.

A τοὺς νεκρούς. Οἴονται δὲ ὅτι τῶν εἰς αὐτοὺς ἕνεκα γεγονότων ἀποτιοῦσι λόγους, οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. Ἀμοιρήσει δ' ἂν οὐδαμῶς τοῦ γελᾶσθαι πρέπειν τὸ ἐνθύμημα αὐτοῖς, τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς τὰ τῆς προφητείας ἐκπεπεράνθαι λεγούσης, καὶ ὅτι δίκας ἐξήτηνται παρὰ Θεοῦ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν, τοῦ πολέμου γεγονότος ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ. Ἐπέθρωσκεν γάρ, ὡς ἔφην, τοῖς λειψάνοις τοῦ Ἰσραὴλ, καίτοι πλείστην ὅσην ἀνατλάντος ταλαιπωρίαν, δέδονται γὰρ τοῖς Βαβυλωνίοις.

Καί γε τί ἐμοὶ καὶ ὑμῖν, Τύρος, καὶ Σιδών, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; μὴ ἀνταπόδομα ὑμεῖς ἀνταποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε; Ὀξέως καὶ ταχέως ἀνταποδώσω τὸ ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν. Ἀνθ' ὧν τὸ ἀργύριόν μου, καὶ τὸ

B *χρυσίον μου ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτά μου, καὶ τὰ καλὰ εἰσενέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν. Τοὺς υἱοὺς Ἰούδα, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἱερουσαλὴμ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων, ὅπως ἐξώσητε αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν.*

Λθ'. Ἔθνος μὲν οὖν ἅπαν κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ συναγήγερται, Μωαβῖται, Ἰδουμαῖοι, Ἰεβουσαῖοι, Ἀμμανῖται, καὶ οἱ λοιποί. Κατάρξαι δὲ, οἶμαι, βουλῆς, καὶ ἐγχειρημάτων Δαμασκηνοὺς, καὶ Τυρίους, καὶ τοὺς καλουμένους Φιλιστιείμ, καὶ μέχρις αὐτῆς τῆς Γὲτ, ἥτις καλεῖται καὶ ἀλλοφύλων. Τοιγάρτοι καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Καὶ τί ἐμοὶ καὶ ὑμῖν,

C Τύρος, καὶ Σιδὼν, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; » Ποίας γὰρ, φησὶ, τὰς ἀφορμὰς τῆς ἀγριότητος ἔχοντες, ταλαιπορεῖντα τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ταῖς ἐκ Βαβυλωνίων συμφοραῖς οὐ μετρίως κατηχθημένον ἀνοσίως ἐπιφορτίζετε, πικρῶς ἐπιβαίνοντες, καὶ οἷον ἐμὲ γελῶντες τὸν σώζοντα τάχα που, καὶ ἀμυνόμενον, καὶ τὰ ἐχθρῶν εἰς ἐμὲ τολμῶντες λέγειν, μᾶλλον δ' ἤδη καὶ δρᾶσαι; Οὐκ οὖν εἰς μακρὰν ἀπολήψεσθε τὸ ἀνταπόδομα. Ἥξει δὲ ὑμῖν εἰς κεφαλήν· δίκας γὰρ ἀποτιεῖτε ἐμοὶ τῷ διακριθησομένῳ πρὸς ὑμᾶς ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ. Ἐγκαλεῖ δὲ αὐτοῖς ὡς διηρπακόσι μὲν τὰ ἐπίλεκτα τοῦ ναοῦ, καὶ τὰ χρυσᾶ σκεύη σεσυληκόσι, καὶ ταῖς τῶν ἰδίων Θεῶν ἀνατεθεικόσι τιμαῖς. Ἀφόρητον δὲ τὸ χρῆμα, καὶ πικρὸν, καὶ οὐκ ἀνεκάνως ἔχον εἴς γε τὸ δύνασθαι καταλυπῆσαι Θεόν. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, οὐδὲ

D τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. » Τί γὰρ ἕτερον ἂν εἴη τὸ τοῖς θείοις ἀναθήμασι τοὺς τῶν εἰδώλων κατακαλλύνειν ναοὺς, ἢ μονονουχὶ διακεκραγέναι, καὶ λέγειν, ὡς εἴη μὲν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν δευτέροις, τὰ δὲ ἐν λόγοις τοῦ προῦχοντος, καὶ σώζειν εἰδότας τοὺς ἰδίους προσκυνητάς; Καὶ οὐκ ἀπόχρη, φημὶ, εἰς δυσσέβειαν, ὑμῖν τὸ τῶν θείων ἀναθημάτων τὸν ἐμὸν γυμνῶσαι νεὼν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἱερουσαλὴμ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων. Γενέσθαι δέ τι τοιοῦτον εἰκὸς, ὡς ἐν ταῖς χώραις τῶν ἐθνῶν τινας ἀποκομισθῆναι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀπεμπολούντων αὐτοὺς ἢ Τυρίων τυχὸν, ἢ καὶ ἑτέρων, οἷς ἐμπορία τὸ σπουδαζόμενον, καὶ φιλοκερδεῖν τὸ ἐπιτήδευμα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Πρέπει δ' ἂν ὁ λόγος, ὡς γέ μοι φαίνεται, καὶ τοῖς A τῶν ἀνοσίων προεστηκόσιν αἱρέσεων, οἳ τοὺς υἱοὺς τῆς Ἐκκλησίας μονονουχὶ διαρπάζοντες τῇ τῶν Ἑλλήνων καταπωλοῦσι σοφίᾳ, ἵνα πολυπλόκων ἐννοιῶν ἀναπιμπλάμενοι, πικροὶ γένωνται. ζητηταὶ, μᾶλλον δὲ ἀπειθεῖς τε καὶ ἀλιτήριοι, καὶ τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, καίτοι δέον ἁπλῇ διαβιῶναι φράσει, καὶ τὸν ἀκαπήλευτον λόγον τῆς ἀληθείας μελετᾷν. Ἔξω δὴ οὖν τῶν ἰδίων ὁρίων γενέσθαι τοὺς ἡπατημένους παρασκευάζουσιν. Ὅροι δὲ ὥσπερ καὶ χώρα τῶν τέκνων τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις, καὶ τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀκριβῶς ἐξητασμένων εἰς ὀρθότητα νενευκός. Λέγοιτο δ' ἂν εἰκότως χρυσᾶ σκεύη, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἐπίλεκτα Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς οἱ πίστει κατηγλαϊσμένοι, καὶ τοῖς ἐξ ἔργων ἀγαθοῖς B σὺχήμασι κεχρυσωμένοι, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας διαστίλβοντες κάλλει. Ἀλλ' εἰ γένοιτό τινα τῶν ὧδε λαμπρῶν τοῖς τῆς ἀπάτης ἁλῶναι βρόχοις, ἀκούσονται πάντως οἱ τῆς ἀπάτης εὑρεταί, « Τὸ ἀργύριόν μου, καὶ τὸ χρυσίον μου ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτά μου εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν. » Ἔγκλημα δὲ τοῦτο δεινόν τε καὶ δυσδιάφυκτον. Ἁμαρτάνοντες γὰρ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς ἀπέθανεν, αὐτὸν ἀδικοῦσι Χριστὸν, ᾧ πάντη τε καὶ πάντως τὰς τῶν εἰς αὐτὸν πεπλημμελημένων δίκας ἀποτιοῦσιν.

Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω αὐτοὺς ἐκ τοῦ τόπου, οὗ ἀπέδοσθε αὐτοὺς ἐκεῖ· καὶ ἀνταποδώσω ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν. Καὶ ἀποδώσομαι τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν εἰς χεῖρας υἱῶν Ἰούδα, καὶ ἀποδώσονται αὐτοὺς εἰς C *αἰχμαλωσίαν εἰς ἔθνος μακρὰν ἀπέχον, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.*

Μ'. Ἄπρακτα μὲν τὰ Τυρίων ἔσεσθαι μηχανήματα, καὶ τὰ ἐκ τῆς δυστροπίας εὑρέματα κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἐναργέστατά φησιν, ἐξ ἀντιστρόφου δὲ ὥσπερ γενέσθαι τοῖς ἠδικηκόσι τὴν συμφορὰν, καὶ τοῖς ἴσοις ἐναλῶναι κακοῖς, μονονουχὶ πιπτούσης εἰς κεφαλὰς τῶν ἀνόσια πεπλημμεληκότων τῆς ἰσοστάθμου δίκης. Ὥσπερ γὰρ αὐτοὶ τὸ ἐξ Ἰούδα γένος εἶλον, εἶτα τοῖς ἀνδραποδισταῖς δεδώκασιν, ἀποκομίζειν εἰπόντες εἰς ἔθνος μακρὰν, οὕτω τὰ αὐτῶν ἀπεμπολησθήσεσθαι τέκνα φησὶ, διὰ χειρὸς Ἰούδα. Καὶ ὅτι πάντως τοιάδε συμβήσεται, προσεμπεδοῖ λέγων, « Ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ἀνήνυτον δὲ πάντως οὐδὲν ὃ φθέγγεται Θεός. Καὶ γοῦν ἔφη Χριστός· « Οἱ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. » Καὶ ταυτὶ μὲν ἱστορικῶς.

Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο περιαθρεῖν τὰ πνευματικὰ, καὶ τῶν κεκρυμμένων ἀναπίμπλασθαι νοημάτων, ἐννοήσει πάλιν, ὅτι καὶ Ἑλλήνων παῖδες οἱ ταῖς δοκησισοφίαις ἐξωφρυωμένοι, καὶ μὴν καὶ αἱρετικοὶ πολυπλόκοις ἀπάτης εὑρήμασι τὸ δοκεῖν τί σφισιν αὐτοῖς ἀπονέμοντες, ἀποφέρουσι τῶν ἁπλουστέρων τινὰς τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀμωμήτου πίστεως, ἧς ἂν ἔχοιεν παρὰ Θεοῦ, καὶ τοῖς βρόχοις τῆς ἀπάτης ἐνδέοντες μονονουχὶ, καὶ ἐν δορυκτήτων μοίρᾳ λαβόντες, ἀποκομίζουσι τῶν τῆς ἀληθείας ὅρων ὡς ἀποτάτω. Ἀλλ' ὅγε

Hic sermo, si recte ratiocinor, etiam in nefandarum hæresum præsides quadrabit, qui Ecclesiæ filios tantum non abripientes, Græcæ philosophiæ vendunt, ut impeditis intelligentiis repleti, molesti disputatores, vel potius increduli et pestilentes evadant, recta pervertentes, cum secundum simplicem locutionem vivere, et sermonem veritatis nulla fraude corruptum meditari oporteat. E finibus igitur ut ejiciantur ab ipsis decepti, in causa sunt. **237** Finis vero, sicut et regio filiorum Ecclesiæ, cognitio veritatis est, et quod ad omne quidquid accurate ad rectitudinem exploratum est, vergit. Ac merito sane, et vere vasa aurea, et argentea, et electa Dei vocari possunt fide exornati, et operum gloria inaurati ac pietatis splendore corusci. Quod si contigerit quempiam horum ita clarum ac nitidum fallaciæ laqueis irretiri, audient plane fallaciarum inventores : « Argentum meum et aurum meum tulistis, et electa mea intulistis in delubra vestra. » Crimen istud horribile est, et supplicium difficulter effugiet. Peccantes namque in fratres nostros, pro quibus Christus mortuus est [66], in Christum ipsum sunt injuriosi, cui omnino, et omnium quæ in eum peccaverint, pœnas persolvent.

VERS. 7, 8. *Ecce ego suscito eos de loco, ubi vendidistis eos illic ; et reddam retributionem vestram in capita vestra. Et vendam filios vestros et filias vestras in manus filiorum Juda, et venundabunt eos in captivitatem, in gentem quæ procul, quoniam Dominus locutus est.*

XL. Tyrorum machinationes et perversa inventa contra Israel inania fore, perquam dilucide affirmat, et iis qui læserunt, quasi ex adverso calamitatem remetiendam, paribusque malis probe involutum iri, tantum non simili pœna recidente in capita eorum, qui impie deliquerunt. Quomodo namque ipsi genus Juda captivum fecerunt, deinde pro mancipiis venditum, ad remotas gentes abducendum dederunt : sic eorum liberos per manus Juda venales futuros testatur, et ad unguem idem passuros testificans, ait, « Quia Dominus locutus est. » Nihil autem omnium quæ Deus loquitur, ad D rem non confertur. Itaque Christus inquit : « Verba mea non interibunt [67]. » Et hæc quidem historice.

Quod si cui placet considerare spiritualia, et abditis intelligentiis se explere, cogitabit etiam Græcos, falsa opinione sapientiæ supercilium tollentes, ac præterea hæreticos, ob involuta fallaciarum inventa existimantes se esse aliquid, simpliciorum quosdam a recta et inculpata fide, quam a Deo habere possint, avertere, et imposturæ laqueis irretitos, propemodum servorum **238** loco, quos armis ceperint, a finibus veritatis abripere quam longissime. Cæterum universorum Deus eorum im-

[66] I Cor. VIII, 11. [67] Matth. XXIV, 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

probitatem infringit, et deceptos quidem liberos dimittens, filios pravorum doctorum ad Judam adducit. Per hos nihilominus intelligi possint divini discipuli, et quotquot Christi mysterium loquuntur, quique ab illorum fraudibus liberatos, ad præclaram et amabilem ejus servitutem reducunt, et non secus atque captivos rapiunt, ad suum eos habitum sententiamque transferentes, quæ ab illorum multis millibus distat. Magnum quippe intervallum inter sanctorum et istorum doctrinam cernitur. Dicitur etiam Christus ex Græca superstitione ad cognitionem ejus, qui natura est Deus, conversos ut captivos accipere. Sic enim David : « Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus [68]. »

A τῶν ὅλων Θεὸς ἄπρακτον αὐτῶν ἀποφαίνει τὴν κακουργίαν, καὶ ἀνίησι μὲν τοὺς ἠπατημένους, τοὺς δὲ τῶν ἀπατησάντων κατὰ μάθησιν υἱοὺς προσάγει τοῖς ἐξ Ἰούδα. Νοηθεῖεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ ὅσοι τὸ Χριστοῦ λαλοῦσι μυστήριον, οἱ δὲ τῆς ἐκείνων πλάνης ἀπαλλάττοντες, εἰς καλήν τε καὶ ἀξιέραστον ἀποφέρουσι δουλείαν, τὴν ὑπὸ Χριστῷ δηλονότι, καὶ οἷον αἰχμαλώτους ἁρπάζουσι, μετατιθέντες εἰς τὴν ἑαυτῶν ἕξιν τε καὶ γνώμην, ἥτις ἐκείνων ἐστὶν ἀποτάτω. Πολὺ γὰρ τὸ μεταξὺ τῆς γνώμης τε τῶν ἁγίων, καὶ τῆς τῶν τοιούτων ὁρᾶται. Λέγεται δὲ καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπάτης εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ μετενηνεγμένους ὡς αἰχμαλώτους ἐλεῖν. Ἔφη γὰρ ὁ Δαβὶδ, « Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, δέδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. »

B

VERS. 9-12. *Prædicate hæc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate pugnatores, accedite, et ascendite, omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios et falces vestras in lanceas. Non fortis dicat : Valeo ego. Congregamini, et intrate omnes gentes per circuitum, et congregamini illuc, mansuetus sit pugnator. Consurgant, et ascendant gentes in vallem Josaphat, quia ibi sedebo ut judicem omnes gentes in circuitu.*

Κηρύξατε ταῦτα ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ἁγιάσατε πόλεμον, ἐξεγείρατε τοὺς μαχητὰς, προσαγάγετε, καὶ ἀναβαίνετε πάντες ἄνδρες πολεμισταί. Συγκόψατε τὰ ἄροτρα ὑμῶν εἰς ῥομφαίας, καὶ τὰ δρέπανα ὑμῶν εἰς σειρομάστας. Ὁ ἀδύνατος λεγέτω· Ἰσχύω ἐγώ. Συναθροίζεσθε, καὶ εἰσπορεύεσθε πάντα τὰ ἔθνη κυκλόθεν, καὶ συνάχθητε ἐκεῖ, πραῢς ἔστω πολεμιστής. Ἐξεγειρέσθωσαν, καὶ ἀναβαινέτωσαν τὰ ἔθνη εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφὰτ, ὅτι ἐκεῖ καθῶ τοῦ διακρῖναι πάντα τὰ ἔθνη κυκλόθεν.

XLI. Comminatus gentibus, passuras malum quod aliis fecerant, et scelera sua pro dignitate luituras, jam orationem ad cultores suos convertit, quos minime timidos et effeminatos, quin potius animosos ac strenuos esse hortatur, et tantum non adhibere præconium, quod ab omnibus exaudiatur, et ad pugnam gentes dehinc colligere, easque inflammare, ut huc gradum accelerent, tametsi fortasse vitam quietam et a bello abhorrentem agere malint. Hoc autem est reddere audentissimos, et persuadere, uti confidant, ipso propugnante, hostium sese potituros. Itaque, « in gentibus hæc prædicate, inquit, et sanctificate bellum. » Jam hoc, « sanctificate, » rursum nihil est aliud quam, mihi velut consecrate; ego enim bellabo et ad gloriam meam res agetur. Occumbent enim, qui honorem meum lignis et lapidibus tribuerunt. Omne autem quod sanctificari dicitur, semper cum divina gloria **239** conjunctum est. Ideo ait : « Sanctificate bellum, suscitate pugnatores. » Et adhuc subjungit, « Accedite, omnes viri bellatores. » Ponat agricola curas et studium sibi charissimum; ex aratro rhomphæam, et e falce lanceam sibi fabricet; non enim terram colendi tempus est, sed Deo contempto dandi pœnas. Quod si quis infirmus fuerit, ne imbecillitatem prætexat; mentiatur potius, si lubet, et sibi vires non deesse autumet. Absit enim ut ab his armis se removeat! Congregamini igitur, omnes, inquit, qui circum Judæam habitatis, et mitis quoque pu-

ΜΑ'. Ἀπειλήσας τοῖς ἔθνεσι τὰς ἐξ ἀντιστρόφου συμφορὰς, καὶ τῶν ἀνοσίων ἔργων ἰσοπαλῆ τὴν δίκην, καθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς ἰδίους ἤδη προσκυνητὰς, οὓς ἥκιστα μὲν δειλοὺς, καὶ ἀνάνδρους, εἶναι δὲ μᾶλλον κελεύει νεανικοὺς, καὶ μονονουχὶ διαπρυσίῳ κεχρῆσθαι κηρύγματι, συλλέγειν τε ἤδη πρὸς μάχην τὰ ἔθνη, καὶ ἀνάπτειν ἐπείγεσθαι πρὸς τοῦτο αὐτὰ, κἂν εἰ ἕλοιντο τυχὸν τὴν ἠρεμαίαν τε καὶ ἀφιλόμαχον ἐλέσθαι ζωήν. Τοῦτο δὲ ἦν εὐτολμοτάτους ἀποφαίνοντος, καὶ ἐπ' αὐτῷ θαῤῥεῖν ἀναπείθοντος, ὅτι καὶ τῶν ἐχθρῶν ἀμείνους ἔσονται αὐτοῦ προασπίζοντος. « Ταῦτα δὴ οὖν ἐν τοῖς ἔθνεσι κηρύξατε, φησὶ, καὶ ἁγιάσατε πόλεμον. » Καὶ τὸ Ἁγιάσατε πάλιν ἐστὶν, Ἐμοὶ καθιερώσατε τρόπον τινὰ, ἔσομαι γὰρ ὁ μαχητὴς ἐγὼ, καὶ εἰς ἐμὴν δόξαν ἔσται τὸ δρώμενον. Τεθνήξονται γὰρ οἱ τὴν ἐμὴν δόξαν ἀνάψαντες ξύλοις τε καὶ λίθοις. Ἅπαν δὲ τὸ ἁγιάζεσθαι λεγόμενον, εἰς δόξαν ἀεὶ προσάγεται Θεοῦ. Διὰ τοῦτό φησιν « Ἁγιάσατε πόλεμον, ἐξεγείρατε τοὺς μαχητάς. » Καὶ δὴ καὶ ἐπιφωνεῖ, καὶ φησι, « Προσαγάγετε, πάντες ἄνδρες πολεμισταί. » Καταληγέτω μὲν ὁ γηπόνος τῶν αὐτῷ φιλαιτάτων φροντίδων, καὶ σπουδασμάτων. Μεταχαλκευέτω δὲ τὸ μὲν ἄροτρον εἰς ῥομφαίαν, τὴν δὲ δρεπάνην εἰς σειρομάστας. Οὐ γάρ ἐστι τοῦ γηπονεῖν ὁ καιρὸς, ἀλλὰ τοῦ διδόναι δίκας ἠτιμασμένῳ Θεῷ. Εἰ δὲ δή τις εἴη καὶ ἀδύνατος, φησὶ, μὴ σκῆψιν ἐχέτω τὸ ἀναλκὲς, ψευδέσθω δὲ καὶ αὐτὸς, εἰ βούλεται, καὶ λεγέτω τὸ δύνασθαι. Μὴ γὰρ δὴ τῶν ὅπλων ἦτω μακράν. Συναγείρεσθε δὴ οὖν ἅπαντες, φησὶν, οἱ κύκλῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ ὁ πραῢς ἔσται

[68] Psal. LXVII, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

μαχητὴς, τουτέστι, καὶ εἴ τις τῶν ἀοργήτων εἴη, ἔστω καὶ οὗτος μαχητής. Ὅμοιον ὡς εἰ λέγει, οὐδενὸς τὸ σύμπαν ὑπολελειμμένου· Κἂν εἰ γηπόνος τις εἴη, κἂν εἰ δειλός τε καὶ ἄνανδρος (οὗτος γὰρ ὁ ἀδύνατος), κἂν εἰ πρᾶος, καὶ ἀφιλοπόλεμος, παραθηγέσθω πρὸς μάχην. Παραιτήσομαι γὰρ οὐδένα. Διακρινῶ δὲ ἅπαντας ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ. Τὸ δὲ Διακρινῶ σημαίνει, ὅτι Κριτὴς ἔσομαι δυνατὸς, ποιναῖς τε καὶ δίκαις ἐνιεὶς τοὺς διαρπάσαντας μὲν γῆν τὴν ἐμὴν, κλήρῳ δὲ διαλαχόντας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ πόρναις μὲν δεδωκότας τὰ παιδάρια, καταπεπρακότας δὲ τὰ κοράσια, καὶ ὡς οἶνον ἐκπεπωκότας.

Ἐπιφωνήσει δ' ἂν τὰ τοιάδε πάλιν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἐχθροῖς ὁ Κύριος, οἳ κἂν παμπληθεῖ, καὶ ὅλῃ δυνάμει χρώμενοι τῶν ἁγίων καταστρατεύονται, πεσοῦνται δὴ πάντες αὐτοῦ προασπίζοντος, κἀκείνους μὲν καταστρέφοντος, ἀνατειχίζοντος δὲ τοὺς ἰδίους προσκυνητὰς πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, καὶ τῆς ἰδίας ἡμερότητος ἀγαθοῖς.

Ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι παρέστηκεν τρυγητὸς, εἰσπορεύεσθε, πατεῖτε, διὸτι πλήρης ἡ ληνός· ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια, ὅτι ἐπληθύνθη τὰ κακὰ αὐτῶν. Ἦχοι ἠκούσθησαν ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης, ὅτι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης. Ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη συσκοτάσουσιν, καὶ τὰ ἄστρα δύσουσιν τὸ φέγγος αὐτῶν. Ὁ δὲ Κύριος ἐκ Σιὼν ἀνακεκράξεται, καὶ ἐξ Ἰερουσαλὴμ δώσει φωνὴν αὐτοῦ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ.

ΜΒ'. Τὰ μὲν πρόσοικα τῶν ἐθνῶν τῆς Ἰουδαίας γῆς, Ἀραβάς τε φημὶ καὶ Τυρίους, Γετθαίους, καὶ Φιλιστιεὶμ, Μωαβίτας, καὶ Ἰδουμαίους, Ἀμμανίτας, καὶ Γεργεσαίους, οἱονεὶ σάλπιγγι κεχρημένους συναγείρειν ἐκέλευσεν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφὰτ, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τεθνηξομένους, καὶ πικρὰς ὑφέξοντας τῷ κρίνοντι δίκας. Παραθήγει δὲ νυνὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ εἰς ἄμαχόν τινα προθυμίαν, καὶ δυσάντητον ἀλκὴν, καὶ δὴ συναγηγερμένοις ἐπιθρώσκειν ὥσπερ διακελεύεται, δεῖν δὲ πολέμου δείμασι κατεπτοημένους, οὔτε μὴν εἰς μάχην ἰόντας ὅλως, ἡγουμένους δὲ μᾶλλον τὸ χρῆμα τρυφὴν, καὶ ἐν θυμηδίᾳ αὐτὸ καταγράφοντας, καὶ γεγηθότας ἐν ἴσῳ τοῖς τὰς ἐξ ἀμπέλων εὐκαρπίας συλλέγουσι. Ταύτῃτοί φησιν· « Ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι παρέστηκε τρυγητὸς » (τὸ *ἐξαποστείλατε* τιθεὶς, ἀντὶ τοῦ, ἐκπέμψατε), καὶ ἐκτείνατε, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ τρυγᾶν εἰωθότες. Κείσονται γὰρ ἕτοιμοι πρὸς ἀναίρεσιν, εὔτρεπεῖς εἰς κατατομήν. Ἀποκειρέσθω, φησὶν, ὁ πολέμιος, ὡς ἐξ ἀμπέλου βότρυς· πατείσθω δὲ ὥσπερ ἐν ληνοῖς, σωρηδὸν ὑπὸ πόδας κείμενος. « Εἰσπορεύεσθε γὰρ, φησὶ, πατεῖτε, διότι πλήρης ἡ ληνὸς, » τουτέστι, συγκεκόμισται πρὸς ὄλεθρον τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, οὐδὲν τὸ κωλύον ὑπὸ πόδας εἶναι τοὺς σούς. « Ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια. » Σημεῖον δὲ διὰ τούτων οἷον ἀμφιλαφὲς τῶν εἰς καταπάτησιν συγκεκομισμένων. Ἐν γάρ τοι ταῖς τῶν βοτρύων ἀφθονίαις, καὶ αὐτὰς ὁ οἶνος πολλάκις ὑπεραίρει τὰς ληνούς. Τὸ πλῆθος δὴ οὖν τῶν ὑπὸ πόδας κειμένων δηλοῖ, λέγων, « Ὑπερ-

A gnæ se credat, hoc est, etsi quispiam irasci nesciat, nihilominus idem arma corripiat. Perinde ac si dicat, nullo prorsus relicto : Sive opus rusticum faciat quis, sive timidus et imbellis (is enim est ἀδύνατος), sive mansueti ingenii et a bellico strepitu alienus, ad pugnam semet exacuat, nullum recusabo. Judicabo omnes in valle Josaphat : quod verbum significat, Judex ero potens, pœnis et supplicis prosequens, qui diviserunt terram meam, et sorte distribuerunt Israel, tradideruntque pueros meretricibus, et puellas vendiderunt, atque ut vinum biberunt.

Talia rursum Ecclesiæ hostibus Dominus acclamaverit : qui quanquam totis copiis et omni ro-
B bore sanctos oppugnarint, cadent profecto omnes, ipso protegente et illos quidem evertente, suos autem cultores fide, spe, charitate et benignitatis suæ muneribus, murorum instar, corroborante.

„Vers. 13-16. *Emittite falces, quoniam adest vindemia ; introite, calcate, quia plenum torcular ; redundant torcularia, quia multiplicata sunt mala eorum. Sonitus auditi sunt in valle judicii, quia juxta est dies Domini in valle judicii. Sol et luna obtenebrabuntur, et stellæ occidere facient splendorem suum. Et Dominus de Sion clamabit, et Jerusalem dabit vocem suam, et movebitur cœlum et terra.*

C

XLII. Finitimos Judææ populos, Arabas, inquam, et Tyrios, Gethæos et Philistiim, Moabitas et Idumæos, Ammonitas et Gergesæos velut tubæ clangoribus in vallem Josaphat congregare jussit, ut quamprimum morituros **240** et acerbas judici pœnas persoluturos. Nunc Israelitas ad alacritatem quamdam inexpugnabilem invictamque fortitudinem exsuscitat, adeoque in congregatos insilire, quasi jubet, et ait, eos quam maxime audentes videri oportere, virilesque ac strenuos, etiam belli terroribus consternatos, et pugnam conserere formidantes ; quin potius id habere pro deliciis et ducere voluptati, nec aliter gaudere, quam qui uberem vindemiam faciunt. Proinde, « Emittite,
D inquit, falces, quoniam adest vindemia. » Ἐξαποστείλατε posuit pro ἐκπέμψατε, emittite et extendite, nimirum ut vindemiantes consueverunt. Jacebunt enim parati ut interficiantur, parati ut amputentur. Abscindatur, inquit, hostis, ut a vite botrus, et pedibus subjectus, sicut in torculari acervatim conculcetur. Ait enim, « Introite, et calcate, quia plenum est torcular, » hoc est, comportata est ad internecionem multitudo gentium, nihil obstat, quominus subjiciantur pedibus tuis. « Redundant torcularia. » Signum perfectum calcandos esse comportatos. Etenim in uvarum abundantia etiam ipsa torcularia vinum sæpe excedit. Frequentiam igitur sub pedibus jacentium hoc verbo demonstrat, « Redundant torcularia. » Sequitur : « Su-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

275 XXV. Non jam de Juda et Ephraim separatim, sed de universo Israele, et velut tota gente in unum collecta hæc intelligi possunt : omnes siquidem tribus Israelitarum ex Ægypto reductæ sunt. Nemine igitur excluso, quæ dicuntur a Deo, audire jubet. Quæ autem tandem et hæc? Millia multa civitatum et regionum sub sole sunt, et numerus incolarum infinitus. Sed ex omnibus vos Israelitas selegi. Meipsum vobis per complura miracula manifestavi; dira et intoleranda servitute vos liberavi; beatissimos et ab omnibus prædicandos reddidi. Lege vos erudivi, ut placeretis mihi; mels auxiliis tanquam muro communivi; in terram patribus vestris promissam induxi. Quoniam autem soli ex omnibus tam illustribus a me beneficiis dignati, exacerbare et multis modis offendere me non desinitis, idcirco posthac dementiam vestram ulciscar. Ultra vos peccare, et impune huc conversos non patiar. Itaque de cætero quicunque Deum contempserit, et Domini

[67] Psal. CXLVI, 10. [68] Psal. XXXII, 17. [69] Psal. XXIII, 10. [70] Deut. XXXII 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sui voluntates aspernatus fuerit, ex iis qui aut ipsum cognoverunt, aut ab eo per inhabitationem spiritualem cogniti sunt, perniciem et interitum sibi inde comparabit. Quamobrem sapientissimus Paulus vocatis ex gentibus per fidem, deinde ignavia quadam laborantibus, et velut retrorsum abire parantibus, scribit in hæc verba : « Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis [71] ? » Norat enim eos etiam ante fidem Opifex, qui nihil penitus ignorat. Verum in his, ut dixi, fortassis cognitio spiritualem familiaritatem percommode significat.

A γους. Οὐκ ἀνέξομαι πλημμελούντων ἔτι, καὶ ἀνεπιτίμητον ἐχόντων τὴν εἰς τοῦτο τροπήν. Οὐκοῦν ὀλέθρου πρόξενον παντὶ τῷ λοιπὸν τὸ καταφρονῆσαι Θεοῦ, καὶ δεσποτικῶν ἀλογῆσαι θελημάτων τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτὸν, ἢ ἐγνωσμένοις παρ' αὐτοῦ κατά γε τὸν τῆς πνευματικῆς οἰκειώσεως τρόπον. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις διὰ τῆς πίστεως, εἶτα νοσοῦσι τὸ ἄναλκι, καὶ ἀνόπιν ὥσπερ ἰέναι προτεθυμημένοις ἐπιστέλλει λέγων· « Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε ; » Ἤδει μὲν γὰρ αὐτοὺς καὶ πρὸ τῆς πίστεως ὁ Δημιουργός· ἀγνοεῖ γὰρ ὅλως τῶν ὄντων οὐδὲν, ἀλλ' ἐν τούτοις, ὡς ἔφην, ὑποσημήνειεν ἂν ἡ γνῶσις εὖ μάλα τὴν πνευματικὴν οἰκειότητα.

[71] Galat. IV, 9.

Vers. 3. *Si ambulabunt duo in idipsum omnino, si non noverint inter se?*

B *Εἰ πορεύσονται δύο ἐπιτοαυτὸ καθόλου, ἐὰν μὴ γνωρίσωσιν ἑαυτούς ;*

XXVI. Reconditum est ænigma, obscurus sermo. Verumtamen enucleabimus ut poterimus. Reprehenderat igitur Israelitas, quoniam prophetis mandarant dixerantque : Ne prophetetis. Qua porro de causa loqui sanctos improvide vetuerint, dicamus oportet. Quia enim tristia illis ab irato Deo eventura, et ea, per quæ peccatores vitæ studia in melius mutare consentaneum erat, denuntiabant, eventum prædictorum timentes, ut est verisimile, obniti illis, et reluctari contendebant, **276** qui animos vulgi ad illicita inducere consuerant : quique cum subjectos seducerent, prophetas reprehendebant, errantes quasi recta via gradientes commendabant. Proinde ore Isaiæ Deus : « Populo meus, inquit, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant [72]. » Increpabat autem et Amasias sacerdos Bethel Amos prophetam, cum diceret : « Qui vides, gradere, fuge in terram Juda, et illuc descende, et prophetabis ibi, in Bethel autem non adjicies ultra ut prophetes [73]. » Qui autem prophetis ex multo stupore et magna perversitate morum sese opponebant, elevabant rem, fingentes, et illud dicentes : « Non misit te Dominus [74]. » Castigat igitur eos, quoniam prophetas ab eo missos, non desuper et a Deo apportare sermones dicebant, sed eos a se potius conflictos effutire, et a mente universorum Domini abhorrentia proloqui existimabant. Idcirco ait : O imprudentes et stolidi, num qui de vobis instituent amicitiam et eamdem vitæ viam ambulabunt, si inter se non noverint, hoc est, si morum similitudinem voluntatumque consensionem non animadverterint? Omne enim animal simile diligit, et ad similem sibi homo se applicabit. Si ita est, ut est, quo pacto prophetas velut amicitia et dilectione mea dignatus essem sanctus ego, si ipsi sancti non fuissent? Quomodo igitur persequimini sanctos, quibus et sermones meos concredidi, quos ut bonos recepi, nimirum eamdem veluti voluntatum viam mecum ingredientes? Quod enim mihi, idem illis placitum erit. Quare prophetas increpare,

ΚϚ'. Βαθὺ μὲν τὸ αἴνιγμα, καὶ ἀμυδρὸς ὁ λόγος. Πλὴν ἐροῦμεν ὡς ἔνι. Κατητιᾶτο τοίνυν τὸν Ἰσραὴλ, ὅτι τοῖς προφήταις ἐνετέλλετο, λέγοντες· Οὐ μὴ προφητεύσητε. Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἐπετίμων ἀφυλάκτως ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπήγγελ[λ]ον τὰ ἐξ ὀργῆς ἐσόμενα σκυθρωπὰ, καὶ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς ἑαυτῶν ἀμείνους ἔσεσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, δεδιότες που τάχα τῶν λαληθέντων τὴν ἔκβασιν, ἐμελέτων τὴν ἀντίστασιν, καὶ ἀντέπραττον αὐτοῖς οἱ τῶν ἀγελαίων τὸν νοῦν, ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν, ἀποκομίζειν εἰωθότες, καὶ πλανῶντες τοὺς ὑπεζευγμένους. Ἐπετίμων μὲν, τοῖς προφήταις, ἀπεδέχοντο δὲ τοὺς πεπλανημένους, ὡς τὴν εὐθεῖαν ἰόντας τρίβον. Τοιγάρτοι φησὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου Θεός· « Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ταράσσουσιν. » Ἐπετίμα δὲ καὶ Ἀμασίας ὁ ἱερεὺς Βαιθὴλ Ἀμὼς τῷ προφήτῃ, λέγων· « Ὁ ὁρῶν, βάδιζε, ἐκχώρησον εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐκεῖ καταβίου, καὶ ἐκεῖ προφητεύσεις, εἰς δὲ Βαιθὴλ οὐκ ἔτι μὴ προσθῇς τοῦ προφητεῦσαι. » Οἱ δέ γε τοῖς προφήταις ἀνθεστηκότες, ἐκ πολλῆς ἄγαν σκαιότητος καὶ δυστροπίας δεινῆς ἐλαφρὸν ὑπεπλάττοντο τὴν ἀντίστασιν, ἐκεῖνο λέγοντες· « Οὐκ ἀπέσταλκέ σε Κύριος. » Καταιτιᾶται τοίνυν αὐτοὺς, ὅτι τοὺς παρ' αὐτοῦ προφήτας οὐ τοὺς ἄνωθεν ἔφασκον καὶ παρὰ Θεοῦ διακομίζειν λόγους· ᾤοντο δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς σφῶν ἐρεύγεσθαι γνώμης, ἕτερά τε παρὰ τὰ δοκοῦντα λαλεῖν τῷ τῶν ὅλων Δεσπότῃ. Ταύτητοί φησιν· Ὦ ἀσύνετοι καὶ παράφρονες, ἆρά τινες ἐξ ὑμῶν γενήσονται φίλοι, καὶ τὴν αὐτὴν βαδιοῦνται τοῦ βίου τρίβον, οὐκ ἐγνωκότες ἑαυτοὺς, ἤγουν ἀλλήλους, τουτέστιν, εἰ μὴ ἀλλήλους τεθέανται ἰσοτρόπους τε καὶ ὁμογνώμονας ; Πᾶν γὰρ ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτοῦ, καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ. Καὶ εἰ τοῦτο ἔστιν ἀληθὲς, πῶς ἂν ἐδεξάμην τοὺς προφήτας οἱονεί πως εἰς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν, ἅγιος ὢν αὐτὸς, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ γεγόνασιν ἅγιοι ; Πῶς οὖν διώκετε τοὺς ἁγίους, οἷς καὶ τοὺς ἐμοὺς τεθάρρηκα λόγους, οὓς προσηκάμην ὡς ἀγαθοὺς, οἱονεὶ τὴν αὐτὴν ἐμοὶ

[72] Isa. III, 12 [73] Amos VII, 12, 13. [74] Jerem. XLIII, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βαδίζοντας τῶν θελημάτων ὁδόν; Ὃ γὰρ ἂν βουλοί- A sequitur ut aliud nihil sit, quam me ipsum in reprehensione ponere. Tale quiddam et Salvator discipulis sanctis ait : « Qui vos recipit, me recipit; qui non recipit vos, non recipit eum qui me misit [76]. » Jussit præterea, dum pellerentur, etiam ipsum pulverem pedum excutere, addens, tolerabilius fore terræ Sodomorum in die judicii, quam civitati illi [76]. A Deo igitur legatos, et ejus placita ad nos afferentes admittamus oportet. Qualis erat Paulus, cujus illa vox : « Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo per nos exhortante. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo [77]. »

μην ἐγὼ, τοῦτο καὶ αὐτῶν ἔσται θέλημα. Οὐκοῦν τὸ προφήταις ἐπιτιμᾷν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ κατ' ἐμοῦ λοιπὸν ποιεῖσθαι τὴν ἐπίπληξιν. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Σωτὴρ τοῖς ἁγίοις φησὶ μαθηταῖς· « Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ μὴ δεχόμενος, οὐ δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. » Προσέτατε δὲ τοῖς ἐξωθουμένοις καὶ αὐτὸν ἀπομάττεσθαι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν, εἰπὼν, ὅτι ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. Προσίεσθαι δὴ οὖν ἀναγκαῖον τοὺς τὰ Θεοῦ πρεσβεύοντας, καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα διαπορθμεύοντας εἰς ἡμᾶς· ὁποῖός τις ἦν Παῦλος, λέγων· « Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. »

Εἰ ἐρεύξεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ αὐτοῦ, θήραν οὐκ ἔχων; Εἰ δώσει σκύμνος φωνὴν αὐτοῦ ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ καθόλου, ἐὰν μὴ ἁρπάσῃ τι; B

Vers. 4. *Si rugiet leo de saltu suo, prædam non habens? Si dabit catulus vocem suam ex cubili suo omnino, nisi rapuerit aliquid?*

ΚΖ'. Οἱ τὰ τῶν θηρίων πολυπραγμονοῦντες ἔθη, φασὶ τὸν λέοντα τροφῆς ἐν ἐνδείᾳ γεγονότα περιφοιτᾷν εὐσθενῶς ὄρη τε καὶ νάπας καὶ δρυμοὺς τῇδε κἀκεῖσε τὸν ὀφθαλμὸν περιστρέφοντα, καί τι τῶν ἐν ὕλαις βοσκομένων λαβεῖν. Ἐπειδὰν δὲ θεάσηταί τι τῶν ἐπιτηδείων εἰς τροφὴν, εἶτα γένηται πλησίον, δεινόν τι καὶ δυσηχὲς βρυχώμενον ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον. Εἰ δὲ δὴ ἀποκομίζοιτο τοῖς σκύμνοις τὰ εἰς τροφὴν, εἶτα γένοιτο τῆς μάνδρας ἐγγὺς, ἀναθρώσκουσι κἀκεῖνοι, καὶ σὺν βοῇ λαβόντες σπαράττουσι. Τί τοίνυν, φησὶν, αἰτιᾶσθε Θεὸν, ὅτι πρὸ τῆς τῶν δεινῶν ἐφόδου ποιεῖται τὴν ἀπειλήν; Τί δὲ καὶ αὐτοὶ ἐπιτρίζετε τοῖς προφήταις, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς ὑμετέρας ἀσεβείας κατακεκράγασιν; Ἐγὼ μὲν γὰρ ἔοικα λέοντι, φησὶ, τῷ πρὸς θῆρας εἰωθότι βοᾷν, μονονουχὶ καὶ προαπειλοῦντι τὴν ἔφοδον· σκύμνοι δὲ ὥσπερ οἱ ἐμοί εἰσιν, οἱ πᾶν τὸ ἐμὸν ἔθος ἀπομιμούμενοι· κατακεκράγασι γὰρ, ὡς ἔφην, τῶν δυσσεβεῖν εἰωθότων. Ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἐν δρεσι ζώοις οὐκ ἀκερδὴς παντελῶς ἡ προαναφώνησις τοῦ θηρὸς, κατασοβοῦσα πρὸς φυγὴν πρὶν ἁλῶναι τυχὸν, οὕτω καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι χρησιμωτάτη λίαν ἡ πρὸ τῶν δεινῶν ἀπειλή τε καὶ προαγόρευσις, μεθιστῶσα πρὸς μετάγνωσιν, καὶ ἀποφυγὴν τῶν ἡμαρτημένων. Λέοντι δὴ οὖν ἑαυτὸν παρεικάζει Θεὸς, οὐ πρότερον ἐπιθρώσκοντι, καὶ τὰ ἐξ ὀργῆς ἐπάγοντί τισιν, εἰ μὴ προαναφαίνοι τὴν ἀπειλὴν, ἵνα μετανοοῦντες σώζοιντο, πρὸ τῆς δεινῶν ἐφόδου φάρμακον ὥσπερ εἰς σωτηρίαν δεχόμενοι τῶν ἐσομένων τὴν προαγόρευσιν. C D

277 XXVII. Qui naturas ferarum exquisitius pervestigant, narrant leonem esurientem montes, saltus et nemora contentius pervagari, huc illuc oculos circumferre, et quidpiam ibidem pascentium rapere. Ubi autem aliquid sibi ad esum idoneum conspexerit, propiorem factum horribiliter et absone rugiendo prædam invadere. Quod si catulis escam apportans lustrum attigerit, exsilire illos et cum clamore prædam apprehensam dilaniare. Quid ergo, inquit, Deum calumniamini, cum ante adventum calamitatum comminatur? Quid super prophetis ejus fremitis, cum et ipsi super vestra impietate clamorem edunt? Ego enim leonem imitor, inquit, qui contra bestias clamare consuevit, et propemodum minari prius se impressionem facturum; catuli autem quodammodo mei sunt, qui omnes mores meos referunt. Clamant enim, ut dixi, adversum eos quibus impie agere in consuetudine est. Sed quemadmodum feris montanis belluæ hujus præmissus clamor non est incommodus plane, quippe ad fugam eas impellens antequam forte capiantur; ita quoque peccantibus ante cladem, et pœnas comminatio, et prædictio, qua commoti ad pœnitentiam et fugam peccatorum se dent, longe est utilissima. Cum leone itaque Deus se comparat, non prius insiliente, et ex ira prædam devorante, nisi minas præmiserit, ut pœnitentes ante malorum adventum salventur, quasi pharmacum salutare futurorum vaticinium suscipientes.

Εἰ πεσεῖται ὄρνεον ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ ἰξευτοῦ; Εἰ σταθήσεται παγὶς ἐπὶ τῆς γῆς ἄνευ τοῦ συλλαβεῖν τι;

Vers. 5. *Si cadet avis in terram absque aucupe? Si statuetur laqueus in terra sine eo quod apprehendat aliquid?*

ΚΗ'. Πεποίηται μὲν ὡς ἐξ ὁμοιώσεως καὶ νῦν ὁ λόγος. Ἰξευταὶ μὲν γὰρ τὰ ἐν φυτοῖς ἰζήσαντα τῶν στρουθίων εὐτεχνέστατα καταφέρουσι. Παγίσι δὲ οὖν συνθελῶσί τινες τὸ ἁλισκόμενον. Ἔοικε δὲ ὁ λόγος αἰνίττεσθαι νυνὶ διὰ τῶν στρουθίων μὲν τοὺς ὑψηλὰ φρονεῖν εἰωθότας, τοὺς ἀλαζόνας τὸν νοῦν, καὶ μετεώρους τὰς φρένας, καὶ τὸ συναπάγεσθαι τοῖς τα-

XXVIII. Etiam nunc similitudine quadam sermo constat. Aucupes enim passerculos arboribus insidentes miro artificio dejiciunt. Quidam tendiculis captos elidunt. Videntur verba hæc sub involucro quodam indicare passerculorum nomine eos, qui solent altum sapere [78], arrogantes animis, et elatos corde, humilibus consentire non sustinentes; per

[76] Matth. x, 40. [76] ibid 15. [77] II Cor. v, 20. [78] Rom. xii, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tendiculis autem captos terrenorum amantes, solaque carnalia et saginantia consectantes. Aucupi autem et laqueo rursum se assimilat Deus, superbos ad terram deturbans, et quasi confringens, et ad supplicium captans, qui terrena tantum sapiunt. Erant « autem Israelitæ arrogantes, et Dei contemptores, prophetasque aspernabantur, et legem in postremis habebant. **278** Erant præterea mundanis involuti negotiis, et tantummodo fluxa et caduca persequebantur, quorum absurdis cupiditatibus victi, a Dei verbo refugiebant, et ad virtutem invitantibus repugnabant. Dicebant enim prophetis: Loquimini alia, et errorem, seu imposturam nobis aliam annuntiate. Si igitur ego sum, inquit, qui instar aucupis superbos dejicio, et velut laqueo captos suffocare solitus sum, qui more vulpium aut murium negotiis mundanis tenaciter inhærebant, quid frustra sanctos persequimini, quia tantum sermones meos ad vos perferunt, cum ego nihilominus iræ meæ in impios conceptæ satisfaciam?

A πεινοῖς οὐκ ἀνεχομένους· διὰ δὲ τῶν ἐν παγίσιν ἁλισκομένων τῶν ἐπιγείων τοὺς ἐραστὰς, καὶ μόνα ζητοῦντας τὰ σαρκικὰ, καὶ καταπταίνοντα. Ἰξευτῇ δὲ, καὶ παγίδι πάλιν ἑαυτὸν παρεικάζει Θεὸς, κατακοσμίζοντι μὲν εἰς γῆν τοὺς ὑπερηφάνους, συνθλῶντι δὲ ὥσπερ, καὶ ἀγρεύοντι πρὸς τιμωρίαν τοὺς μόνα φρονοῦντας τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀλαζόνες δὲ ἦσαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καταφρονοῦντες Θεοῦ, καὶ προφήτας παραιτούμενοι, καὶ ἀτιμάζοντες νόμον. Ἦσαν δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ γλίσχροι λίαν περὶ τὰ ἐν κόσμῳ πρακτέα, καὶ μόνα ζητοῦντες τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ταῖς ἐκτόποις ἐπιθυμίαις ἡττώμενοι, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον οὐ προσίεσαν, ἀντέπραττον δὲ τοῖς καλοῦσιν εἰς ἀρετήν. Ἔφασκον γὰρ τοῖς προφήταις· Ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν. B Εἴπερ οὖν ἐγώ εἰμι, φησὶν, ὁ ἐν ἰξευτοῦ τρόπῳ καταφέρων τοὺς ὑπερηφάνους, καὶ ὡς ἐν τάξει παγίδος συνθλᾷν εἰωθὼς τὸν ἀλώπεκος δίκην, ἢ μυὸς γλίσχρως ἐχοντα πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ πρακτέα, τί μάτην διώκετε τοὺς ἁγίους, ὅτι μόνους εἰς ὑμᾶς διακομίζουσι λόγους, ἐμοῦ πληροῦντος τὰ ἐξ ὀργῆς τοῖς δυσσεβέσιν ἀπερρίμμενης;

Vers. 6. *Si clamabit tuba in civitate, et populus non expavescet? Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecit?*

Εἰ φωνήσει σάλπιγξ ἐν πόλει, καὶ λαὸς οὐ πτοηθήσεται; Εἰ ἔσται κακὰ ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησεν;

XXIX. Ego quidem, inquit, pro ira mea malis vos macto; prophetæ autem utiles sunt, et subserviunt ad verba tantum. Deferunt enim ad vos, quæ ipsis per Spiritum mando. Sed negligitis forsan, et C verberibus eos dire accipitis, propter sermonem nonnunquam duntaxat, quem aliquando edunt. Quid vero tandem, dic mihi, his perfecistis? Quis timor vos cepit? aut quam mutationem ad meliora instituistis? In civitate quidem si resonuerit tuba, bellum ab hostibus motum et armatorum adventum denuntiaverit, quis adeo omnem doloris sensum amisit, ut non incredibilem futurorum malorum metum concipiat? Meæ autem tubæ futura præcinere nunquam desinunt, et vos tamen nihil inde emolumenti percipitis. Cumque intelligatis vos ab hostibus devastatum iri, contra hujuscemodi terrores efferimini vehementer, ut fortassis etiam denuntiationem, ceu rem vanam irrideatis; quin et illud usitatum, et vecordibus consuetum acclametis: D « Visio quam hic videt, post dies multos eveniet, si eveniet, et in tempora longa iste vaticinatur[19]. » Quid igitur onerosos ducitis veluti buccinis canentes, si verba eorum pro nihilo putatis? Sed fortasse illud respondebitis, non mediocriter rerum eventu vos contristari. An igitur « Malum erit forte in civitate, quod Dominus non fecit? » Perinde ac si dicat: Num quisquam hominum ad civitatem aut morbis, aut obsidionibus, aut frugum corruptionibus, aut alio simili modo vexandam sufficiat? Quod si hominum nullus ista fecerit, potiusque in potestate et potentia Dei posita sunt,

ΚΘ'. Ἐγὼ μὲν, φησὶν, ἐπάγω τὰ ἐξ ὀργῆς, χρήσιμοι δὲ, καὶ μεσῖται πρὸς μόνους εἰσὶν οἱ προφῆται λόγους. Διαπορθμεύουσι γὰρ εἰς ὑμᾶς ἅπερ ἂν αὐτοῖς ἐντέλλομαι διὰ τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ' ὀλιγωρεῖτε τάχα που, καὶ ἀλλοιᾶτε σφόδρα, καὶ πρὸς μόνους τοὺς παρ' αὐτῶν ἔσθ' ὅτε λόγους. Τί γὰρ ὅλως, εἰπέ μοι, διὰ τούτων ὠφέλησθε; Ποῖος ὑμᾶς εἰσέδυ φόβος; Ἢ τίνα μεταβολὴν ἐσχήκατε πρὸς τὸ ἄμεινον; Ἐν πόλει μὲν γὰρ εἰ ἀναφωνήσειε σάλπιγξ, τὸν παρ' ἐχθρῶν ἥκοντα, καὶ κεκινημένον περιαγγέλλουσα πόλεμον, τίς οὕτως ἀνάλγητος, ὡς μὴ πάντη τε καὶ πάντως τὸν ἐκ τῶν ἐσομένων κακῶν εἰσδέξασθαι φόβον, Αἱ δὲ ἐμαὶ σάλπιγγες οὐ διαλελοίπασι, προαναφωνοῦσαί τε τὰ μέλλοντα. Ἀλλ' ὠφέλησθε μὲν παντελῶς οὐδὲν, μανθάνοντες δὲ ὅτι καταδηωθήσεσθε παρ' ἐχθρῶν, κατευμεγεθεῖτε λίαν τῶν εἰς τοῦτο δειμάτων, ὡς τάχα που καὶ διαγελᾷν, ὡς εἰκαῖόν τι χρῆμα, τὴν προαγόρευσιν. Καὶ μὴν κἀκεῖνο βοᾷν τὴ σύνηθες, καὶ τοῖς ἀπονοουμένοις ἐντριβές· « Ἡ ὅρασις ἣν οὗτος ὁρᾷ, εἰς ἡμέρας πολλὰς, καὶ εἰς καιροὺς μακροὺς οὗτος προφητεύει. » Τί οὖν ἡγεῖσθε φορτικοὺς, τοὺς οἱονεὶ σαλπίζοντας, εἰ μηδὲν ἡγεῖσθε τοὺς λόγους; Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνό φατε, ὡς οὐ μετρίως καταλυπεῖ τῶν πράξεων ἡ ἔκβασις. Ἆρα οὖν ἔσται « Κάκωσις ἐν πόλει τυχὸν, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησεν; » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Ἆρα τίς ἔσται τῶν ἐν ἀνθρώποις ἱκανὸς εἰς γε τὸ δύνασθαι κακῶσαι πόλιν ἢ νόσοις, ἢ πολιορκίαις, ἢ καρπῶν καταφθοραῖς, ἢ καθ' ἕτερόν τινα τοιοῦτον τρόπον; Εἰ δὲ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς τοιάδε δράσειεν ἄν, κεῖται δὲ μᾶλλον ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει Θεοῦ, τί τοῖς προαγγέλλουσι χαλε-

[19] Ezech. XII. 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παίνετε; Καίτοι μεταγνῶναι δέον, καὶ ταῖς εἰς τοῦτο βροπαῖς ἐκμειλίσσεσθαι τὸν λελυπημένον, καὶ κακοῦν ἰσχύοντα τοὺς ἡμαρτηκότας. Κακίαν δὴ ἐν τούτοις νοήσομεν γινομένην ἐν πόλεσι παρὰ Θεοῦ, οὐ φαυλότητα, μὴ γένοιτο· κάκωσιν δὲ μᾶλλον, ἤτοι τὴν ἐφ' ὁτῳοῦν ὀργήν τε καὶ κίνησιν, ἣν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπαρτήσειεν ἄν, ἐπιστρέφειν ἀναπείθων ἐπὶ τὰ πρεπωδέστερα. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Ἐν καμῷ τὰς σιαγόνας ἄγξαις, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. » Ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, « Καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, » καταδιάζεταί πως τοῖς ἐξ ὀργῆς ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ μεθίστησιν εὐσθενῶς ἔσθ' ὅτε τοῖς δείμασι, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς, οὓς οὐκ ἀναπείθει λόγος, καὶ ἡ τῶν συμφερόντων ὑφήγησις.

A **279** quid est cur prænuntiantibus irascimini? Atqui resipiscere oportebat, et occasionibus ad hoc idoneis placare irritatum, et qui peccatores affligere potest. Proinde his verbis intelligamus licet malum factum in civitatibus a Deo aliquid, non affine nequitiæ; absit! sed afflictionem magis, sive iram, quacunque de causa, et indignationem, quam peccantibus intenderit, quo eos ad honestiora pelliceret. Scriptum est enim : « In camo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te[80]. » Quoniam enim bonus est, « Et omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire[81], » suppliciis ex ira illatis ad meliora quodammodo compellit, et quibus verba utiliumque doctrina præcedens non persuadet, eos terroribus B atque minis ad virtutem inducit.

Διότι οὐ μὴ ποιήσῃ Κύριος πρᾶγμα, ἐὰν μὴ ἀποκαλύψῃ παιδείαν πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς προφήτας. Λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; Κύριος ἐλάλησεν, καὶ τίς οὐ μὴ προφητεύσῃ;

VERS. 7, 8. *Quia non faciet Dominus rem, nisi revelaverit eruditionem ad servos suos prophetas. Leo rugiet, et quis non timebit? Dominus locutus est, et quis non prophetabit?*

Λ'. Οὐχ οἱ προφῆται, φησὶ, τὰ ἐξ ὀργῆς ἐπάγουσί ποθεν, ἄνθρωποι γὰρ καὶ αὐτοί εἰσι καθ' ὑμᾶς τὴν φύσιν, τετίμηνται δὲ παρὰ Θεοῦ τῷ πάντα μανθάνειν, ἃ ἂν βούλοιτο πληροῦν, καὶ πόλεσί τε καὶ χώραις ἐπάγειν ἀγαθὰ τυχὸν, ἢ τὰ λυπεῖν εἰωθότα. Ἀλλ' ἴσως πρὸς τοῦτό φατε· Μανθανέτωσαν εἰ δοκεῖ, πλουτείτωσαν παρὰ σοῦ τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν, διατρανούσθω πάντα αὐτοῖς τὰ μυστήρια· λαλείτωσαν δὲ μηδενὶ, μήτε μὲν ταῖς τῶν ἀποσειομένων αὐτοὺς ἀκοαῖς ἐνηχείτωσάν τινα. Τί οὖν πρὸς ταῦτα παρὰ C Θεοῦ; « Λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; » Εἰ γὰρ ἐν τῷ βρυχᾶσθαι, φησὶ, τὸν λέοντα « Τὸ παναλκέστατον τῶν θηρίων » οὐκ ἂν γένοιτό τις ἀτεράμων οὕτως, καὶ σοβαρὸς, ὡς μὴ εἰσδέξασθαι πτοίαν, πῶς ἂν Θεοῦ λαλοῦντος τοῦ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ἀπαγγέλλειν αὐτοῖς προπτάττοντος ἃ μανθάνουσιν, οὐκ ἂν ἔδεισαν τὸν προστετακότα; Οὐ γάρ εἰσι καθ' ὑμᾶς καταφρονηταὶ, καὶ ἄτεγκτοι, καὶ ἐν οὐδενὶ ποιούμενοι λόγῳ τὰ τῷ πάντων δοκοῦντα Δεσπότῃ. Πανταχοῦ τοιγαροῦν ἀσφαλίζεται τοὺς ἁγίους, καὶ ἀποσοβεῖ τῶν προφητῶν τὰς τῶν ἐθελοκακούντων βλάβας. Τοῦτο δὲ ἦν ἕτερον οὐδὲν ἢ τῆς καθηκούσης φροντίδος ἀξιοῦν. Τὸ γὰρ ἐκ μέσου ποιεῖσθαι τοὺς ἰατροὺς, οὐδὲν ἂν εἴη, ἢ ἀνεπικουρήτους ἐπιτελεῖν τοὺς ἠρρωστηκότας. Τοῦτό τοι καὶ διὰ φωνῆς Δαβὶδ προαναφωνεῖ· « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου. » Καὶ πρὸς αὐτοὺς δέ πού φησι τοὺς προφήτας· « Καὶ ἔσται ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ μου. » Ἀδικήσει γὰρ οὐ μετρίως τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ταῖς τῶν ἁγίων κεφαλαῖς ἐπιτρίζων τοὺς ὀδόντας, καὶ ἀνοσίως ἐπιφυόμενος, καί τι τῶν ἐκτόπων ἐπάγειν οὐ παραιτούμενος.

XXX. Non prophetæ, inquit, pœnas irati alicunde invehunt; quando et ipsi homines sunt, vestrum natura similes. Hunc autem a Deo honorem consecuti sunt, ut norint omnia quæ ipsi facere libuerit, et quæ urbibus atque regionibus inducere commoda forte, aut incommoda voluerit. Sed occurretis, opinor : cognoscant, si ita videtur; notitia futurorum abs te augeantur; revelentur illis omnia mysteria, loquantur autem nemini, nec eos repellentium auribus quædam insonent. Quid igitur ad hæc Deus? « Leo rugiet, quis non timebit? » Si enim, dum rugit leo, inquit, « bestiarum fortissimus[82], » nemo ita præfractus fuerit et insolens, qui non pavescat, quomodo, Deo loquente mandanteque ipsis, ut quæ cognoscunt annuntient, jubentem non timebunt? Neque enim sunt sicut vos, contemptores et ferrei, quique omnium Domino visa floccipendant. Undique igitur communit sanctos, et a prophetis sponte sua improborum injurias avertit. Id quoque nihil est aliud, quam decenti cura populum dignari. Nam de medio tollere medicos, quid aliud sit quam ægrotos auxilio spoliare? Hoc item Davidis voce præmonet : « Nolite tangere christos meos[83]. » Et ad ipsos prophetas alicubi D ait : « Et erit, qui tetigerit **280** vos, quasi qui tangeret pupillam oculi mei[84]. » Haud enim mediocriter lædit animam suam, qui super sanctorum capitibus stridet dentibus, et eos invadit impie, et quidpiam indignum in eos audere non reformidat.

Ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἐπὶ ταῖς χώραις ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ εἴπατε· Συνάχθητε εἰς τὸ ὄρος Σαμαρείας, καὶ ἴδετε θαυμαστὰ πολλὰ ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ καταδυναστείαν ἐν αὐτῇ. Καὶ οὐκ ἔγνω ἃ ἔσται ἐναντίον

VERS. 9-11. *Annuntiate regionibus in Assyriis, et in regionibus in terra Ægypti, et dicite : Congregamini in montem Samariæ, et videte mirabilia multa in medio ejus, et oppressionem in ea. Et non cognovit quæ erunt contraria ipsius, dicit Dominus, thesauri-*

[80] Psal. xxxi, 9. [81] I Tim. ii, 4. [82] Prov. xxx, 30. [83] Psal. civ, 15. [84] Zach. ii, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

zantes iniquitates et miseriam in regionibus suis. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Tyrus, et in circuitu terra tua deserta erit, et detrahet de te fortitudinem tuam, et diripientur regiones tuæ.

XXXI. Rursum minatur se illaturum ipsis, quæ eo improbitatis progressos, ut a Deo resiliant, et prophetas objurgitent, et per Moysen sancita despuant, meritissimo sustinere ac perpeti par sit. Sciendum porro Hebræam editionem discrepare hoc loco ab interpretatione Septuaginta. Hebræi namque ediderunt, « annuntiate in regionibus Azoti, et in regionibus terræ Ægypti. » Septuaginta vero, « annuntiate regionibus in Assyria, et in regionibus Ægypti. » Et Azotus quidem Judææ vicina, credo, et confinis est, magnis autem spatiis ab ea dissita Assyriorum, hoc est, Persarum regio, ad ipsos prope terminos Orientis jacens. Sentimus igitur, nihil fore alieni, sive Azotii forte, sive Assyrii dicantur : utroque enim modo vera reperiuntur divinitus inspiratæ Scripturæ verba, quemadmodum etiam contextum propositum declarantes demonstrabimus. Nam quod indicatur, historiæ cujusdam commonefactionem habet, ex quarto Regum, et secundo Paralipomenon, quam commemorabo brevissime, ut ne scientibus verbosus videar. Regnavit quondam Hierosolymis Manasses, filius quidem Ezechiæ, verum patri moribus admodum dissimilis, et a pietate erga Deum remotissimus, homo perversus, et ad quidvis nefarium perpetrandum promptus, exsecrandus et idolorum cultor, dæmonumque impostoris mirifice addictus. Hic altaria et fana Baal ædificavit. Omnem militiam cœli adoravit. **281** Per ignem filios suos traduxit. Collegit augures, et quibus studium mentiendi, quique præcipuum ac singulare quiddam scire ferebantur, cum essent ignorantes, et e corde suo potius loquerentur ; et modus extremæ omnium nequitiæ fortasse nullus erat omnino, cui non impense operam dare vellet. Eo rege, Deus per prophetam de Jerusalem et tota provincia Judæorum dixit : « Ecce ego inducam super populum hunc mala, ut quicunque audierit, tinniant ambæ aures ejus [85]. » Postquam Manasses obiit, Amon filius ejus in regno successit, mali corvi malum ovum. Eadem quæ ille, in honore habuit. Vixit porro biennium tantum. Post hunc in regem unctus est Josias, filius ejus, vir sapiens, et solers, Deique amantissimus. De eo vaticinium edidit veniens in Bethel homo Dei, Jeroboam stante super altare, et vitulis immolandis festum diem dedicationis ejus celebrante. Ait enim : « Altare, hæc dicit Dominus : Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum sacrificantium super te, et ossa hominum super te incendet [86]. » Inito siquidem regno, Josias idolorum delubra destruxit, altaria evertit, lucos succidit, cur-

αὐτῆς, λέγει Κύριος, οἱ θησαυρίζοντες ἀδικίας καὶ ταλαιπωρίαν ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· Τύρος, καὶ κυκλόθεν ἡ γῆ σου ἐρημωθήσεται, καὶ κατάξει ἐκ σοῦ τὴν ἰσχύν σου, καὶ διαρπαγήσονται αἱ χῶραί σου.

ΛΑ'. Ἀπειλεῖ δὴ πάλιν ἐπάγειν αὐτοῖς ἅπερ ἦν εἰκὸς ὑπομεῖναι καὶ παθεῖν τοὺς εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀφιγμένους φαυλότητος, ὡς ἀποθρώσκειν Θεοῦ, καὶ προφήτας ἐπιτιμᾷν, καὶ ἀλογῆσαι παντελῶς τῶν διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων. Ἰστέον δὲ ὅτι διαπεφώνηκεν ἐν τούτοις ἥτε τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, καὶ ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα γραφή. Ἑβραῖοι μὲν γὰρ ἐκδεδώκασιν, « Ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀζωτίοις, καὶ ἐπὶ ταῖς χώραις τῆς Αἰγύπτου. » Οἱ δέ γε Ἑβδομήκοντα, « Ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀσσυρίᾳ, καὶ ἐπὶ τὰς χώρας τῆς Αἰγύπτου. » Καὶ Ἄζωτος μὲν γείτων τάχα που, καὶ ὁμορός ἐστι τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ, διῴκισται δὲ λίαν ἡ τῶν Ἀσσυρίων, τουτέστιν, ἡ Περσῶν καὶ Μήδων πρὸς αὐτοῖς οἱονεί πως τέρμασι τῆς ἑώας κειμένη. Φαμὲν οὖν, ὅτι τὸ λυποῦν οὐδὲν, κἂν εἰ Ἀζώτιοι τυχὸν, ἤγουν Ἀσσύριοι λέγωνται. Κατ' ἄμφω γὰρ ἀληθεύσει τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ λόγος, καθάπερ ἀμέλει τὰ ἐν τῷ προκειμένῳ διασαφοῦντες ἐπιδείξομεν. Ἔχει μὲν ἱστορίας ἀνάμνησιν τὸ δηλούμενον ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν κειμένην, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων. Ποιήσομαι δὲ τὴν ἀφήγησιν εὖ μάλα συνεσταλμένως, ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἐν εἰδόσι μακρηγορεῖν. Βεβασίλευκε κατὰ καιροὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Μανασσῆς, ὃς Ἐζεχίου μὲν ἦν υἱὸς, ἑτερότροπος δὲ λίαν, καὶ τῆς τοῦ πατρὸς εὐσεβείας ὡς ἀποτάτω. Γέγονε γὰρ ἀνὴρ πονηρὸς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων εὔκολος, βδελυρὸς, καὶ εἰδωλολάτρης, καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων ἀπάταις οὐ μετρίως προσκείμενος. Οὗτος ἀνεδείματο βωμοὺς, καὶ τεμένη τῷ Βάαλ. Προσκεκύνηκεν ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Διήγαγεν ἐν πυρὶ τὰ ἴδια τέκνα, συγκεκρότηκεν οἰωνοσκόπους, καὶ τοὺς οἷς μελέτη τὸ ψευδοεπεῖν, τοὺς οἰομένους μέν τι τῶν ἀναγκαίων εἰδέναι, μὴ μέν τοι καὶ εἰδότας, λαλοῦντας δὲ μᾶλλον τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν. Καὶ τρόπος ἦν τάχα παντελῶς οὐδεὶς τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης φαυλότητος, τοῖς ἐκείνου θελήμασιν ἀνεπιτήδευτος. Αὐτοῦ δὲ βασιλεύοντος ἔφη που Θεὸς διὰ φωνῆς προφήτου περί τε τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάσης τῆς Ἰουδαίας χώρας· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον κακὰ, ὥστε παντὸς ἀκούοντος αὐτὰ, ἠχήσει ἀμφότερα τὰ ὦτα αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ τετελεύτηκεν ὁ Μανασσῆς, διαδέχεται τὸ σκῆπτρον Ἀμὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τῆς τοῦ πατρὸς φαυλότητος ἀποδέων οὐδέν. Τετίμηκε γὰρ ὅσα κἀκεῖνος. Ἔτη δὲ μόνα διεβίω δύο. Εἶτα μετ' ἐκεῖνον κέχρισται πάλιν εἰς βασιλέα Ἰωσίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, σοφὸς, καὶ ἀγχίνους ἀνὴρ, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτων. Αὐτὸν προεκήρυττεν ἀφιγμένος εἰς Βαιθὴλ ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, Ἱεροβοὰμ ἑστῶτος ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐγκαινίζοντος ταῖς δαμάλεσι τὴν ἑορτήν. Ἔφη γὰρ οὕτω· « Θυσιαστήριον, λέγει

[85] IV Reg. xxi, 12. [86] III Reg. xiii, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Κύριος· Ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ, καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, τῶν ἐπιθυόντων ἐπὶ σὲ, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων κατακαύσει ἐπὶ σέ. » Βεβασιλευκὼς γὰρ Ἰωσίας, καθεῖλε μὲν τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, κατέσκαψε δὲ τὰ θυσιαστήρια, κατηφάνισε τὰ ἄλση, κατέκαυσε τὸ ἅρμα τοῦ ἡλίου, κατέσφαξε τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν ἐν Βαιθὴλ, ὀστᾶ ἀνθρώπων ἐνέπρησεν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου τῶν δαμάλεων, ἤλασε τοὺς γνώστας, ψευδοπροφήτας δή λέγω, καὶ ψευδομάντεις, καὶ ἐγγαστριμύθους. Ἐκέλευσε κρατεῖν, καὶ ἰσχύειν ἐν τῷ Ἰσραὴλ τὰ διὰ Μωσέως τεθεσπισμένα. Ἐπ' αὐτοῦ τεθύκασι τὸν ἀμνὸν, καὶ τὸ Πάσχα τετελέκασιν Ἱεροσολύμοις. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀγαθὸς, καὶ γνήσιος μετὰ Θεοῦ, πέμπει πρὸς Ὀλδὰν τὴν προφήτην, διαπυνθάνεσθαι ζητῶν, εἰ κατέληξε τῆς ὀργῆς ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, εἰ ἐν καλῷ κείσεται τῆς εὐημερίας ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ἀργήσει λοιπὸν τὰ διὰ φωνῆς προφητῶν ἐπ' αὐτῶν προαπηγγελμένα. Ἡ δὲ πρὸς αὐτούς· « Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Εἴπατε τῷ ἀνδρὶ τῷ ἀποστείλαντι ὑμᾶς πρὸς μέ· Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω κακὰ ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτῷ πάντας τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου, οὓς ἀνέγνω βασιλεὺς Ἰούδα. Ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπόν με, καὶ ἐθυμίων θεοῖς ἑτέροις, ὅπως παροργήσωσί με ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ἐκκαυθήσεται ὁ θυμός μου ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ οὐ σβεσθήσεται. Καὶ πρὸς βασιλέα Ἰούδα τὸν ἀποστείλαντα ὑμᾶς ζητῆσαι τὸν Κύριον, τάδε ἐρεῖτε πρὸς αὐτόν· Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Οἱ λόγοι μου οὓς ἤκουσας, ἀνθ' ὧν ἀπαλύνθη ἡ καρδία σου, καὶ ἐνετράπης ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὡς ἤκουσας ὅσα ἐλάλησα ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτῷ, εἶναι εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς καθάραν, καὶ διέῤῥηξας τὰ ἱμάτιά σου, καὶ ἔκλαυσας ἐνώπιόν μου· καί γε ἐγὼ ἤκουσα, λέγει Κύριος· ἰδοὺ προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου, καὶ συναχθήσῃ εἰς τὸν τάφον σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ὀφθήσεται ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἐν πᾶσι τοῖς κακοῖς οἷς ἐγὼ εἰμι ἐπάγων ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτόν. » Καὶ πεπλήρωται μὲν ὑπόσχεσις. Ἀνεβάλετο γὰρ τὴν ὀργὴν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης τὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ καιρόν.

A rum solis combussit, sacerdotes excelsorum in Bethel mactavit, ossa hominum super altare vitulorum incendit, ariolos expulit, pseudoprophetas inquam, et falsos vates, et qui in ventre dæmonem, interrogantibus responsa dantem habebant [87]. Quæ Moyses sanxisset, in Israel auctoritatem obtinere et valere jussit. Sub eo agnum immolarunt, et Pascha Hierosolymis egerunt. Quoniam autem bonus erat, et cum Deo sincere agebat, ad Oldam prophetidem percunctatum quæsitumque misit, num desiisset irasci universorum Dominus; num bene futurum Israelitis, et cessatura esset deinceps prophetarum vocibus illis prænuntiata calamitas? Quæ ita respondit: « Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me: Hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam mala super locum istum, et super habitatores ejus, cunctaque maledicta, quæ scripta sunt in libro hoc, quem legit rex Juda; quia dereliquerunt me, et sacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum suarum. Et succendetur furor **282** meus super locum istum, et non exstinguetur. Ad regem autem Juda, qui misit vos ad quærendum Dominum, sic loquimini: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quoniam audisti verba voluminis, et emollitum est cor tuum, et humiliatus es in conspectu Dei super his quæ dicta sunt contra locum hunc et habitatores Jerusalem, fore in deletionem et maledictum, et scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me, ego quoque exaudivi te, dicit Dominus. Ecce ego te colligam ad patres tuos, et infereris in sepulcrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum et super habitatores ejus [88]. » Et impleta est promissio. Distulit enim iram universorum Dominus per tempus regni ejus.

Ἦσαν δὲ τριάκοντά τε ἔτη καὶ ἕν. Ἐν δέ γε τῷ λοίσθῳ καιρῷ κατεστράτευσε τῆς Βαβυλῶνος Φαραὼν Νεχαὼ τῆς Αἰγυπτίων ὁ ἡγούμενος, καὶ τῆς ἐνεγκαμένης ἐξέθει πανστρατιᾷ. Ἐπειδὴ δὲ ἦν Ἰωσίας ἐν ὑποψίαις, μὴ ἄρα τὴν Ἰούδα καταδῃώσων ἀφίκετο, τὸν πολέμου νόμον ὡπλίζετο, καὶ ὑπαντιάζειν ἤθελεν. Ὁ δὲ ἀποχωρεῖν ἐκέλευεν, ἐπείγεσθαι φήσας ἐπὶ τὸν ποταμὸν Εὐφράτην, καὶ εἰς τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀποκομίζεσθαι χώραν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο περιττῶς συνετάττετο, πλήττεται μὲν ἐν τῷ πολέμῳ. Τεθνεὼς δὲ, λοιπὸν οἴκοι τε καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνεκομίζετο. Καὶ κέχρισται μὲν εἰς βασιλέα Ἰωάχας ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Τρίτον δὲ μόλις διατελέσαντα μῆνα μετέστησε τῶν σκήπτρων ὁ Φαραὼν Νεχαὼ, καὶ δεσμεύσας εἶχεν ἐν Αἰγύπτῳ τηρούμενον. Ἐπὶ πολλοῖς δὲ χρήμασι κατένευσε μόλις βασιλεύειν ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν Ἐλιακεὶμ, ἤγουν Ἰωακεὶμ,

Præterierunt autem anni unus supra triginta, cum ad extremum Pharao Nechao, princeps Ægypti, adversus Babylonem expeditione suscepta, toto cum exercitu e patria excurrit. Quia vero Josias regionem Juda vastaturum adventare suspicabatur, ut in bellc arma sumpsit, et occurrere cogitavit. Qui eum recedere jussit, professus se ad Euphratem fluvium festinare, et in Assyriam contendere. Quia tamen nihil ominus manum temere conseruit, in prælio occubuit, et domum Hierosolymam a suis reportatus est, et unctus in regem Joachaz filius ejus. Qui cum vix trimestre regnasset, sceptro exutum et vinctum Pharao Nechao in Ægypto sub custodia servavit, et vix grandi accepta pecunia annuit, ut Eliacim, sive Joacim, ipse quoque Josia genitus, Hierosolymis regnaret. Pressit autem adeo Israelem Nechao, Samaritanos, inquam, et Hierosolymitanos, ut etiam

[87] IV Reg. xxiii, passim. [88] IV Reg. xxii, 16 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tributa populo terræ totius imponeret, et vectigalia ab omnibus exigeret. In hoc rerum statu, Joacim regnum administrante, ascendit Nabuchodonosor, et occupavit Hierosolymam ita, ut Eliacim in servitutem redigeret, et ei quoque tributa imperaret, totamque plane urbem ferro devastaret [89]. Neque vero sceleratis hominibus hac mensura calamitatibus admetiendis quievit Deus, sed insuper adjecit aliud grave, et onerosissimum. Ab omni enim finitima regione et terra, a Syris puta, et Tyriis, et Azotiis, et Idumæis, et **283** Moabitis latrunculorum cœtus per loca discurrentes Judæam depopulabantur. Sic enim scriptum est in quarto Regum : « Tum cœpit tributa exigere, ut darent argentum in os Pharaonis, et ab unoquoque pro viribus aurum et argentum exigebatur, a rege terræ, ut daret illud Pharaoni Nechao. Viginti quinque annorum erat Joacim cum regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem, et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus [90]. In diebus ejus venit Nabuchodonosor in terram, et factus est ei servus tribus annis, et rursum rebellavit contra eum. Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæos, et latrunculos Tyrios, et latrunculos Moabitas, et filiorum Ammon contra Samariam [91]. » Hæc igitur omnia Israel, ut Dei gloriæ contemptor et impie corruptus, dum opera manuum suarum adorare voluit, perpessus est. Narrata a nobis quantum satis fuit historia, age propositum explicando deinceps percurramus. « Annuntiate regionibus in Assyria et Ægypto, et dicite : Congregamini in montem Samariæ, et videte mirabilia multa in medio ejus, et oppressionem in ea. » Tantum non, inquit, quam celerrime quis annuntiet Ægyptiis et Assyriis, et manu valida incursent montes Samariæ, sive regionem ipsam : montosam quippe dicunt esse. Cum venerint, videbunt in ipsa mirabilia multa et oppressionem improvisam. Qui enim olim vincebant, miserabiles erunt, servitutis jugum ferentes, inquit. Qui supercilium in sublime contra omnes gentes, ut verbo dicam, erigebant, miserandi, et sub pedibus hostium prostrati jacebunt, et tantam tyrannidem patientur, ut vitam retinere in servitute, et tributum pendere victoribus satis habeant. « Sed non cognovit Samaria, inquit, quæ erunt contra ipsam, » hoc est, quæ ipsi adversa evenient. Deinde, ubi « de cætero thesaurizantes iniquitatem, et miseriam in regionibus suis? » Quid enim profuit, inquit, avaritia et cumulare peccata, dum nolunt scire quæ Dei sunt? Num usque ad Assyriorum et Ægyptiorum incursionem clades peccatoribus differetur? Nequaquam, ait : « Propterea hæc dicit Dominus : Tyrus, et terra in circuitu tuo desolabitur, et confringam ex te robur tuum, et diripientur regiones tuæ. » Quod dicitur, « Tyrus, » **284** et « in circuitu, » sic intelliges. A Tyro, inquit, et a circumjecta terra desolabitur regio tua, incursantibus eam latrunculorum gregibus. Tunc

A υἱὸν ὄντα καὶ αὐτὸν Ἰωσίου. Κατεδιάζετο δὲ οὕτω τὸν Ἰσραὴλ, τούς τε ἐν Σαμαρείᾳ, φημὶ, καὶ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις, ὡς καὶ δασμοὺς ἐπιθεῖναι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν χώραν, καὶ τέλη παρὰ πάντων ζητεῖν. Ἐχόντων ὧδε τῶν πράξεων, καὶ διέποντος τὴν βασιλείαν Ἰωακεὶμ, ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ. Κατεκράτησε δὲ οὕτω τῶν Ἱεροσολύμων, ὡς ἐλεῖν μὲν εἰς δοῦλον τὸν Ἐλιακεὶμ, δασμολογῆσαι δὲ καὶ αὐτὸν, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς καταδηῶσαι τὴν πόλιν. Καὶ οὐ μέχρι τούτων ἐπεμέτρει Θεὸς τοῖς ἀνόσιον πεπραχόσι τὴν συμφοράν, προσετίθη δέ τι καὶ ἕτερον δυσαχθὲς, καὶ φορτικώτατον. Ἀπὸ πάσης γὰρ τῆς περιοικίδος γῆς τε καὶ χώρας, ἀπό τε Σύρων, φημὶ, Τυρίων τε καὶ Ἀζωτίων, Ἰδουμαίων, καὶ Μωαβιτῶν, λῃστρικὰ συγκροτήματα κατὰ τόπους ἐκθέοντα τὴν τῶν Ἰου-
B δαίων κατελῃζοντο γῆν. Γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τοῖς Παραλειπομένοις· « Τότε ἤρξατο φορολογεῖσθαι τοῦ δοῦναι τὸ ἀργύριον ἐπὶ στόμα Φαραὼ, καὶ ἕκαστος κατὰ δύναμιν ἀπῃτεῖτο τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον παρὰ τοῦ τῆς γῆς βασιλέως, δοῦναι αὐτὸ Φαραὼ Νεχαώ. Εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν Ἰωακεὶμ ἦν ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ ἕνδεκα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐναντίον Κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησαν οἱ πατέρες αὐτοῦ. Ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἦλθε Ναβουχοδονόσορ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἦν δουλεύων αὐτῷ ἔτη τρία. Καὶ ἀπέστειλε Κύριος εἰς αὐτοὺς τοὺς Χαλδαίους, καὶ λῃστήρια Τύρων, καὶ λῃστήρια Μωαβιτῶν, καὶ υἱῶν Ἀμὼν κατὰ
C τῆς Σαμαρείας. » Ταυτὶ δὴ πάντα συνέβη παθεῖν ὡς ὀβρικότα τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, καὶ ἀνοσίως κατεφθαρμένον ἐπὶ τὸ βούλεσθαι προσκυνεῖν, τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Εἰρημένης δὴ οὖν ἀποχρώντως ἡμῖν τῆς ἱστορίας, φέρε τὸ ῥητὸν ἐπιτροχάδην ἐπιόντες λέγωμεν. « Ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀσσυρίᾳ, καὶ ἐπὶ τὰς χώρας τῆς Αἰγύπτου, καὶ εἴπατε· Συνάχθητε ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς Σαμαρείας, καὶ ἴδετε θαυμαστὰ πολλὰ ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ τὴν καταδυναστείαν τὴν ἐν αὐτῇ. » Μονονουχὶ γὰρ, φησὶν, ἀπαγγελλέτω τις ᾗ τάχος Αἰγυπτίοις καὶ Ἀσσυρίοις, καὶ καταθεόντων εὐσθενῶς τὰ ὄρη Σαμαρείας, ἤτοι
D τὴν χώραν αὐτὴν· ὀρεινὴν γὰρ εἶναί φασιν. Οἱ δὲ ἐπειδὰν ἥκωσιν ὄψονται ἐν αὐτῇ θαυμαστὰ πολλὰ, καὶ ἀδόκητον καταδυναστείαν. Οἱ γὰρ πάλαι νικῶντες, ἐλεεινοὶ, καὶ ἐν δουλείᾳ ἔσονται, φησίν. Οἱ ὀφρὺν ἀνασπῶντες τὴν ὑπερτενῆ κατὰ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν ἐθνῶν, οἰκτροὶ κείσονται, καὶ κατερριμμένοι, καὶ ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν. Καὶ τοσαύτην ὑπομενοῦσι καταδυναστείαν, ὡς ἀγαπητὸν ἡγεῖσθαι τὸ σώζεσθαι, καὶ ζῆν ἐν δουλείᾳ, καὶ δασμὸν εἰσφέρειν τοῖς νενικηκόσι. « Ἀλλ' οὐκ ἔγνω, φησὶν, ἡ Σαμάρεια ἃ ἔσται ἐναντίον αὐτῆς, » τουτέστιν, ἃ συμβήσεται κατ' αὐτῆς. Εἶτα, ποῦ « Λοιπὸν οἱ θησαυρίζοντες ἀδικίαν καὶ παλαιπωρίαν ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν; » Τί γὰρ ὤνησεν ἡ πλεονεξία, φησὶ, καὶ τὸ σωρεύειν αὐτοὺς ἁμαρτίαν, διὰ τὸ μὴ θέλειν εἰδέναι τὰ τοῦ Θεοῦ; Ἆρ' οὖν μέχρι τῆς Ἀσσυρίων τε καὶ Αἰγυπτίων ἐφόδου τὰ τῆς συμφορᾶς τοῖς ἡμαρτηκόσι

[89] IV Reg. XXIV, 1, 10. [90] IV Reg. XXIII, 35-37. [91] IV Reg. XXIV, 1, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κείσεται; Οὐδαμῶς, φησί. « Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· Τύρος, καὶ κύκλωθεν ἡ γῆ σου ἐρημωθήσεται, καὶ κατάξω ἐκ σοῦ ἰσχύν σου, καὶ διαρπαγήσονται αἱ χῶραί σου. » Τὸ δὲ « Τύρος, » καὶ « κύκλωθεν, » ὧδέ που νοήσῃς· Ἀπὸ τῆς Τύρου, φησὶ, καὶ ἀπὸ τῆς κύκλωθεν, καὶ περιοίκου γῆς ἐρημωθήσεταί σου ἡ χώρα, καταθεόντων αὐτῆς συγκροτημάτων λῃστρικῶν. Τότε γάρ σου κατάξουσι τὴν ἰσχύν, ἀντὶ τοῦ, πᾶσα δύναμίς σου συνθραυθήσεται, μονονουχὶ καὶ ἀτονήσει συγκεκλασμένη. Οὐκοῦν, εἰ λέγοι τυχὸν ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, « Ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀζωτίοις, » καὶ εἰ ἔχει πάλιν ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα τὸ, « ἐν Ἀσσυρίᾳ, » ἀληθεύσει κατ' ἄμφω τὸ εἰρημένον. Διήρπασαν γὰρ οὐκ Ἀσσύριοι μόνον, ἀλλὰ καὶ Σύροι καὶ Ἀζώτιοι καταπληθὺν ἐκτρέχοντες, καὶ τρόπῳ λῃστείας ἀδικοῦντες τὸν Ἰσραήλ.

enim robur tuum confringent, pro, omnis virtus tua confringetur, et confracta quasi languebit et torpescet. Quare si forte in Hebræorum editione est, « annuntiate regionibus in Azotiis, » et in Septuaginta, « in Assyria, » ambæ verum dicunt. Non solum quippe Assyrii, sed etiam Syri et Azotii cum copiis Israelem incursarunt, et latronum more divexarunt.

Τάδε λέγει Κύριος· Ὃν τρόπον ὅταν ἐκσπάσῃ ποιμὴν ἐκ στόματος τοῦ λέοντος δύο σκέλη, ἢ λοβὸν ὠτίου, οὕτως ἐκσπασθήσονται υἱοὶ Ἰσραὴλ, οἱ κατοικοῦντες ἐν Σαμαρείᾳ, κατέναντι τῆς φυλῆς, καὶ ἐν Δαμασκῷ.

VERS. 12. *Hæc dicit Dominus : Sicut avellet pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic avellentur filii Israel, qui habitant in Samaria contra tribum, et in Damasco.*

ΛΒ'. Ἐπιτήρει πανταχοῦ, καὶ σφόδρα θαυμάσεις τῆς προφητείας τὴν νῆψιν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εἰσάπαν ἀπόλωλεν ὁ Ἰσραὴλ, σέσωσται δὲ τὸ κατάλειμμα κατά γε τὴν Ἡσαΐου φωνὴν, ἵνα μὴ δοκοίη ψευδοεπεῖν ἡ ἀλήθεια, συνεισφέρει γὰρ πάντως ταῖς προαγορεύσεσι τῶν κακῶν τὸν ἐξ ἡμερότητος ἔλεον. Ὥσπερ τοίνυν, φησὶ, κορεσθέντος λέοντος, καὶ τὸ ληφθὲν εἰσάπαξ κατεδηδοκότος ζῶον, ὀλίγα μόλις ἀπομένει λείψανα, δύο σκέλη τυχὸν, ἢ καὶ ὠτίου μέρος, καὶ ταῦτα κλαίοντες οἱ βοτῆρες συλλέγουσιν· οὕτω γενήσεται τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐν Δαμασκῷ, τοῖς « κατέναντι φυλῆς, » τουτέστι, τοῖς ἐχθρὰ πεφρονηκόσι, καὶ ἀνθισταμένοις ἀεὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων φυλῇ. Οἱ μὲν γὰρ οἰκοῦντες τὴν Σαμάρειαν ἥλωσαν κατακράτος, καὶ πεπόρθηνται παρ' ἐχθρῶν, καὶ δαπανήσαντος τοῦ πολέμου μονονουχὶ σύμπαντας, ὀλίγοι κομιδῇ διεκομίζοντο μόλις, καὶ τῶν τεθνεώτων λείψανα μεμενήκασιν ἐν τῇ χώρᾳ. Ἤγουν καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ἐξεσπάσθησαν, ὡς ἐκ στόματος λέοντος. Ἀπενηνεγμένοι μὲν εἰς τὴν Ἀσσυρίαν, ἀνέντες δὲ κατὰ καιροὺς τῆς αἰχμαλωσίας, ὑπενόστησαν πάντες μὲν οὔ, ἀλλ' ὀλίγα παντελῶς τῶν ἀποκομισθέντων λείψανα. Ὅτι δὲ καὶ τὴν Δαμασκὸν κατὰ καιροὺς εἶχεν ὁ Ἀσσύριος Θεγλαφαλασὰρ, καὶ μετῴκισεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ, παντὶ τῳ σαφὲς, καθάπερ ἐγῷμαι· ὡς γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν γέγραπται, κέκληταί ποτε πρὸς ἐπικουρίαν τοῦ βασιλέως Ἰούδα, πολεμούντων αὐτῷ τηνικάδε Φακεὲ τοῦ Ῥομελίου βασιλέως Ἰσραὴλ, καὶ μέν τοι καὶ Ῥαασὼν βασιλέως Συρίας. Ἀφιγμένος δὲ τόν τε Ῥαασὼν ἀπέκτεινε, καὶ αὐτὴν εἶλε τὴν Δαμασκόν.

XXXII. Observa ubique, et admiraberis vehementer prophetæ providentiam. Quia enim non totum Israelem simul perdidit, sed reliquiæ quædam conservatæ sunt [92], secundum vocem Isaiæ, ne veritas falsum dixisse videretur, omnino cum prædictionibus malorum simul misericordiæ ex mansuetudine meminit. Quemadmodum igitur satiato leone, inquit, cum solivagam animantem simul et semel devoravit ; vix parvæ reliquiæ remanent, duo crura puta, aut etiam pars auriculæ, easque pastores flentes colligunt ; ita fiet filiis Israel, Samariam et Damascum habitantibus, « contra tribum, » hoc est, Judæorum tribum odiis prosequentibus, eique perpetuo adversantibus. Incolæ enim Samariæ vi capti et ab inimicis expugnati, et cum bellum omnes propemodum consumpsisset, vix pauci admodum transportati sunt, mortuorumque cadavera in regione manserunt. Sive etiam, alio modo, velut e faucibus leonis erepti sunt. Abducti enim in Assyriam, et tempore expleto libertate donati, non quidem omnes, sed pauci omnino eorum qui abducti fuerant, redierunt. Habuisse autem Damascum aliquando et Theglaphalasar Assyrium, et cives illos in Assyriam transtulisse, neminem latet, ut opinor. Ut enim in quarto Regum legimus, vocatus est quodam tempore in auxilium regis Juda, Phacee, filio Romeliæ rege Israel, **285** et Rasi, rege Syriæ, illum oppugnantibus. Ubi venit, Rasin occidit, ipsam Damascum cepit [93].

Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο καὶ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους τὴν ἐκ τῆς προκειμένων δύναμιν ἀποφέρειν, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ βαδιεῖται. Συνήσει γὰρ δὴ, καὶ λίαν ὀρθῶς, ἐκεῖνο διενθυμούμενος, ὡς ἥρπασε μὲν ὁ Σατανᾶς, καὶ κατεδήδοκε τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ θηρίων ἀνημέρων δεινότερον· ἀλλ' ἐπεφάνη, καὶ βεβοήθηκεν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων, ἐξέσπασεν ἡμᾶς τούς τε ὑπολελειμμένους ἐν ζῶσι, καὶ τοὺς ἤδη τεθνεῶτας. Ὡς γάρ φησιν ὁ

Ac si quis propositorum sententiam generatim ad omnes homines referre voluerit, a scopo non aberrabit. Intelliget enim sic, et rectissime quidem, illud cogitans, Satanam in terra versantes rapuisse ac devorasse atrocius quam immanes belluæ solent. Sed apparuisse et occurrisse pastorem bonum, qui posuit animam suam pro ovibus suis [94], et eripuisse nos quique relicti eramus inter vivos, et qui jam eramus mortui. Nam, ut ait Psaltes : « Molas leo-

[92] Isa. xxxvii, 31. [93] IV Reg. xvi, 9. [94] Joan. x, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

num confregit Dominus [95]. » Et Paulus : « Mortuus est, et revixit, ut vivorum et mortuorum dominaretur [96]. »

VERS. 13-15. *Sacerdotes, audite, et contestamini domui Jacob, dicit Dominus Deus omnipotens. Quia in die, cum ulciscar impietates Israel super eum, et ulciscar super altaria Bethel, et suffodientur cornua altaris, et cadent super terram. Confundam et percutiam domum pinnatam super domum æstivam, et peribunt domus eburneæ, et adjicientur domus aliæ et multæ, dicit Dominus.*

XXXIII. Redit ad narrationem evidentem eorum, quæ manent sceleratos, eumdem sermonem iterans et dilatans sæpius ad utilitatem audientium. Quam rem non infructuosam esse intelligens, opinor, Paulus scribit quibusdam : « Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium [97]. » Mandat igitur sacerdotibus, tantum non clarissima voce contestari Israel, et singula mox futura illis prædicere. Et quosnam voce in longum penetrante clamare jussos intelligemus? ecquid sacerdotes vitulorum, aut aliorum fanorum, aut idolorum? Atqui hoc incredibile existimo. Nec enim illi sua ipsorum, et aliorum quos seduxerant mala proclamassent. Qui ergo sacerdotes huic muneri constituti sunt? Qui de familia Levi erant. Non enim omnes una lapsi sunt, cum iis, qui in Samaria in errorem abierunt. Non sustinuerunt servire idolis. A religione autem Samaritanorum refugientes, Hierosolymam sunt reversi, de quibus ita scriptum exstat libro secundo Paralipomenon. Sermo est de Jeroboam. **286** Deinde ejus potentiam enarrans, ait : « Imperavit super Judam et Benjamin. Sacerdotes autem et Levitæ, qui erant in universo Israel, venerunt ad eum ex omnibus finibus. Quia relinquebant Levitæ tabernacula habitationis suæ, et transibant ad Judam et Jerusalem, eo quod abjecisset eos Jeroboam, et posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur. Quia constituit sibi sacerdotes excelsorum [98]. » Nam quia hi de quibus loquimur non parum offensi fuerant, et cognatione, et sorte, et officio ipso sacrificandi expulsi, necessario ipsis potissimum idolorum ipsorum, et Samariæ vastationem promulgare præcepit : quodammodo ita eos consolans et docens, sapientes ea quæ Dei sunt [99], et universorum Domini amantes, non cum aliis perituros, sed iram divinam evasuros. Quando enim vindicavero, inquit, in Israelitas propter peccata eorum, « Tunc etiam ulciscar super altaria Bethel. Suffodientur enim cornua eorum, et cadent in terram. » An igitur hucusque tantum procedet vastatio Samariæ, et sufficiet templa duntaxat destruere eos, qui altaria diruere et evellere jussi sunt? Neutiquam. « Confundam enim, inquit, et percutiam pinnatam domum, et super domum æstivam. » Vitam delica-

Ψάλλων, « Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασε Κύριος. » Καὶ ὡς ὁ Παῦλός φησιν, « Ἀπέθανε, καὶ ἔζησε, ἵνα ζώντων καὶ νεκρῶν κυριεύσῃ. »

Ἱερεῖς, ἀκούσατε, καὶ ἐπιμαρτύρασθε τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Διότι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ὅταν ἐκδικῶ ἀσεβείας τοῦ Ἰσραὴλ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια Βαιθήλ. Καὶ κατασκαφήσεται τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ πεσοῦνται ἐπὶ τὴν γῆν. Συγχεῶ καὶ κατάξω τὸν οἶκον τὸν περίπτερον ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν θερινὸν, καὶ ἀπολοῦνται οἶκοι ἐλεφάντινοι, καὶ προστεθήσονται οἶκοι ἕτεροι καὶ πολλοί, λέγει Κύριος.

ΛΓ'. Ἐπάνεισι πάλιν εἰς ἀφήγησιν ἐναργῆ τῶν συμβησομένων τοῖς ἠσεβηκόσι, τὸν αὐτὸν πλειστάκις κατευρύνων λόγον εἰς δνησιν τοῖς ἀκροωμένοις. Ὅθεν, οἶμαί που, τὸ χρῆμα συνεὶς ὡς ἔστιν οὐκ ἀκερδὲς, ἐπιστέλλει τισὶ Παῦλος : « Τὰ αὐτὰ λέγειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. » Προστάττει δὴ οὖν τοὺς ἱερατεύοντας μονονουχὶ καὶ ὑψοῦ τὴν ἰδίαν ἱέντας φωνὴν διαμαρτύρασθαι τῷ Ἰσραὴλ, ἕκαστά τε τῶν ὅσον οὔπω συμβησομένων προαγορεύειν αὐτοῖς. Καὶ τίνας ἄρα νοήσομεν τοὺς διαπρύσιόν τι φωνεῖν ἐπιτεταγμένους; ἆρα τοὺς τῶν δαμάλεων ἱερέας, ἢ τοὺς τῶν ἑτέρων τεμενῶν, ἢ εἰδώλων; Ἀλλ', οἶμαι, τοῦτο ἀπίθανον. Οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι διεκήρυξαν τά τε σφῶν αὐτῶν καὶ τὰ τῶν ἑτέρων κακὰ, οὓς αὐτοὶ πεπλανήκασι. Τίνες οὖν ἄρα προστεταγμένοι τοῦτο δρᾷν ἱερεῖς; Οἱ ἐξ αἵματος τοῦ Λευΐ. Οὐ γὰρ πάντες συνωλισθήκασι τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ πεπλανημένοις. Οὐκ ἠνέσχοντο λατρεύειν εἰδώλοις. Ἀποπηδήσαντες δὲ τῆς Σαμαρειτῶν, ὑπενόστησαν εἰς Ἱεροσόλυμα· γέγραπται δὲ οὕτω περὶ αὐτῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων. Ἔστι μὲν οὖν ὁ λόγος περὶ τοῦ Ἱεροβοάμ. Εἶτα τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ δύναμιν ἐξηγούμενος, φησί· « Καὶ ἦσαν αὐτῷ Ἰούδας, καὶ Βενιαμίν. Οἱ Λευῖται, καὶ οἱ ἱερεῖς, οἳ ἦσαν ἐν παντὶ Ἰσραὴλ, συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ἐκ πάντων τῶν ὁρίων. Ὅτι ἐγκατέλιπον οἱ Λευῖται τὰ σκηνώματα τῆς κατασχέσεως αὐτῶν, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Ἰούδαν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὅτι ἐξέβαλεν αὐτοὺς Ἱεροβοὰμ, καὶ υἱοὶ αὐτοῦ, τοῦ μὴ λειτουργεῖν τῷ Κυρίῳ. Καὶ κατέστησε τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ οὗτοι περὶ ὧν ὁ λόγος, οὐ μετρίως λελύπηντο, καὶ συγγενείας καὶ κλήρου ἀπεληλαμένοι, καὶ λειτουργίας αὐτῆς, ἀναγκαίως αὐτοῖς δὴ μάλιστα κηρύττειν προστέταχε τῶν εἰδώλων αὐτῶν καὶ τῆς Σαμαρείας τὴν πόρθησιν, οἱονεί πως παραμυθούμενος, καὶ διδάσκων, ὅτι τὰ Θεοῦ φρονεῖν ἠρημένοι, καὶ τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην ἠγαπηκότες, οὐ συναπολοῦνται τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἔξω κείσονται τῆς ὀργῆς. Ὅταν γὰρ ἐπιφέροιμι, φησὶ, τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, « Τότε καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια Βαιθήλ· κατασκαφήσεται γὰρ τὰ κέρατα αὐτῶν, καὶ πεσοῦνται ἐπὶ τὴν γῆν. » Ἆρ' οὖν μέχρι τούτων τῆς Σαμαρείας ἡ πόρθησις, καὶ ἀρκέσει μόνον τὰ τεμένη καθελεῖν τοῖς καταδηοῦν ἐπιτεταγμένοις, καὶ κα-

[95] Psal. LVII, 7. [96] Rom. XIV, 9. [97] Philipp., III 1. [98] II Paral. XI, 12 14. [99] Coloss. III, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ταστάφ ι θυσιαστήρια ; Οὔμενουν. « Συγχεῶ γάρ, φησί, καὶ πατάξω τὸν οἶκον τὸν περίπτερον, ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν θερινόν. » Ὃ δὲ βούλεται δηλοῦν, τοιοῦτόν ἐστι· τρυφῶντες οἱ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πλουτεῖν ἔχοντες πλάτος, οἴκους ἑαυτοῖς κατεσκεύαζον χειμερίους τε καὶ θερινούς. Καὶ τὸν μὲν χειμέριον ὀνομάζει περίπτερον, τὸν οἱονεὶ πανταχόθεν πτεροῖς, ἢ τείχεσι περιεζωσμένον, ἵνα ταῖς τοῦ χειμῶνος ἐμβολαῖς μονονουχὶ καὶ ἀπρόσιτος ᾖ. Θερινὸν δὲ τὸν ἀνειμένον, καὶ ταῖς τῶν ἀνέμων ἐπιπνοίαις ἔκκειμενον. Οὐκοῦν τοῖς θυσιαστηρίοις, φησὶ, τοῖς κατεσκαμμένοις ὁμοῦ συγχεῶ καὶ κατάξω οἴκους τε χειμερίους καὶ θερινούς. Ἀπολοῦνται δὲ καὶ οἶκοι ἐλεφάντινοι. Μεμνήμεθα δὲ ὅτι βεβασιλευκὼς Ἀχαὰβ ἐν Σαμαρείᾳ τοιοῦτον ἑαυτῷ κατεσκεύασεν οἶκον. « Προστεθήσονται δὲ καὶ ἕτεροι πολλοί, » φησὶ, τουτέστιν, οἱ τῶν ὑποβεβηκότων, καὶ ἀσημοτέρων, ἤγουν λεπτῶν τε καὶ ἀγελαίων. Διόλωλε γοῦν ἅπασα λοιπὸν ἡ Σαμάρεια, παντὸς οἴκου κατασεσεισμένου.

A tam viventes in Samaria, et amplis divitiis prædi-ti, domos sibi hibernas et æstivas condebant. Et hibernam quidem vocat περίπτερον, velut undique pinnis aut muris cinctam, ut hiemalibus procellis tantum non inaccessa sit; æstivam autem laxiorem et ventorum afflatibus expositam. Igitur cum altaribus, inquit, suffossis et eversis simul confundam, et percutiam domos hibernas et æstivas. Peribunt etiam domus eburneæ [1]. Meminimus Achab regnantem in Samaria talem sibi domum excitasse. « Adjicientur porro et aliæ multæ, » inquit, hoc est, inferiorum et obscuriorum, sive tenuiorum et vulgarium. Periit itaque consequenter tota Samaria, domo qualibet conquassata.

Τί οὖν ἐντεῦθεν εἰσόμεθα, ὀρθὰ φρονεῖν ῥηθέντες; Ὡς οὐδὲν ὀνήσει λαμπρότης κοσμικὴ τοὺς ἔχοντας, οὐ πλοῦτος, οὐ δόξα, οὐχ ἕτερόν τι τῶν εἰς τρυφὴν, τῆς εἰς Θεὸν ἀπούσης ἀγάπης, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον τετιμημένης παρ' ἡμῖν τῆς δικαιοσύνης. « Οὐ γὰρ ὠφελήσουσι θησαυροὶ ἀνόμους, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. « Δικαιοσύνη δὲ ῥύεται ἐκ θανάτου. » Οὐκοῦν εἴη καὶ ἄμεινον παρὰ Θεῷ τὸ δικαιοσύνης ἐρᾶν, καὶ θησαυρίζειν ἐν οὐρανοῖς, τῆς τῶν ἄνω γλίχεσθαι μονῶν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος ἠρτῆσθαι φιλεῖν. Τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μικρά τέ ἐστι καὶ πρόσκαιρα, καὶ οὐδαμόθεν ἔχει τὸ βεβηκὸς εἰς ἀσφάλειαν, τὰ δὲ καὶ μένει, καὶ σώζεται, καὶ τοῖς ἀπεράντοις αἰῶσι συμπαρομαρτεῖ.

B Quid igitur hinc discemus, si sapere voluerimus? Claritatem mundanam habentibus nihil prodesse, non divitias, non gloriam, non aliud quidpiam molle ac delicatum, si charitas erga Deum absit, et nullo modo justitia a nobis colatur. « Non enim proderunt thesauri iniquis, » sicut 287 scriptum est: « justitia autem liberat a morte [2]. » Itaque et gratius Deo fuerit amare justitiam, et thesaurum cumulare in cœlis; superna tantum concupiscere, et libenter a spe in Deum pendere. Etenim quæ in hoc mundo sunt, exigua et temporanea, et nulla ex parte stabilia ac tuta sunt, illa vero et manent, se conservant, et infinitati sæculorum sese æquant [3].

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

C

CAP. IV.

Ἀκούσατε τὸν λόγον τοῦτον, δαμάλεις τῆς Βασανίτιδος, αἱ οὖσαι ἐν τῷ ὄρει Σαμαρείας, αἱ καταδυναστεύουσαι πτωχοὺς, καὶ καταπατοῦσαι πένητας, αἱ λέγουσαι τοῖς κυρίοις αὐτῶν· Ἐπίδοτε ἡμῖν ὅπως πίωμεν. Ὀμνύει Κύριος κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, διότι ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται ἐφ' ὑμᾶς, καὶ λήψονται ὑμᾶς ἐν ὅπλοις, καὶ τοὺς μεθ' ὑμῶν εἰς λέβητας ἐμποροι λιμοῦ. Καὶ ἐξενεχθήσεσθε γυμναὶ κατέναντι ἀλλήλων, καὶ ἀπορριφήσεσθε περὶ τὸ ὄρος τὸ Ῥεμμᾶν, λέγει Κύριος ὁ Θεός.

Vers. 1-3. *Audite verbum istud, vaccæ Basanitidis, quæ estis in monte Samariæ, quæ opprimitis mendicos, et conculcatis pauperes, dicentes dominis suis: Date nobis ut bibamus. Jurat Dominus per sancta sua, quoniam ecce dies venient super vos, et tollent vos in armis, et eos qui vobiscum, in lebetes negotiatores pestilentes. Et efferemini nudæ contra invicem, et projiciemini super montem Rhemnan, dicit Dominus Deus.*

ΛΔ'. Ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀγερωχίας, καὶ τρυφῆς οἱ τῆς Σαμαρείας περιφανέστεροι, καὶ ταῖς ἐκ πλούτου περιουσίαις τῶν ἄλλων πάντων ὑπερκείμενοι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, οἴκους ἑαυτοῖς κατεσκεύαζον λαμπρούς τε καὶ πολυτελεστάτους, καὶ πρέποντας τοῖς καιροῖς, χειμῶνί τε, φημὶ, καὶ θέρει, οἵ καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀπολοῦνται, προεκήρυξε τὸ χρησμῴδημα. Αὐτοὺς δὴ οὖν ἄρα τοὺς τῶν οἴκων δεσπότας, τοὺς ταῖς ἐξιτήλοις τρυφαῖς καταπαίνεσθαι μεμελετηκότας, δαμάλεις ἀποκαλεῖ τῆς Βασανίτιδος. Χώρα δ' ἡ Βασανῖτις εὔβοτός τε καὶ εὐανθὴς, καὶ πολὺ λίαν ἐπιτηδείως ἔχουσα πρὸς τὸ δύνασθαι καταπιαίνειν ἀμφιλαφῶς τὰ ἐν αὐτῇ βοσκόμενα. Ὡς οὖν εὐπαθοῦν-

XXXIV. Ex magna nimis superbia, et studio illecebrosarum voluptatum Samaritani insigniores, D et rerum affluentibus copiis cæteris omnibus eminentiores, sicut supra dixi, ædes sibi splendidas ac sumptuosissimas, et ad tempus, hibernum puta, æstivumque accommodatas ædificabant, quas omnimodis penitusque perituras oraculum prænuntiavit. Ipsos itaque ædium dominos, qui vanescentibus voluptatibus sese farciebant, vaccas Basanitidis appellat. Basanitis regio est ubere glebæ fecunda et florida, et ad pascentes in eo greges quam pinguissimos efficiendos in primis idonea. Quare ut se laute tractantes, et cuti curandæ deditissimos, deli-

[1] III Reg. xxii, 39. [2] Prov. x, 2. [3] II Cor. iv, 18.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ciasque studio habentes, Deus vaccis Basan comparat. Quos accusat, quod opprimerent pauperes, et tantum non pedibus suis mendicos protererent. « Pascua enim divitum sunt pauperes [a], » ut scriptum est. Addens autem : « Dicentes dominis suis : Date nobis ut bibamus, » jugi impatientes eos significat, et possessoribus cedere nescios, qui velut regium in eos imperium obtinerent; sed jam ex immoderata arrogantia etiam ipsis dominis suis modum quemdam familiaris, ac domesticæ obedientiæ præscribentes. **288** Audere enim dicere præpositis et majoribus, Date nobis ut bibamus, magis sibi ministrari, quam ministrare cupientium est. Quænam ergo jam horum est futura conditio, qui huc insaniæ prodierunt? « Jurat, inquit, Dominus per sancta sua, » id est per sanctificationes, sive mysteria (quæ tamen ipse est, nullum enim se majorem habet, per quem juret), quoniam sequentur tempora et dies, quando et vos ipsos ita luxui indulgentes, crapulæque et deliciis incumbentes timor dura patiendi ad labores militares, et arma capessenda impellet. Nihilominus etiam sic comparatos abducent cum charissimis liberis, et uxoribus, et adulatoribus, qui vobiscum versantes, longe plurimis laudibus vobis semper plauserunt, et ter beatos nominarunt. Hæc enim adulatorum natio altoribus suis semper acclamat. Sed illi igne incendentur, pestilentes enim sunt, et aliud nihil recipient, qui improbos et peccatis deditos observant et suspiciunt. Vos autem nudati gloria, et ab omnibus deliciis semotissimi, et veteri illa felicitate deinceps privati, abducemini servi et captivi, « Et projiciemini, inquit, in montem Rhemnan, » qui est in Armenia, in extremis recessibus Persarum situs; vicinæ enim et conterminæ regiones sunt. Licebit igitur hinc perspicere in acerbum finem voluptuariis studium ipsorum desiturum. Sicut ait Salvator : « Beati qui lugent [b]. » Desinunt enim in lacrymas deliciæ; finis autem laborum ac dolorum est requies. Idipsum testatur quidam his verbis : « Bonorum laborum fructus gloriosus [c]. » Nec absurdum sit conjicere per vaccas Basanitidis mulieres Samariæ intelligendas, quæ mollitie, et vestium luxu, et fuco illitis nitoribus delicias facientes, et decore corpori conciliando velut saginatæ, pauperes deprimebant, et mendicos conculcabant, atque ad impuras voluptates infirmos, et mendicitate spirituali conflictantes tantum non incendio quodam venereo consumebant; qui superni roboris divitiis carentes, perturbationum impulsibus cor valde emollitum et effeminatum habebant. Hæ igitur vaccæ dominis suis dicunt : « Date nobis ut bibamus. » Mulierculæ enim quæstuariæ semper viros appetunt, et quos irretiverint, summa inertia tantum non occidunt. Et quamvis eos dominos habeant, tamen ut amasiis voluptati succumbentibus, **289** quod maxime cupiunt, illis persuadent. Sed vos quidem, inquit, « O vaccæ, in

τας ἄγαν, καὶ ἅριστα τεθραμμένους, καὶ μαλέτην ἔχοντας τὴν τρυφὴν, δαμάλεσι ταῖς ἐκ Βασὰν παρεικάζει Θεός. Αἰτιᾶται δὲ, ὅτι κατεδυνάστευον πένητας, καὶ μονονουχὶ τοῖς ἰδίοις συνέθλων ποσὶ πτωχούς « Νομαὶ γὰρ πλουσίων πτωχοὶ, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Προσεπάγων δὲ, ὅτι « Αἱ λέγουσαι τοῖς κυρίοις αὐτῶν· Ἐπίδοτε ἡμῖν ὅπως πίωμεν, » ἀνυποτάκτους ὄντας ἔδειξεν, οὐδὲ αὐτοῖς εἴκειν ἀνεχομένους τοῖς κρατοῦσιν αὐτῶν, ὅσον εἰς βασιλίδα τιμὴν, ἀλλ' οἱονεί πως ἐξ ἀμετρήτου λοιπὸν ἀλαζονείας τὸ οἰκετικὸν καὶ αὐτοῖς τοῖς κυρίοις αὐτῶν ἀπονέμοντας μέτρον. Τὸ γὰρ δὴ φάναι τολμᾷν τοῖς προὔχουσι, καὶ ὑπερκειμένοις, Ἐπίδοτε ἡμῖν ὅπως πίωμεν, ἐπιθυμούντων ἐστὶ μᾶλλον ὑπηρετεῖσθαι ἢ ὑπηρετεῖν. Τί οὖν ἄρα συμβήσεται τοῖς εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀπονοίας ἐκβεβηκόσιν; « Ὀμνύει, φησὶ, Κύριος κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, » ἤγουν κατὰ τῶν ἁγιασμάτων ἤτοι μυστηρίων (ἃ ἐστι πάλιν αὐτὸς, κατ' οὐδενὸς γὰρ ἔχει μείζονος ὀμόσαι), ὅτι παρέπονται καιροὶ, καὶ ἡμέραι, ὅτε καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς τοὺς οὕτω τρυφῶντας, καὶ τεθραμμένους, καὶ σπαταλᾷν εἰωθότας, ὁ τοῦ παθεῖν φόβος ἐν τοῖς τοῦ πολέμου πόνοις, καὶ ἐν ὅπλοις γενέσθαι παρασκευάσει. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχοντας, καὶ ἐσκευασμένους λήψονται, φησὶν, ὁμοῦ φιλτάτοις, καὶ γυναιξὶ, καὶ κόλαξιν, οἳ μεθ' ὑμῶν ὄντες ἀεὶ, πλείσταις μὲν ὅσαις κατεκρότουν εὐφημίαις, ὠνόμαζον δὲ καὶ τρισμακαρίους. Ταῦτα γὰρ ἐπιφωνεῖ τοῖς τρέφουσιν ἀεὶ τῶν κολάκων τὰ γένη. Ἀλλ' ἐμπυρισθήσονται μὲν ἐκεῖνοι, λοιμοὶ γὰρ ἦσαν, καὶ ἕτερον οὐδὲν ἀποδεχόμενοι, τεθαυμακότες τοὺς αἰσχροὺς, καὶ φιλαμαρτήμονας. Γυμνοὶ δὲ δόξης ὑμεῖς, καὶ τρυφῆς ἁπάσης ὡς ἀποτάτω, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης εὐημερίας ἀπημφιεσμένοι, λοιπὸν ἀποκομισθήσεσθε δοῦλοι, καὶ αἰχμάλωτοι, « Καὶ ῥιφήσεσθε, φησὶν, ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Ῥεμνάν. » Ἔστι δὲ τῆς Ἀρμενίας, ἐν ἐσχάταις ἐκβολαῖς τῆς Περσῶν κείμενον γῆς, ἀγχιτέρμονες γὰρ, ὅμοροί τέ εἰσιν ἀλλήλαις αἱ χῶραι. Ἔσται τοίνυν ἐντεῦθεν ἰδεῖν, ὡς εἰς πικρὸν καταστρέφει τέλος τοῖς τρυφῶσι τὸ σπούδασμα, καθά φησιν ὁ Σωτήρ· « Μακάριοι οἱ πενθοῦντες. » Καταλήγει μὲν γὰρ εἰς δάκρυον ἡ τρυφὴ, πέρας δὲ πόνων ἀνάπαυσις. Καὶ μαρτυρήσει τις, λέγων· ὅτι « Πόνων ἀγαθῶν καρπὸς εὐκλεής. » Οὐκ ἀπίθανον δὲ δαμάλεις τῆς Βασανίτιδος τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ γυναῖκας ὑπονοεῖν, αἱ τρυφῇ τε καὶ χλιδαῖς, καὶ ταῖς εἰς ὡραϊσμὸν κοσμήμασιν ἐνσπαταλῶσαι, καὶ καταπιαινόμεναι ταῖς τοῦ σώματος ὥραις, κατηγωνίζοντο πένητας, καὶ κατεπάτουν πτωχοὺς, μονονουχὶ καταφλέγουσαι πρὸς ἐκτόπους ἡδονὰς τοὺς ἀσθενοῦντας εἰς τοῦτο, καὶ πτωχείαν ἔχοντας τὴν πνευματικήν. Οἱ τῆς ἄνωθεν εὐσθενείας τὸν πλοῦτον οὐκ ἔχοντες, τοῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς εὐδιάθρυπτον ἔχουσι τὴν καρδίαν. Λέγεται δὴ οὖν αἱ δαμάλεις λέγουσι τοῖς κυρίοις αὐτῶν· « Ἐπίδοτε ἡμῖν ὅπως πίωμεν. » Περιανδρίζεται γὰρ ἀεὶ τὰ τῶν γυναίων ἑταιριζόμενα, καὶ βλακείαις ταῖς ἄγαν μονονουχὶ καὶ ἀποκτείνουσι τοὺς συνηρπασμένους. Κἂν εἰ δεσπότας ἔχοιεν αὐτοὺς, ἀλλ' οὖν

[a] Eccli. xiii, 23. [b] Matth. v, 5. [c] Sap. iii, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐρῶντας ταῖς ἡδυπαθείαις ὑπεστρωμένους, τὸ αὐτοῖς ὅτι μάλιστα δοκοῦν πληροῦν ἀναπείθουσιν. Ἀλλ' ὑμᾶς μὲν, φησὶν, « Ὦ δαμάλεις, ἐν ὅπλοις λήψονται, » οὐκ ἐν τάξει τῶν ἐρώντων γεγονότες, οἱ κολακεύοντες ἀναπείθουσι, καὶ ὑποχοριζόμενοι θεραπεύουσι, διά τοι τὸ λίαν ἠττῆσθαι τῆς εἰς ὑμᾶς ἡδονῆς, ἀλλ' ὠμῶς, καὶ ἀγρίως, καὶ νόμῳ πολέμου, καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς μεθ' ὑμῶν τοὺς τρυφῶντας ἐραστὰς κατεμπορίσουσι. Γυμναὶ δὲ ὑμεῖς τῶν ἐκτόπων ἐκείνων ὡραϊσμῶν, εἰς τὸ ὄρος τὸ Ῥεμνὰν ἀποχομισθήσεσθε.

A armis tollent, » non ut amatores, qui adulantes persuadent, qui rebus parum honestis honesta nomina prætexentes obsequuntur, quod voluptati quam e vobis capiunt, vehementer inserviant; sed crudeliter ac ferociter, et lege bellica ipsos quoque vobiscum colludentes amatores vendent. Nudatæ autem vos ineptis illis cultibus, in montem Rhemnan auferemini.

Εἰσήλθετε εἰς Βαιθὴλ, καὶ ἠσεβήσατε, καὶ εἰς Γαλγαλὰ, καὶ ἐπληθύνατε τοῦ ἀσεβῆσαι.

Vers. 4. *Venistis ad Bethel, et impie egistis, et in Galgala, et multiplicastis ut impie ageretis.*

ΑΕ'. Παρατίθησιν εὐθὺς ταῖς δίκαις τὰ πλημμελήματα, καὶ ταῖς τῶν δεινῶν ἀφηγήσεσι γείτονα ποιεῖται χρησίμως τὴν τῶν ἀνοσιουργημάτων ἔνδειξιν ἐναργῆ, ὡς ἂν μὴ καταμωμήσαιτό τις, μήτε μὴν ἐπαιτιῶτο Θεὸν, ὡς ἀπηνεστέραν ἢ ἐχρῆν ποινὴν ἐπαρτήσαντα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ. Τάδε γὰρ, φησὶν, ἥξει ἐφ' ὑμᾶς, καὶ τάδε. Καὶ ἀνθ' ὅτου εἰς μέσον ἥξει, βοᾷ, « Εἰσήλθετε εἰς Βαιθὴλ, καὶ ἠνομήσατε, » ἔνθα τὴν δάμαλιν ἀπέθετο τὴν χρυσῆν ὁ θεομισὴς Ἱεροβοάμ. Ἐκεῖ δεινῶς, καὶ ἐκτόπως παρανομοῦντες ἀλώσεσθε. Νενομοθέτηκα μὲν γὰρ διὰ Μωσέως, « Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ θεοὺς χρυσοῦς καὶ θεοὺς ἀργυροῦς, καὶ Κύριόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Αὐτοὶ δὲ τὸν ἐμὸν διαγελῶντες νόμον προσκεκυνήκατε, φησὶ, τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν, καὶ χρυσῆν ὁρῶντες δάμαλιν, καὶ ἄψυχον ὕλην, ἐκαρτερήσατε, λέγοντος τοῦ τὴν πλάνην ἐξευρηκότος, « Οὗτοί σοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἵ τινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Πλείστην δὲ ὅσην εἴργασται τὴν ἀσέβειαν ἐν Γαλγάλοις. Πόλις δὲ αὕτη τῶν Ἰορδάνου ναμάτων ἐπέκεινα, δεινῶς ἀπονεύσασα πρὸς ἀπόστασιν. Καὶ γοῦν ἔφη περὶ αὐτῆς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, « Πᾶσαι αἱ κακίαι αὐτῶν εἰς Γάλγαλα. Ὅτι ἐκεῖ αὐτοὺς ἐμίσησα διὰ τὰς κακίας τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν, » ᾗ φησιν ὁ Παροιμιαστὴς, « Ἐνώπιόν εἰσι τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν ὁδοὶ ἀνδρὸς, εἰς δὲ πάσας τὰς τροχιὰς αὐτοῦ σκοπεύει. » Καὶ ἀποδέχεται μὲν τοὺς ὀρθοποδεῖν μεμελετηκότας· ἀποσείεται δὲ τὸν ἔξω βαίνοντα τῆς εὐθείας, καὶ ἐφ' ἃ μὴ προσήκει ἰέναι σπουδάζοντα.

B XXXV. Apponit statim ultionibus peccata, calamitatumque narrationibus scelerate factorum manifestam demonstrationem utiliter adjungit, ut nemo derideat, neque criminetur Deum, ut qui crudeliorem pœnam, quam pro merito Israelitis imposuerit. Hæc enim, et hæc venient, inquit, super vos. Et quia in medium venient, clamat : « Venistis in Bethel, et impie egistis, » ubi vitulum aureum constituit Deo invisus Jeroboam [7]. Ibi graviter et nefarie legem violasse convincimini. Tuli enim per Moysen : « Non facies tibi deos aureos et argenteos [8], Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies [9]. » Vos autem irridentes legem meam, adorastis, inquit, opera manuum vestrarum. Et aureum cernentes vitulum, et materiam inanimam, passi estis æquo animo, dicente erroris auctore : « Hi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti [10]. » Longe autem maximam impietatem in Galgalis perpetravit. Hæc est urbs trans Jordanem, ad apostasiam etiam atq ue etiam propensa. Proinde de ea dicit universorum Dominus : « Omnes nequitiæ eorum in Galgala, quia ibi exosos habui eos, propter malitiam adinventionum ipsorum [11]. » Sicut dicit Parœmiographus : « Omnes viæ hominis patent oculis ejus, omnes semitas ejus considerat [12]. » Et admittit qui contenderunt recte ambu are; a recto autem itinere declinantem et studentem ire ad quæ non permisit, a se repellit.

Καὶ ἠνέγκατε εἰς πρωῒ θυσίαν ὑμῶν, εἰς τὴν τριημερίαν τὰ ἐπιδέκατα ὑμῶν. Καὶ ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίαν. Ἀπαγγείλατε ὅτι ταῦτα ἠγάπησαν υἱοὶ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος.

Vers. 5. *Et attulistis in mane sacrificium vestrum, in triduum decimas vestras. Et legerunt foris legem, et invocaverunt confessionem. Annuntiate, quoniam ista dilexerunt filii Israel, dicit Dominus.*

ΑϚ'. Πάνδεινον ἀληθῶς, καὶ δυσσεβὲς, ἦκον εἰς λῆξιν τὴν ἀνωτάτω, τὸ παρασημαίνειν ἀποτολμᾷν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, καὶ ἅπερ ἂν αὐτῷ τε, καὶ μόνῳ πρέπει, ταῦτα ταῖς εἰδώλων ἀνάπτειν τιμαῖς. Οἱ γὰρ τοῦτο δρᾷν εἰωθότες, τὸ ὂσον ἐφ' ἑαυτοῖς τὴν θείαν τε καὶ ἀνωτάτω φύσιν αὐτῇ καὶ μόνῃ πρεπωδεστάτων κατασείουσι θρόνων, καὶ τῶν ἱερῶν ἐκπέμπουσι θώκων, ἐνιδρεύουσι δὲ ὥσπερ αὐτοῖς τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας. Τοῖς οὕτω φρικτοῖς ἐγκλήμασιν ἐνισχημένον εὑρήσομεν τὸν ἀπόπληκτον Ἰσραήλ. Ὁ

XXXVI. Vere facinus longe sceleratissimum et impiissimum, adulterare audere gloriam Dei, et quæ illum, et solum decent, ea idolorum honoribus tribuere. Quibus enim hoc facere in more est, ii, quantum in ipsis est, divinam celsissimamque naturam a throno, ipsi et soli convenientissimo deturbant, et sacris sedibus ejiciunt, et in iis quodammodo impuros dæmonas collocant. Tam horrendis criminibus implicitum videmus insanum Israelem. Deus enim universorum legem fert alicubi per

[7] III Reg. XII, 29. [8] Exod. XX, 3. [9] Deut. VI, 13. [10] III Reg. XII, 28. [11] Osee IX, 15. [12] Prov. XVI, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Moysen, ut duo agni convenienter ipsi immolentur quotidie in sancto tabernaculo, mane quidem unus, vesperi alter, ista ratione assiduitatem et perpetuitatem suavissimi odoris Ecclesiæ, spiritualis sine dubio, velut in ænigmate, et typo insinuans. Insuper lege præscripsit tria tempora in anno, in quo appareret omne masculinum coram se. Et in his tribus lege definitis temporibus offerebant decimas, primitias agrorum, sacrificia, gratiarum actiones [13]. Scriptum est enim : « Non apparebis in conspectu meo vacuus [14]. » Cæterum adeo probe a Moyse præcepta ipsi ad gloriam idolorum transferentes, in templis suis mane sacrificia offerebant. Offerebant etiam in triduum decimas suas. Tres dies dicit tres dies anni, quibus omne masculinum apparere coram Domino oportebat.

Neque hic constitit impietas Israelitarum, sed etiam, « Legerunt foris legem, » id est, coluerunt legem alienigenarum, Dei legem in minimis ducentes. Faciebant siquidem sacrificia in templis idolorum, temporibus definitis, et consueta ipsis festa quam studiosissime observabant. Aut illud dicit, Ad gloriam meam decreta, externis attribuerunt, et templum meum idolis consecrarunt, ipsis juxta morem patriæ hostias cædentes, et in triduo illo decimas iisdem dedicantes. « Et invocaverunt confessionem. » Illud, « invocaverunt, » significat optarunt, hoc est, promiserunt. Confessiones porro sunt voluntaria secundum legem, quæ quis sponte sua offert Deo. Deinde sacerdotibus acclamat : « Annuntiate, et contestamini, quia hæc dilexerunt filii Israel, » hoc est, non solum semel ausi sunt, sed dilexerunt etiam, quæ Dei sunt odientes videlicet. Oportet enim uniformes esse. Nam non claudicare, **291** et ambolus pedibus recta conari incedere, multam habet apud Deum exauditionem; et testatur verbis suis Salvator : « Nemo potest duobus dominis servire [15], » et quæ sequuntur. Indignissimum porro est, alio per errorem derivare, quæ ad gloriam Dei pertinent, quæque ejus honori consentanea sunt, iis afficere alios. Divina enim propria et peculiaria sunt, et quæ neminem potius quam ipsum et solum decent.

VERS. 6-8. *Et ego dabo vobis stridorem dentium in omnibus civitatibus vestris, et indigentiam panum in locis vestris, et non estis reversi ad me, dicit Dominus. Et abstuli ex vobis pluviam ante tres menses vindemiæ; et pluam super civitatem unam, super autem civitatem unam non pluam. Pars una pluetur, et pars super quam non pluam, arescet. Et congregabuntur duæ et tres civitates in civitatem unam bibere aquam, et non satiabuntur; et neque sic reversi estis ad me, dicit Dominus.*

XXXVII. Rursum provide occurrit propheta his,

μὲν γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς θεσμοθετεῖ διὰ Μωσέως πῇ μὲν ὅτι δύο καταθύειν ἀμνοὺς προσήκει αὐτοὺς κατὰ πᾶσαν ἡμέραν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, πρωῒ μὲν ἕνα, δείλης δὲ τὸν ἕτερον, τὸ οἱονεὶ συνεχὲς, καὶ ἀδιάλειπτον εἰς εὐοσμίαν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικὴν, τῆς Ἐκκλησίας ὑποδηλῶν ὡς ἐν αἰνίγμασί τε καὶ τύποις. Προσενομοθέτησε δὲ πάλιν· Τρεῖς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὀφθήσεται πᾶν ἀρσενικόν σου ἐνώπιόν μου. Καὶ ἐν τούτοις τοῖς τρισὶ, καὶ διωρισμένοις κατὰ τὸν νόμον καιροῖς, προσῆγον δεκάτας, ἀπαρχὰς ἀγρῶν, θυσίας, εὐχαριστήρια. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Οὐκ ὀφθήσῃ κενὸς ἐναντίον μου. » Ἀλλὰ τὰ οὕτως ὀρθῶς διὰ Μωσέως τεθεσπισμένα μεθιστῶντες αὐτοὶ πρὸς δόξαν εἰδώλων, ἐν τοῖς ἐκείνων τεμένεσιν ἀνέφερον εἰς τὸ πρωῒ τὰς θυσίας. Προσεκόμιζον δὲ καὶ εἰς τὴν τριημερίαν τὰ ἐπιδέκατα αὐτῶν. Τριημερίαν δὲ λέγει τὰς τρεῖς ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ, καθ' ἃς ἔδει πᾶν ἀρσενικὸν ἔρχεσθαι ἐνώπιον Θεοῦ. Καὶ οὐ μέχρι τούτων τὸ δυσσέβημα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ « Ἀνέγνωσαν τῶν ἔξω νόμον, » τουτέστι, τετιμήκασι τὸν τῶν ἀλλοτρίων νόμον, ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου τὸν παρὰ Θεοῦ. Προσεκόμιζον γὰρ τὰς θυσίας ἐν τοῖς τῶν εἰδώλων τεμένεσι κατὰ καιροὺς, καὶ πλείστην ὅσην ἐποιοῦντο τὴν ἐπιτήρησιν τῶν ἐξ ἔθους αὐτοῖς ἑορτῶν. Ἦγουν ἐκεῖνό φησι. Τὰς εἰς δόξαν ἐμὴν τεθεσπισμένα, τοῖς ἔξω τεθείκασι, καὶ τὸν ἐμὸν τοῖς εἰδώλοις ἀνέθεσαν ναὸν, αὐτοῖς ἀναφέροντες τὰς κατὰ πατρίδα θυσίας, καὶ ἐν ταῖς τριημερίαις ἀνατιθέντες τὰ ἐπιδέκατα αὐτοῖς. « Καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίαν. » Τὸ μὲν « ἐπεκαλέσαντο, » ὅτι ηὔξαντο δηλοῖ, τουτέστιν, ὑπέσχοντο. Ὁμολογίαι δέ εἰσι τὰ κατὰ νόμον ἑκούσια, ἅπερ ἄν τις ἐθελοντὴς προσκομίζει Θεῷ. Εἶτα τοῖς ἱερεῦσιν ἐπιφωνεῖ τὸ, « Ἀπαγγείλατε, καὶ διαμαρτύρασθε, ὅτι ταῦτα ἠγάπησαν υἱοὶ Ἰσραὴλ, » τουτέστιν, ὅτι οὐχὶ μόνον εἰσάπαξ τετολμήκασι, ἀλλὰ καὶ ἠγάπησαν, τὰ Θεοῦ δηλονότι μεμισηκότες. Δεῖ γὰρ εἶναι μονοτρόπους. Τὸ γάρτοι μὴ χωλεύειν, καὶ ἐπ' ἄμφω βαίνειν ἐπείγεσθαι, πολλὴν ἂν ἔχοι παρὰ Θεῷ τὴν κατακοὴν, καὶ μαρτυρεῖ λέγων αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, » καὶ ἑξῆς. Παγχάλεπον δὲ τὸ ἀποπλανᾶν ἑτέρωθεν τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ τῆς αὐτῷ πρεπούσης τιμῆς ἀξιοῦν ἑτέρους. Ἴδια γὰρ, καὶ ἐξαίρετα τοῦ Θεοῦ, πρέποι δ' ἂν οὐχ ἑτέρῳ τῳ μᾶλλον, πλὴν αὐτῷ καὶ μόνῳ.

Κἀγὼ δώσω ὑμῖν γομφιασμὸν ὀδόντων ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ὑμῶν, καὶ ἔνδειαν ἄρτων ἐν τοῖς τόποις ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος. Καὶ ἀνέσχον ἐξ ὑμῶν τὸν ὑετὸν, πρὸ τριῶν μηνῶν τοῦ τρυγητοῦ· καὶ βρέξω ἐπὶ πόλιν μίαν, ἐπὶ δὲ πόλιν μίαν οὐ βρέξω. Μερὶς μία βραχήσεται, καὶ μερὶς ἐφ' ἣν οὐ βρέξω, ξηρανθήσεται. Καὶ συναθροισθήσονται δύο, καὶ τρεῖς πόλεις εἰς πόλιν μίαν τοῦ πιεῖν ὕδωρ, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῶσιν, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος.

ΛΖ'. Ἀπαντᾷ πάλιν οἰκονομικῶς ὁ λόγος τοῖς εἰω-

[13] Exod. xxiii, 17-19. [14] Ibid. 15. [15] Matth. vi, 24.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

θόσι φιλαφέγειν, καὶ τῆς ἐνούσης Θεῷ ἀγαθότητος ἐβούλητα καταφλυαρεῖν ἐκ τῆς πολλῆς ἄγαν ἀποπληξίας. Ἀνθ' ὅτου γὰρ (ἂν φαίεν ἴσως τινὲς) ἀτίθασσον οὕτω, καὶ δύσοιστον κομιδῇ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἔτι φέρει δίκην, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἀποτόμου λοιπὸν ὀργῆς ἀποφαίνει δεδεημένους; Ἐν ταὐτῷ δὲ δείκνυσιν, ὅτι πλήττει μὲν ἐν ἀρχῇ ἡμερωτέρως τοὺς ἡμαρτηκότας, οὐ δίκας αὐτῶν, ἀλλ' ἐξ ἐμφύτου φιλανθρωπίας ἐπιστρέφων εἰς ἑαυτὸν, καὶ οἱονεὶ μάστιγί τε καὶ πόνῳ μετατιθεὶς ἐπὶ τὸ δρᾷν ἐλέσθαι τὸ ἄμεινον. Γεγονότας γὰρ ἐν οἷς ἔφην, καὶ οὐκέτι φορητὰ δεδυσσεβηκότας, γομφιασμῷ τε ὀδόντων ἐπαίδευε, καὶ μὴν καὶ ἄρτων ἐνδείᾳ, τουτέστι, λιμῷ. « Καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος. Ἀνέσχον ἐξ ὑμῶν τὸν ὑετὸν πρὸ μηνῶν τριῶν τοῦ τρυγητοῦ, ἤγουν (ὡς Ἑβραῖοι μᾶλλον ἐκδεδώκασι) τοῦ θερισμοῦ. » Πρεπωδέστερον δὲ « πρὸ μηνῶν τριῶν θερισμοῦ, » ὅτε μάλιστα τοῖς ληΐοις ἡ τοῦ καταρδεύεσθαι χρεία πολλή τε καὶ ἀναγκαία πρὸς τὸ τελεφορῆσαι. Γέγονε δὲ τοσαύτη σπάνις ὑδάτων, ὡς κρίσει τε καὶ ψήφῳ Θεοῦ τοῦ πάντα εἰδότος ὕεσθαι μὲν μίαν πόλιν, ἀφαυαίνεσθαι δὲ τὴν ἑτέραν· συναγείρεσθαι δὲ αὖ δύο τε καὶ τρεῖς εἰς μίαν, καὶ οὕτως ἔτι διψῇν. « Καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρὸς μὲ, λέγει Κύριος. » Συμβέβηκε δὲ τὰ τοιάδε παθεῖν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ συμβολικῶς τε ἅμα καὶ ἱστορικῶς. Ὡς γὰρ ὁ τοῦ Σωτῆρος εἴρηκε μαθητὴς, « Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, καὶ προσευξαμένου οὐκ ἔβρεξεν ἐνιαυτοὺς τρεῖς, καὶ μῆνας ἕξ. Καὶ λιμὸς γέγονεν ἀπηνὴς οὕτως ἐν Σαμαρείᾳ, ὡς κεφαλὴν ὄνου πολλῶν πιπράσκεσθαι δηναρίων. » Ἀλλὰ καὶ ἐν χρόνοις τοῖς Ἱερεμίου προφήτου ἀνέσχε τὸν ὑετὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Καὶ γοῦν τοὺς περὶ τῆς ἀβροχίας λόγους ἐποιεῖτο, λέγων· « Ἐπένθησεν ἡ Ἰουδαία, καὶ αἱ πύλαι αὐτῆς ἐκενώθησαν, καὶ ἡ κραυγὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνέβη, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτῶν ἀπέστειλαν τοὺς νεωτέρους αὐτῶν. Ἐφ' ὕδωρ ἦλθοσαν ἐπὶ τὰ φρέατα, καὶ οὐχ εὗρόσαν ὕδωρ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Δεδυσσεβηκότων δὴ οὖν οὐ μετρίως τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἀνέσχε τὸν ὑετὸν, καὶ γομφιασμὸν ὀδόντων, καὶ ἔνδειαν ἄρτων ἐν πάσαις αὐτοῦ ταῖς πόλεσιν ἐδίδου Θεός.

quasi amant reprehendere, et ex stupore magno contra Dei bonitatem inconsiderate blaterare. Quare enim (dixerint fortasse quidam) adeo immitem prorsusque intolerabilem pœnam Israelitis infert Deus, cum natura bonus sit, et ira in illos inexorabili opus esse declarat? Ostendit igitur hoc eodem loco, se principio mitius punire peccatores, non vindictam postulantem, sed ex insita benignitate ad se ipsum convertentem eos, ac tanquam flagello quodam, et dolore ad operum meliorum voluntatem transferentem. Versantes enim iis quæ dixi, et intolerabili modo impios, stupore dentium affecit. Quin et panum indigentia, hoc est, fame afflixit. « Et non estis reversi ad me, dicit Dominus. Abstuli ex vobis pluviam ante tres menses vindemiæ, sive (ut Hebræi potius ediderunt) messis. » Aptius sane, « mensibus tribus ante messem, » quando segetibus ad maturitatem crebra de cœlo irrigatio conducibilis et necessaria est. Exstitit autem tanta aquarum penuria ut judicio et sententia Dei omnia scientis pluerit quidem super unam urbem, altera prætérita ac repudiata : congregatæ sint autem duæ et tres in unam, et adhuc sitiverint. « Et non estis reversi ad me, dicit Dominus. » **292** Enimvero hæc perpeti Israelitas symbolice et historice contigit. Ut enim Salvatoris discipulus dixit : « Elias homo erat, similis nobis, passibilis, et oravit, et non pluit annos tres et menses sex [16]. Et facta est fames sæva in Samaria, ut caput asini multis denariis venderetur [17]. » Quin et temporibus Jeremiæ prophetæ pluviam cohibuit, rerum parens Deus. Quare de siccitate verba fecit in hunc modum : « Luxit Judæa, et portæ ejus vacuæ factæ sunt, et clamor Jerusalem ascendit, et magnates ejus miserunt juniores ad aquam; venerunt ad puteos, et non invenerunt aquam [18], » etc. Quia igitur Israelitæ non vulgari se impietate contaminaverant, Deus pluviam abstulit, et stuporem dentium, et indigentiam panum in omnibus eorum civitatibus immisit.

Ἀλλ' ὡς ἔφην ἀρτίως, πεπονθότας αὐτοὺς, καὶ νοητῶς εὑρήσομεν. Καὶ τροφὴ μὲν γὰρ, καὶ ποτὸν τοῖς ἐκ γῆς σώμασι, τὰ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὕδωρ τὸ αἰσθητὸν, ψυχὴ δὲ ἀνθρώπου θείοις τε καὶ οὐρανίοις ἀποτρέφεται λόγοις. Νᾶμα δὲ αὐτῇ τὸ πνευματικὸν, καὶ πηγὴ κατάρδουσα νοητῶς ἡ θεόπνευστος Γραφὴ, τὸ τοῦ Χριστοῦ λαλοῦσα μυστήριον. Ἀλλ' ὥσπερ ὀδόντες εἰ πάθοιεν τὸν γομφιασμὸν, ἀδρανέστεροί πως ἂν εἶεν εἰς γε τὸ δύνασθαι καταμασᾶσθαί τι, καὶ καταλεαίνειν τροφήν· οὕτως καὶ ἀνθρώπινος νοῦς κατολισθήσας ἐπὶ τὸ ἄναλκι, καὶ τὸ τῆς νωθείας ἀῤῥώστημα παθὼν, οὐκ ἂν δύναιτο τῆς πνευματικῆς ἐφικέσθαι γνώσεως, καί τι τῶν ἐν θεωρίαις ταῖς ἄγαν ἰσχναῖς εἰς πέψιν ἐλεῖν. Ἐπαχύνθη τοιγαροῦν ἡ καρδία τοῦ Ἰσραὴλ, συνῆκε γὰρ οὐδαμῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Ταύτῃτοι καὶ ἔνδειαν ἄρτων ἐσχήκασι τῶν πνευματι-

Verum, ut modo dicebam, eos item modo intelligibili passos cernere licet. Et esca quidem et potus corporibus terrenis hujusmodi debentur, quæ e terra gignuntur, et aqua sub sensum cadens; animus hominis divinis sermonibus nutritur; cujus fluentum est spirituale, et fons intellectualiter irrigans, divinitus inspirata Scriptura, Christi mysterium disserens. Sed quemadmodum dentes, cum obstupuerunt, imbecilliores fiunt, quam ut mandere quidpiam et cibum commolere queant; sic et mens humana in infirmitatem delapsa et pigritiæ morbo correpta, ad spiritualem cognitionem pertingere, et ex theoriis valde subtilibus ad concoctionem aliquid capere non poterit. Incrassatum est ergo cor Israel; neutiquam enim Christi mysterium intellexit, ideo et indigentia panum spiritualium et aquæ penuria

[16] Jac. v, 17. [17] IV Reg. vi, 25. [18] Jer. xiv, 2, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

laborarunt, quoniam non habuerunt Verbum nutriens, « quod de cœlo descendit, et dat vitam mundo [19], » quod gratia Spiritus animas irrigat, fontem vivum ex Deo Patre Filium, per legem et prophetas solatium. Nam, ut Isaias ait : « Mandavit nubibus desuper, ne pluant super eos imbrem [20]. »

VERS. 9, 10. *Percussi vos in combustione, et in ictero. Multiplicastis hortos vestros, et vineas vestras, et ficeta vestra, et oliveta vestra, quæ devoravit eruca. Et neque sic reversi estis ad me, dicit Dominus. Misi in vos mortem in via Ægypti. Occidi* **293** *in gladio juvenes vestros cum captivitate equorum vestrorum, et adduxi in igne castra vestra in ira vestra; et neque sic reversi estis ad me, dicit Dominus.*

XXXVIII. Qui pœnis ab irato numine impositis nihil commoventur, vehementer supinis, adeoque ad torporem et inertiam pessundatis, ut de pœnitentia ne cogitationem quidem suscipere velint, nullum plagæ genus suffecerit, plures potius, et aliæ aliis deteriores, et ad dolorem majus semper incrementum habentes, necessariæ sunt. Quoniam ergo Israelitas indigentia panis et potus ad emendationem parum, ut videtur, permovebat, hoc molestius quiddam ipsis infertur, morbi videlicet corporum, febris et icterus (qui aliter morbus arquatus, seu regius vocatur). Hoc et per Jeremiam prædictum est, ait enim : « Hæc dicit Dominus : Ecce ego do super populum istum infirmitatem, et infirmabuntur in ea patres et filii simul ; vicinus et proximus ejus peribunt [21]. » Et quia turpibus etiam quæstibus erant addicti, et in pecunia multa facienda animo et cogitatione occupati, ideoque hortos, et vineas, et ficeta, et oliveta conquirebant, tetigit et hæc Deus, per quæ non mediocri dolore affecti, ad sanitatem mentis redire possent, et pro noxiis salutaria eligere, pœnas illis accumulans, ut undique percussi salvarentur. Quia tamen et hoc parum erat, additum est majus. Quando enim, inquit, meam contemnentes manum, tantum non Deum omnipotentem imbecillitatis arguentes, ad Ægyptios abiistis, equorumque carnes pro sollicitudine erga vos mea elegistis, et Ægyptium hominem mihi prætulistis, tunc sane, tunc Babyloniorum rhomphæa bellicosissimum genus consumptum est, totus vester equitatus captivus est factus, debilitante Deo etiam qui ad gloriam grassari noverant, et victoriis e pugna reportandis assueverant. Intelliges autem et aliter illud, « Misi ad vos mortem in via Ægypti. » Josia regnante super Judam, duxit contra Babylonem Pharao Nechao Ægyptiorum tyrannus [22]. Quia vero per Judæam transire oportebat, ratus Josias, iter Babylonem versus tantummodo prætextum esse, et contra se arma sumpsisse Ægyptium, temere cum exercitu occurrit, et Israel oppetiit. **294**

κῶν, καὶ ὕδατος σπάνιν, ἐπεὶ μὴ ἔχουσι τὸν τρέφοντα Λόγον, « τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκότα, καὶ ζωὴν διδόντα τῷ κόσμῳ, » τὸν κατάρδοντα ψυχὰς τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι, τὴν ζῶσαν πηγήν, τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Υἱόν, τὴν διὰ νόμου καὶ προφητῶν παράκλησιν. Ὡς γὰρ ὁ προφήτης φησὶν Ἡσαΐας, « Ἐνετείλατο ταῖς νεφέλαις τοῦ μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτὸν ὑετόν. »

Ἐπάταξα ὑμᾶς ἐν πυρώσει, καὶ ἰκτέρῳ. Ἐπληθύνατε κήπους ὑμῶν, καὶ ἀμπελῶνας ὑμῶν, καὶ συκῶνας ὑμῶν, καὶ ἐλαιῶνας ὑμῶν. Τούτους κατέφαγεν ἡ κάμπη. Καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος. Ἐξαπέστειλα εἰς ὑμᾶς θάνατον ἐν ὁδῷ Αἰγύπτου, ἀπέκτεινα ἐν ῥομφαίᾳ τοὺς νεανίσκους ὑμῶν μετὰ αἰχμαλωσίας ἵππων ὑμῶν, καὶ ἀνήγαγον ἐν πυρὶ τὰς παρεμβολὰς ὑμῶν ἐν τῇ ὀργῇ ὑμῶν, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος.

ΛΗ'. Τοῖς ἀναλγήτως ἔχουσι περὶ τὰ ἐξ ὀργῆς συμβαίνοντα, καὶ πολὺ λίαν ὑπτιουμένοις, ἀναπίπτουσι δὲ καὶ οὕτω πρὸς τὸ ῥᾴθυμον ἔτι, ὡς τὸ χρῆναι μετανοεῖν οὐδὲ εἰς νοῦν ἔχειν ἀξιοῦν, ἀρέσειεν ἂν οὐδεὶς τοῦ πλήττεσθαι τρόπος, πλείους δὲ μᾶλλον, καὶ ἀλλήλων χείρους πρὸς τὸ ἔτι μειζόνως καταλυποῦν ἔχοντες τὴν ἐπίδοσιν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ μικρὸν ἦν τάχα πρὸς ἐπανόρθωσιν, τὸ ἐνδείαις ἄρτου πορεύεσθαι, καὶ ποτῶν, ἐπενήνεκται τὸ παθεῖν καὶ τὸ ἔτι τούτου φορτικώτερον, ἡ αὐτῶν ἀσθένεια τῶν σωμάτων, ὡς ἐν πυρετῷ καὶ ἰκτέρῳ συμβαίνουσα. Τοῦτο καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πάλιν εὑρήσομεν. Ἔφη γάρ, ὅτι « Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐτῇ πατέρες, καὶ υἱοί, ἅμα γείτων, καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ ἀπολεῖται. » Ἐπειδὴ δὲ ἦσαν καὶ αἰσχρῶν λημμάτων ἠττώμενοι, καὶ πολὺ βλέποντες εἰς φιλοκερδίας, ταύτῃ τε πληθύνοντες κήπους, καὶ ἀμπελῶνας, συκῶνάς τε καὶ ἐλαιῶνας, ἥψατο καὶ τῶνδε Θεὸς, δι' ὧν ἦν οὐ μετρίως κατηλγηκότας εἰς νοῦν ἐπανήκειν τὸν σώφρονα, καὶ ἀνθελέσθαι τοῦ χείρονος τὸ συμφέρον, ἐπισωρεύων αὐτοῖς ἵνα πανταχόθεν πληττόμενοι σώζοιντο. Μικροῦ δὲ ὄντος καὶ τούτου, προσεπενήνεκται καὶ τὸ μεῖζον. Ὅτε γάρ, φησὶ, τὴν ἐμὴν ἀτιμάζοντες χεῖρα, μονονουχὶ Θεοῦ τοῦ πάντα ἰσχύοντος τὸ ἄναλκι καθορίζοντες, τὴν ὁδὸν πεποιῆσθε τὴν πρὸς Αἰγυπτίους, ἵππων σάρκας τῆς παρ' ἐμοῦ φροντίδος ἀνθῃρημένοι, καὶ Αἰγύπτιον ἄνθρωπον προτετιμηκότες, τότε δὴ τότε δεδαπάνηται, φησὶν, ὑπὸ τῆς τῶν Βαβυλωνίων ῥομφαίας τὸ μαχιμώτατον γένος. Καὶ ἅπας ὑμῶν ἱππότης αἰχμάλωτος ἦν, ἀπονευροῦντος Θεοῦ, καὶ τοὺς εἰδότας εὐδοκιμεῖν, καὶ οὐκ ἀμελέτητον ἔχοντας τὸ νικᾷν ἐν μάχαις. Συνήσεις δὲ καὶ ἑτέρως τὸ, « Ἀπέστειλα εἰς ὑμᾶς θάνατον ἐν ὁδῷ Αἰγύπτου. » Ἰωσίου βασιλεύοντος ἐπὶ τὸν Ἰούδαν, κατεστράτευσε τῆς Βαβυλῶνος Φαραὼ Νεχαὼ, τῆς Αἰγυπτίων ὁ τύραννος. Ὡς δὲ ἦν ἀνάγκη διὰ τῆς Ἰουδαίων αὐτὸν παρέρχεσθαι γῆς, οἰηθεὶς ὁ Ἰωσίας σκῆψιν μὲν εἶναι τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ὁδὸν, ὡπλίσθαι δὲ κατ' αὐτοῦ τὸν Αἰγύπτιον, ἀντεξά-

[19] Joan. VI, 33. [20] Isa. V, 6. [21] Jer. VI, 21. [22] IV Reg. XXIII, passim.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

γει παραλόγως. Ἐκεῖ πέπτωκεν ὁ Ἰσραήλ. Οὐκοῦν « Ἐξαπέστειλα, φησὶν, εἰς ὑμᾶς θάνατον ἐν ὁδῷ Αἰγύπτου, » τουτέστιν, ἐν παρόδῳ τῶν Αἰγυπτίων, « τότε καὶ ἀνήγαγον ἐν πυρὶ τὰς παρεμβολὰς ὑμῶν, » ἀντὶ τοῦ, ἐκ βάθρων ἀνέσκαψα τὰς τετειχισμένας ὑμῶν, καὶ εὐπυργοτάτας πόλεις. Ἔφη δὲ τοῦτο καὶ ἐν ἀρχῇ, « Καὶ ἐπορεύθη Ἐφραὶμ πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ Ἰούδας ἐπλήθυνε πόλεις τετειχισμένας, καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ εἰς τὰς πόλεις αὐτῶν, καὶ καταφάγεται θεμέλια αὐτῶν. » Οὐκοῦν ἐξ αὐτῶν, φησὶ, κατέσεισα βάθρων τὰς ὀχυρωτάτας ὑμῶν πόλεις, « Καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε, λέγει Κύριος. »

A Itaque « Immisi, inquit, in vos mortem in via Ægypti, » hoc est, in transitu, seu transeuntibus Ægyptiis. « Et adduxi in igne castra vestra, » id est mœnibus et turribus munitas, ac bene instructas urbes vestras evérti. Quod etiam in principio dixit : « Et abiit Ephraim ad Assyrios, et Judas multiplicavit urbes munitas. Et mittam ignem in urbes ejus, et devorabit fundamenta eorum. » Ex ipsis igitur fundamentis munitissimas urbes vestras dirui, inquit, « Et ne sic quidem reversi estis ad me, dicit Dominus [23]. »

Κατέστρεψα ὑμᾶς καθὼς κατέστρεψεν Κύριος Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἀπὸ καύσεως, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος.

B Vers. 11. *Subverti vos, sicut subvertit Dominus Sodomam et Gomorrham, et facti estis sicut torris raptus ab incendio; nec sic quidem rediistis ad me, dicit Dominus.*

ΛΘ'. Οὐδεμίαν, φησὶν, ἐν ὑμῖν τὴν ἐπανόρθωσιν βλέπων, προστέθεικα ταῖς ὀργαῖς καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀπηνέστερα, καὶ θερμοτέραν πεποίημαι τὴν καθ' ὑμῶν ἀγανάκτησιν. Κατέστρεψα γὰρ ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε. Ἔοικε δὲ τὴν τελευταίαν ἐν τούτοις ἡμῖν πόρθησιν ὑποδηλοῦν, τὴν ἐν καιροῖς Ἱερεμίου διὰ χειρὸς Ναβουχοδονόσορ γεγενημένην, ὃς πᾶσαν εἶλε τὴν Ἰουδαίαν, ἐνέπρησε δὲ καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὰς περιοίκους αὐτῇ πόλεις τε καὶ κώμας, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν θεῖον κατασπάσας ναὸν, δορικτήτους ἔχων τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ περιλελειμμένους, οἶκοι πάλιν λαμπρῶς, καὶ νενικηκὼς τοῖς ἁλοῦσιν ὁμοῦ καὶ ἀνεκομίζετο, οἳ καὶ μόλις ἐπανῆλθον εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἐτῶν ἐπ' αὐτοῖς πληρωθέντων τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. Κῦρος γὰρ, ὡς ἔφην, τὴν Βαβυλῶνα ἑλὼν, τῆς αἰχμαλωσίας ἀνῆκε τοὺς περιλειφθέντας, καὶ σεσωσμένους ἐξ Ἰσραήλ. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἐγένεσθε οἷον δαλίδιον ἡμίφλεκτον, καὶ ἐν ὀλίγοις ἔτι λειψάνοις σωζόμενον. Θεοῦ τοιγαροῦν παιδεύοντος τὸ ὑποπτιοῦσθαι πικρὸν, παραίτιόν δὲ καὶ τῶν ἔτι δυσαχθεστέρων ἔσται κακῶν τοῖς τὴν αἴσθησιν ἀποσειομένοις, ἀπό γε τοῦ δεῖν ἀκαταλήκτως ἰέναι πρὸς τὸ δρᾶν ἐλέσθαι, καὶ φρονεῖν ἃ μὴ θέμις. Ὅνπερ γὰρ τρόπον οἱ τὰς τῶν σωμάτων ἀνακόπτοντες νόσους, καὶ τοῦ θεραπεύειν δύνασθαι τὴν πεῖραν ἐξησκηκότες, τὰ τῶν τραυμάτων δυσαισθητότερα θερμοῖς καὶ δριμέσι φαρμάκοις ἀποκαθαίρουσι, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀκαθαρσίας τὸ πάχος ἀπολεπτύνοντες, τοῖς ἐκ τέχνης ἐπικουρήμασι παραχωρεῖν ἀναπείθουσιν, οὕτω καὶ ὁ πάντα γινώσκων Θεὸς τοὺς ἀναλγήτως ἔχοντας περὶ τὰ μικρὰ, ταῖς ἔτι χαλεπωτέραις καταφορτίζει πληγαῖς, ὧν εἴπερ τις σοφός ἐστι, καὶ ἀγχίνους, παραιτοῖτο ἂν εἰκότως πρὸς πεῖρας τὴν ἔφοδον.

XXXIX. Cum nullam in vobis emendationem cernerem, inquit, iratus vehementius, his atrociora adjeci, indignationemque meam adversum vos excui. Subverti namque vos haud secus quam Sodomam et Gomorrham, et non estis reversi. Quibus verbis postremam vastationem innuere videtur, quæ temporibus Jeremiæ per manum Nabuchodonosor contigit, qui totam Judæam subjugavit, et Hierosolymam ipsam, una cum finitimis ejus urbibus ac vicis exussit [24], destructoque divino templo, una cum captivorum reliquiis, gloriose victor domum rediit, quæ vix tandem decursis annorum septuaginta spatiis in Judæam redierunt. Cyrus enim, ut dixi, Babylone expugnata, superstites, et restantes, ex captivitate solvit [25]. Idcirco, inquit, facti estis tanquam torris exiguus, semiustus, et adhuc in paucis reliquiis conservatus [26]. Proinde Deo puniente, supinum ac negligentem esse, perniciosum; et amoliri sensum, citraque cessationem ab officio ad arbitrium nefaria faciendi cogitandique discedere, intolerabiliorum adhuc malorum causa est. Quo enim pacto, morbos corporum depellentes, et in medicandi peritia exercitati, vulnera ad curationem difficiliora calidis et acribus medicamentis absterguntur, et immunditiæ quæ in illis est crassitudinem extenuantes, artificiosis curationibus cedere cogunt; ita quoque omnia cognoscens Deus, **295** ex parvis dolorem non sentientes, adhuc acerbioribus plagis onerat, quorum experientiam homo sapiens et solers merito deprecetur.

Διὰ τοῦτο οὕτως ποιήσω σοι, Ἰσραήλ.

Propterea sic faciam tibi, Israel.

Μ'. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, τόδε τι πεποιηκότος, κἀκεῖνο προσθέντος, καὶ μονονουχὶ πᾶν εἶδος ἐπάγοντος αἰκίας καὶ πόνων, ἀλλ' ἀναλγήτως ἔχοντας τεθέαμαί τε καὶ ἐξ αὐτῆς ἐμάνθανον πείρας, ταύτητοι « Καὶ οὕτως, ποιήσω σοι. » Πῶς δὲ οὕτως; οὐ γὰρ ἠρκέσθη τοῖς πρώτοις. Προσεπήγαγε δὲ καὶ τὴν ἐν

XL. Postquam, inquit, hoc feci, et illud addidi, et tantum non omne genus plagarum dolorumque intuli, et nihilominus nullo dolore commoveri eos vidi, expertusque didici, idcirco « Et sic faciam tibi. » Quomodo autem sic? Non enim contentus fuit primis, sed æqualem Sodomitarum calamitati

[23] Osee VIII, 14. [24] Jer. XXXIX, 8. [25] II Paral. XXXVI, 22; [26] I Esdr. I, passim.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

catastrophen adjecit. Postrema enim, ut dixi, talis plaga ab irato Deo illis inflicta est.

ἴσῳ Σοδόμοις καταστροφήν. Τελευταία γὰρ, ὡς ἔφην, αὐτοῖς ἡ τοιάδε πληγὴ διὰ τῆς θείας ὀργῆς ἐπενήνεκται.

Verumtamen, quia sic faciam tibi, præparare ad invocandum Deum tuum, Israel.

XLI. At enim, si vis, inquit, causam nosse cur ita faciam tibi, audies utique, dum ferimini tantum non clamante et dicente, qui vos ferit, « Præparare ad invocandum Deum tuum, Israel, » id est, impiger et alacer esto, ut non alienum et falsum deum invoces, sed Deum Israel, hoc est, quem usu ipso cognovisti, qui natura et veritate, et non quorumdam excellenti artificio inventus est, sicut videlicet quæ ex lignis et lapidibus fabricantur.

Πλὴν, ὅτι οὕτως ποιήσω σοι, ἑτοιμάζου ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ.

ΜΑ'. Ἀλλ' εἰ δὴ βούλοιο, φησὶ, μαθεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὕτως ποιήσω σοι, πεύσῃ δὴ πάντως, μονονουχὶ πληττομένου ὑμῶν βοῶντός τε καὶ λέγοντος· « Ἑτοιμάζου τοῦ ἐκκαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ. » Τὸ, Ἑτοιμάζου, ἀντὶ τοῦ, Σπούδαζε, ἄοκνός τε καὶ πρόθυμος ἴσο τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν μὴ ἀλλότριον, καὶ ψευδώνυμον, ἀλλὰ τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ, τουτέστιν, ὃν δι' αὐτῆς ἔγνως τῆς πείρας, ὡς ἔστι φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ, καὶ οὐ διὰ τῆς τινων εὐτεχνίας ἐξευρημένος, καθάπερ ἀμέλει τὰ ἐκ ξύλων καὶ λίθων πεποιημένα.

B

Vers. 13. *Idcirco ecce ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in homines Christum suum, faciens mane et nebulam, et ascendens super excelsa terræ, Dominus Deus omnipotens nomen illi.*

Διότι ἰδοὺ ἐγὼ, στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ποιῶν ὄρθρον, καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς, Κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

XLII. Excellentis oppositione, quod deterius habetur facile noscitur. Ut igitur idolorum imbecillitas appareat apud eos, qui præ magna stultitia deos esse et adorandos opinabantur, utiliter nobis seipsum universorum Dominus manifestans, Conditorem et universorum fabricatorem, et potestatem in nos tenentem, et ut rerum humanarum gubernatorem, omni altitudine et omni excellentia superiorem, et omnis creaturæ administratorem introducit. Dei quippe natura supergreditur universa, C nec altitudine secundum locum, sed gloriæ exsuperantia, et incomparabili virtute omnem modum mensuramque cujuscunque quod ortum est excedit. « Invoca igitur Deum tuum, Israel, » inquit, potestatem omnipotentem et præstantiam **296** summam agnoscens. Ego enim sum, et non alius « firmans tonitruum, » hoc est, nubibus operiens cœlum, et demittens pluvias; « et creans spiritum, » hoc est, etiam ventorum conditor. Annuntians vero in homines Christum suum, perinde est ac si dicat: Per me reges regnant, et tyranni per me orbi terrarum imperitant[27]. Christum enim in his non Emmanuelem, sed unctum potius in regnum, seu ad regnandum nominat. Similiter spiritum, non D divinum et sanctum (tametsi quidam ita insaniunt, qui recta pervertere conati sunt), sed hunc aerium mundanumque, de quo ipse Salvator ait: « Spiritus ubi vult spirat[28]. » Ego igitur, inquit, qui nubes colligo, et firmo tonitruum, « et produco ventos de thesauris eorum[29] » qui manifesto quem velim regio solio ornari et illustrari. « Ergo Rex regum, et Dominus dominantium[30], » natura Deus, « qui facit mane, » hoc est, diem aut lucem, ipse est qui « facit nebulam, » hoc est, tenebras, aut noctem, Ipse « qui ascendit super excelsa terræ, » omni excelso et eminenti præstantior et eminentior, no-

Διότι ἰδοὺ ἐγὼ, στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ποιῶν ὄρθρον, καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς, Κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

ΜΒ'. Τῇ τοῦ προὔχοντος ἀντιπαραθέσει, τὸ ἐν ὑπολήψει τῇ χείρονι ῥᾳδίως ἐλέγχεται. Ἵνα τοίνυν τῶν εἰδώλων τὸ ἀδρανὲς ἐκφαίνηται παρά γε τοῖς οἰηθεῖσιν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀβελτηρίας, ὡς θεοί τε εἶεν, καὶ προσκυνεῖσθαι πρέποντες, χρησίμως ἡμῖν ἑαυτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐμφανῆ καθιστὰς, ποιητὴν εἰσφέρει, καὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνημένον τὴν ἐξουσίαν, καὶ οἱονεί πως τῶν ἀνθρωπίνων οἰακοστρόφον, ἐπέκεινά τε ὄντα παντὸς ὑψώματος, καὶ ἀπάσης ὑπεροχῆς, καὶ ταμίαν ὥσπερ τινὰ τῆς ὅλης κτίσεως. Θεοῦ γὰρ φύσις τὸ πάντων ἐπέκεινα, καὶ οὐ τοπικοῖς ὑψώμασιν, ἀλλὰ ταῖς τῆς εὐκλείας ὑπεροχαῖς, καὶ ἀσυγκρίτῳ δυνάμει παντὸς γεννητοῦ μέτρον ὑπερκείμενον. « Ἐπικαλοῦ τοιγαροῦν τὸν Θεόν σου, φησὶν, Ἰσραήλ, » ἐπιγινώσκων ἐξουσίας τὸ παναλκὲς, καὶ τὴν ὑπερβολήν. Ἐγὼ γάρ εἰμι, καὶ οὐχ ἕτερος, « στερεῶν βροντὴν, » τουτέστιν, συνεφείαις καλύπτων τὸν οὐρανὸν, καὶ καθιείς ὑετοὺς, « Καὶ κτίζων πνεῦμα, » τουτέστι πάλιν, ἀνέμων ποιητής. Ἀπαγγέλλων δὲ καὶ εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσι γῆς. Χριστὸν γὰρ ἐν τούτοις, οὐ τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸν κεχρισμένον δὲ μᾶλλον εἰς βασιλείαν φησί. Πνεῦμά τε ὁμοίως, οὐχὶ τὸ θεῖόν τε καὶ ἅγιον (κἂν εἰ μαίνοιντό τινες τῶν τὰ ὀρθὰ διαστρέφειν μεμελετηκότων), ἀλλὰ τουτὶ τὸ ἐναέριόν τε καὶ ἐγκόσμιον, περὶ οὗ φησι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. » Ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ὁ νεφέλας συλλέγων, καὶ στερεῶν βροντὴν, « καὶ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν, » ὁ φανερὸν καθιστὰς ὃν ἂν ἐθέλοιμι τοῖς τῆς βασιλείας ἐναβρύνασθαι θώκοις. « Οὐκοῦν Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, » ὁ φύσει Θεὸς, αὐτὸς ὁ ποιῶν ὄρθρον, τουτέστιν, ἡμέραν, ἤτοι φῶς, αὐτὸς « ὁ ποιῶν ὁμίχλην, » τουτέστι, σκότος, ἢ νύκτα· αὐτὸς « ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς, » ὁ

[27] Prov. VIII, 15, 16. [28] Joan. III, 8. [29] Psal. CXXXIV, 7. [30] I Tim. VI, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

παντὸς ἐπηρμένου καὶ ὑψηλοῦ κρείττων τε καὶ ὑπερκείμενος, δνομά τε πρέπον καὶ πολὺ λίαν ἐοικὸς τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ φορῶν, τὸ « Κύριος παντοκράτωρ. » Θέα δὴ οὖν, ὅσην ἐφ' ἡμᾶς ποιεῖται ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ἐπαρτήσας γὰρ τὴν ἀπειλήν, καὶ τὰ μὲν ὡς ἤδη γέγονε, τὰ δὲ ὡς ἔσται προειρηκὼς, καλεῖ πρὸς ἐπίγνωσιν, καὶ μυσταγωγεῖ τὸν ἐκκεκλικότα, καὶ ἀνακομίζει πρὸς σύνεσιν τὸν ἐξ ἀμαθίας ὠλισθηκότα· καὶ τοῖς οὐκ εἰδόσι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς δεσπότην, ἀπό τε τοῦ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν, καὶ κατάρχειν τῶν ὅλων, ἑαυτὸν καθίστησιν ἐναργῆ. Τοῦτο δὲ ἦν πόνῳ καὶ μάστιγι σωφρονίζοντος, καὶ μονονουχὶ καὶ ἀνεθελήτως αὐτοὺς καταπαίοντος εἰς ἐπιστροφὴν, καὶ τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἀναμαθεῖν δύνασθαι τὰ ἀμείνω φρονεῖν, χρησίμως ἐπάγοντος. A men decens et gloriæ suæ in primis consentaneum gerens, nempe, « Dominus omnipotens. » Vide igitur quantam erga nos mansuetudinem benignitatemque declaraverit universorum Deus. Intentatis enim minis, commemoratisque malis partim præteritis, partim eventuris, ad agnitionem sui invitat, et eum qui declinavit, mysterium docet, atque ex imperitia lapsum ad intelligentiam reducit; et ignorantibus natura ac vere Dominum, ex eo quod omnia bene facere possit, imperetque omnibus, se manifestum reddit. Hoc est in dolore et flagello ad sanitatem revocare, et quasi invitum ipsos ferire ad reversionem, et per quæ consentaneum est posse denuo meliora sapere, utiliter inducere.

B

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ἀκούσατε τὸν λόγον Κυρίου, ὃν ἐγὼ λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς θρῆνον. Οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκ ἔτι οὐ μὴ προστεθῇ ἀναστῆναι. Παρθένος Ἰσραὴλ ἐσφάλη ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ, οὐκ ἔστιν ὁ ἀνιστῶν αὐτήν.

ΜΓ'. Οἱ μακάριοι προφῆται τὰ κατά τινων ἐσόμενα προαναμανθάνοντες, εἶτα δειμάτων ἐντεῦθεν ἀναπιμπλάμενοι καὶ ὑπεραλγοῦντες ὡς ἀδελφῶν, θερμοτέρας ἔσθ' ὅτε ποιοῦνται τὰς ἐπιπλήξεις, μονονουχὶ δάκνοντες ἐξ ἀγάπης, καὶ διανιστῶντες εἰς νῆψιν τῇ προαγορεύσει τῶν ὅσον οὔπω συμβησομένων. Τοιοῦτόν τι καὶ νῦν ὁ προφήτης ἐπιτελεῖ, λέγων μὲν ὡς ἐξ ἰδίου προσώπου, πλὴν οὐχὶ τὰ ἀπὸ γνώμης ἰδίας, ἀλλ' ὡς ἐκ θείων χρησμῳδημάτων. Ταύτητοί φησιν· « Ἀκούσατε τὸν λόγον Κυρίου τοῦτον, ὃν ἐγὼ λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς θρῆνον. » Λελάληκε μὲν γὰρ ἐν ἐμοὶ, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, συντέθειται δέ μοι θρῆνος εἰς ὑμᾶς τοὺς ἀποφοιτῶντας αὐτοῦ. Καὶ τί δὴ ἄρα τὸ γοερόν ἐστι μέλος; τί τὸ θρήνημα; καὶ ἐφ' ὅτῳπερ ἂν γένοιτο παρ' ἐμοῦ τὸ δάκρυον; Δεινὴ καὶ ἀνουθέτητος συμφορά. Οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσε. Συνειστήκει μὲν γὰρ, τιμωμένου καὶ ἀγαπωμένου Θεοῦ· καταπέπτωκε δὲ νυνὶ, ταῖς τῶν πλανωμένων ἀπονοίαις παρωτρυμμένου. Εἶτα τίς ὁ ἐγερῶν τὸν τοῖς θείοις νεύμασι καταπίπτοντα; « Ἐσφάλη γὰρ ἡ παρθενία, » τουτέστι, πεπόρνευκε. Ποία δὲ αὕτη; πάντως που πάλιν ὁ Ἰσραὴλ, ἤγουν ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ, πρὸς ἣν εἴρηται παρὰ Θεοῦ· « Οὐχ ὡς οἰκόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου; » Οὐκοῦν ἡ τῆς παρθενίας ἀρχηγὸν λαχοῦσα Θεὸν, ἐσφάλη ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῆς, τουτέστι, πεπόρνευκε, καὶ ἀπροφάσιστον ἔχει τὴν ἁμαρτίαν. Πεπόρνευκε μὲν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ ποτέ. Ἀλλ' ἦν ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ τοῖς τῶν κρατούντων ὑπέστρωτο νόμοις τάχα που καὶ ἀβουλήτως εἰς τὰ ἐκείνων ἔθη κατεδιάζετο, τῆς προγονικῆς εὐσεβείας ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐξωθουμένη. Νυνὶ δὲ κατωθοῦντος οὐδενὸς (ἔστι γὰρ ἐπὶ γῆς ἰδίας, ἔνθα νόμος ὁ παιδαγωγὸς, ἀποκομίζων αὐτὴν εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ φύσει τε καὶ ἀληθοῦς ὄντος Θεοῦ, ἀνειμέ-

CAP. V.

VERS. 1, 2. *Audite verbum Domini, quod ego assumo super vos planctum. Domus Israel cecidit, non amplius adjiciat resurgere. Virgo Israel projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.*

Μὴ σφάγια καὶ θυσίας τεσσαράκοντα ἔτη προσηνέγκατέ μοι, οἶκος Ἰσραὴλ, ἐν τῇ ἐρήμῳ; Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφὰν, τοὺς τύπους αὐτῶν, οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς. Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, Παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

[62] II Cor. II, 15. [63] I Cor. XII, 3. [64] Psal. XLIX, 14.

(1) « Me lacente totus contextus clamat scribendum esse ἀδρανῆ, *imbecillem.* » Cotelerius, *Monum. Eccl. Gr.*, II, 588.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΝΕ'. Διὰ τῶν ἀρτίως ἡρμηνευμένων, Θεὸς ἦν ὁ λέγων πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· « Μεμίσηκα τὰς ἑορτὰς ὑμῶν. » Ἵνα γὰρ φαίνηται σεσωκὼς αὐτὸς ἐξ ἰδίας ἡμερότητος τὸν Ἰσραήλ, καὶ τῇ τῶν πατέρων μνήμῃ διδοὺς τὸν ἐπὶ τέκνοις ἔλεον, καὶ οὐ θυσιῶν ἀντέκτισιν καὶ οἱονείπως ἀντιμισθίαν τὸ χρῆμα ποιούμενος, φησὶν ἀναγκαίως ὡς ἔτη μὲν διατετελέκασιν οὐκ ὀλίγα κατὰ τὴν ἔρημον. Καὶ τροφὴ μὲν ἦν τὸ μάννα αὐτοῖς, ἐβάδιζον δὲ νεφέλης αὐτοὺς ἐπισκιαζούσης ἡμέρας, καὶ στύλου πυρὸς τὴν νύκτα. Καὶ ἡγεῖτο μὲν ἡ κιβωτὸς εἰς τύπον Θεοῦ, προβαδίζουσα, καὶ κατασκεπτομένη τόπον αὐτῇ καὶ ἀνάπαυσιν. Ἐν ἐνδείᾳ δὲ καθεστήκασι τῶν ἀναγκαίων οὐδενὸς, ὑδάτων αὐτοῖς ἀδοκήτων ἐκρηγνυμένων, πιπτόντων ἐχθρῶν. Καὶ τούτων ἁπάντων γινομένων, τοὺς μὲν περὶ τῶν θυσιῶν ἐδέχοντο νόμους, ἦκουον δὲ πανταχοῦ καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τυχὸν τῶν τεθεσπισμένων· « Ἐὰν δὲ εἰσαγάγῃ σε Κύριος ὁ Θεός σου εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσι σου δοῦναί σοι, ποιήσεις τοῦτο κἀκεῖνο, προσοίσεις δὲ θυσίας. » Οὐκοῦν ἐν χρόνῳ τεσσαράκοντα ἐτῶν, καθ' ὃν ἦσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, προσῆγον μὲν θυσίας ἑκόντες, ἐζήτει δὲ οὐδεὶς ἀναγκαίως· ἀλλ' ἦν εἰς ἀνάδλησιν τὸ χρῆμα αὐτοῖς, ἄχρις ἂν εἰσελάσειαν εἰς τὴν γῆν, τὴν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένην. Ταύτητοί φησι· « Μὴ σφαγὰς καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι τεσσαράκοντα ἔτη, οἶκος Ἰσραήλ; λέγει Κύριος. » Ἀλλ' ἐσώζοντο μὲν καὶ θυσιῶν δίχα, καὶ ᾗ φησι δι' ἑτέρου προφήτου πάλιν· « Οὐκ ἐκτήσω μοι ἀργυρίου θυμίαμα, οὐκ ἐμοὶ πρόβατα τῆς ὁλοκαρπώσεώς σου, οὐδὲ ἔγκοπον ἐποιήσατε ἐν Λιβάνῳ. » Αὐτοὶ δὲ δὴ πάλιν ἀπροφάσιστον ἔχοντες τὴν ἀπόστασιν, ἀλλοπρόσαλλοί τε ἦσαν τοτηνικάδε, καὶ Θεὸν ἀτιμάζοντες τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, ἀνελάμβανον τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. « Καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφάν. » Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι, περιαθρεῖν ἀναγκαῖον. Οὐκοῦν ὁ μὲν Μωσῆς ἀναπεφοίτηκεν εἰς τὸ ὄρος, τὸν νόμον ὑποδεξόμενος· οἵ γε μὴν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ κατεξανέστησαν τοῦ Ἀαρὼν, λέγοντες· « Ποίησον ἡμῖν θεοὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. » Μεμοσχοποιήκασι τοίνυν κατὰ τὴν ἔρημον. Καὶ τὸ μὲν ἐμφανὲς καὶ οἱονείπως ἁπάντων εἴδωλον, ὁ μόσχος ἦν. Πολλὰ δὲ παρ' ἑκάστου καὶ ἕτερα διεπλάττοντο. Τραπέντες γὰρ ἅπαξ ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν πλάνησιν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἀποπηδήσαντες, ἕκαστος τὸ δοκοῦν ἐποιεῖτο σέβας, καὶ διεπλαττεν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἄνωθεν ἔτι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ συνήθειαν. Προσέκειντο δὲ μᾶλλον ταῖς τῶν ἄστρων λατρείαις. Καὶ πόθεν ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο καταφανές; ἐρεῖ τις τυχόν. Οὐ πολὺς ὁ πόνος ἀπελέγχειν ἐθέλουσι· ἐξ αὐτῶν γὰρ εἰσόμεθα τῶν ἱερῶν Γραμμάτων. Δεδυσφόρηκε μὲν γὰρ ὁ Μωσῆς, καὶ κατεκεκράγει τοῦ Ἀαρών· εἶτα προσέπιπτε τῷ Θεῷ, λέγων· « Δέομαι, Κύριε, ἥμαρτεν ὁ λαὸς οὗτος ἁμαρτίαν μεγάλην· ἐποίησαν γὰρ ἑαυτοῖς θεοὺς χρυσοῦς, »

LV. Juxta superiorem explicationem, Deus erat, qui dixit ad filios Israel, « Odi festivitates vestras [65]. » Ut enim constaret eum salvasse Israel ex propria mansuetudine, et propter memoriam patrum tribuisse filiis misericordiam, et non quasi compensasse, et remuneratum esse sacrificia, dicit convenientissime, annos non paucos eos permansisse in solitudine. Et alebantur quidem manna : gradiebantur autem, nube ipsos per diem obumbrante, et columna ignis ducente per noctem [66]. Et dux erat arca ad typum Dei, cedens, et speculans locum sibi, et requiem [67]. Nec deerat eis quidquam, aquis repente erumpentibus, inimicis cadentibus [68]. Post hæc omnia de sacrificiis leges acceperunt; audiebant autem ubique, et super singulis divina forte responsa, nempe, « Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, **309** quam juravit patribus tuis, ut daret eam tibi, facies hoc et illud, et offeres sacrificia [69]. » Itaque tempore quadraginta annorum, quo fuerunt in solitudine, offerebant sacrificia sponte, nemo enim illa exigebat : sed differebatur negotium, donec terram patribus ipsorum promissam ingressi fuissent. Idcirco ait : « Num victimas et sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta, domus Israel? dicit Dominus. » Sed salvabantur etiam citra sacrificia; et sicut dicit per alium prophetam rursum : « Non comparasti mihi argento thymiama, non mihi oves holocausti tui : nec incisuram fecistis in Libano [70]. » Cæterum ipsi tum denuo desertores, ita ut excusari non possent, et instabiles, et natura ac vere Deum aspernantes, portabant tabernaculum Moloch. « Et astrum Dei vestri Ræphan. » Quod quidnam sit, considerandum est. Mose igitur ascendente in montem, ut legem acciperet, Israelitæ contra Aaron insurrexerunt, dicentes : « Fac nobis deos qui præcedant nos : Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit [71]. » Fecerunt itaque vitulum in solitudine. Et conspicuum, ac velut commune omnium idolum vitulus erat. Multa porro et alia ab unoquoque ficta sunt. Semel enim ad veterem errorem conversi, et a semita pietatis in Deum detorti, singuli quod sibi placebat pro antiqua consuetudine in Ægypto numen fabricabantur et formabant. Magis tamen astrorum cultui dediti erant. Et unde hoc quoque liquebit? fortasse dicet quispiam. Hoc vel ex ipsis sacrarum Litterarum monumentis demonstrare, et cognoscere non est difficile. Ægre enim tulit Moses, et in Aaronem clara voce invectus est ; deinde Deo procumbens, ait : « Obsecro, Domine, peccavit populus iste peccatum magnum, fecerunt enim sibi deos aureos [72] : » atqui vitulus erat quod finxerant. Verum non ignorabat, eos nihilominus alia sculptilia addidisse. Beatus autem Stephanus accusatus aliquando apud Judæorum magistros propter blasphemias in Deum

[65] Amos., v, 21. [66] Exod. xiii, 21. 22 ; xvi, 4 seqq. [67] Num. x, 33. [68] Num. xx, 6-13. [69] Exod. xiii, 5. [70] Isa. xliii, 24. [71] Exod. xxxii, 1. [72] Ibid., 31.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et Mosen [73], et responsis idoneis calumnias refutans, deinde ostendens quod Christo impie, contumeliose et immaniter habito, patrum suorum scelus et duritiam cordis imitarentur, perspicue vituli in solitudine conflati **310** mentionem facit, aitque de Mose : « Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, et cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis, cui noluerunt obedire patres nostri, » et quæ deinceps sequuntur, usque ad illa verba, « figuras quas fecistis adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem [74]. » Vides igitur et divinum Stephanum, virum plenum Spiritu sancto, testimonium dixisse, eos fabricasse vitulum, et ad colendam militiam cœli conversos esse. Meminit item vocis prophetæ, unde licet intelligere eos ad vitulum tabernaculum quoque Moloch assumpsisse. Excitato enim tabernaculo idolum constituerunt, et illud Moloch appellaverunt, sive Molchom, quod idolum fuit Moabitarum, lapidem habens pellucidum, et eximium in summa fronte, ad speciem Luciferi. Et sonat quidem Latine Moloch *rex noster* : sic enim Aquila et Theodotio transtulerunt. Effigies autem Luciferi artificiose facta erat. Portarunt igitur tabernaculum Moloch, hoc est, regis nostri. Qualis autem iste rex? Astrum Dei nostri Ræphan, quod redditur *obtenebratio*, aut *excæcatio*., Porro Luciferum, ut ante solis radios exorientem, et principium diei terrarum incolis afferentem adorabant. Verumtamen adorantibus factus est Ræphan, id est, obtenebratio, et excæcatio. Prorsus non quasi astrum in illis operatum sit tenebras : sed quod illis cultus illius obtenebrationis causa exstiterit. Quoniam autem, inquit, Moabitarum, et vicinæ Damasci insaniam æmulati estis, ideo ultra Damascum, et remotiora discessistis, Babyloniorum, inquam. Editio enim Septuaginta, « ultra Damascum, » inquit, sanctus autem Stephanus, « ultra Babylonem. » Quid ergo ad hæc dicemus? Secundum Hebræam editionem dixit Stephanus. Visum est enim illis, quod est ultra Damascum, appellare terram Babyloniorum. Pertinente enim fortasse Damascenorum agro, sive Syrorum regno usque ad terminos urbium orientis, finitima erat statim Babyloniorum tellus, et regio.

καίτοι μόσχος ἦν τὸ διαπεπλασμένον. Ἀλλ' οὐκ ἠγνόησεν, ὅτι καὶ ἕτερα προσειργάσαντο τὰ γλυπτά. Ὁ δέ γε μακάριος Στέφανος, κατηγορούμενός ποτε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις καθηγηταῖς ἐπὶ δυσφημίαις ταῖς εἰς Θεὸν καὶ Μωσέα, καὶ ταῖς καθηκούσαις ἀπολογίαις ἀποκρουόμενος τὰς συκοφαντίας, εἶτα δεικνύων, ὅτι δεδυσσεβηκότες ἀγρίως καὶ ἐμπαροινήσαντες τῷ Χριστῷ τὴν, τῶν ἰδίων πατέρων ἀπομιμοῦνται φαυλότητα καὶ σκληροκαρδίαν, διαμέμνηται σαφῶς τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ μοσχοποιίας, καί φησι περὶ Μωσέως· « Οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα, δοῦναι ἡμῖν, ᾧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς ἕως, « τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. » Ἄθρει δὴ οὖν, ὅτι καὶ ὁ θεσπέσιος Στέφανος, ἀνὴρ ἁγίου Πνεύματος πλήρης, μεμαρτύρηκεν, ὅτι μεμοσχοποιήκασι μὲν, ἐτράποντο δὲ καὶ εἰς τὸ λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Διαμέμνηται δὲ καὶ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· ὅθεν ἔστι νοεῖν, ὅτι πρὸς τῷ μόσχῳ καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ ἀνέλαβον. Σκηνοποιησάμενοι γὰρ ἔστησαν εἴδωλον, καὶ κεκλήκασι τοῦτο Μολὸχ, ἤτοι Μολχὸμ (εἴδωλον δὲ τοῦτο Μωαβιτῶν), λίθον ἔχον διαφανῆ καὶ ἐξαίρετον ἐπὶ μετώποις ἄκροις, εἰς Ἑωσφόρου τύπον. Καὶ ἑρμηνεύεται μὲν τὸ Μολὸχ *βασιλεὺς αὐτῶν*· ἐκδεδώκασι γὰρ οὕτως Ἀκύλας, καὶ Θεοδοτίων. Ἑωσφόρου γε μὴν ἐκτύπωμα τὸ τεχνουργούμενον ἦν. Ἀνελάβετο τοίνυν τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, τουτέστι, τοῦ βασιλέως ὑμῶν. Καὶ ποῖος ἦν οὗτος ὁ βασιλεύς; Τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. Ῥαιφὰν δὲ ἑρμηνεύεται *σκοτισμὸς*, ἢ *τύφλωσις*. Προσεκύνουν γε μὴν τὸν Ἑωσφόρον ὡς προανίσχοντα τῆς ἡλίου μαρμαρυγῆς, καὶ ἀρχὰς ἡμέρας εἰσφέροντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀλλὰ τοῖς προσκυνοῦσι γέγονε Ῥαιφὰν, τουτέστι, σκοτισμὸς, ἢ τύφλωσις. Καὶ οὐχὶ δὴ πάντως ὡς ἐνεργηκότος ἐν αὐτοῖς τοῦ ἄστρου τὴν τύφλωσιν, ἀλλ' ὅτι σκοτισμοῦ παραίτιον αὐτοῖς τὸ εἰς τοῦτο γέγονε σέβας. Ἐπειδὴ δὲ, φησὶ, τὴν Μωαβιτῶν καὶ τῆς γειτονος Δαμασκοῦ μανίαν ἐζηλώσατε, ταύτητοι καὶ ἀποιχήσεσθε Δαμασκοῦ τε ἐπέκεινα, καὶ τῶν ἀποτέρω κειμένων ἔτι, φημὶ δὴ Βαβυλωνίων. Ἡ μὲν γὰρ ἔκδοσις τῶν Ἑβδομήκοντα, « ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, » φησὶν· ὁ δέ γε Στέφανος, « ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, » ἔφη. Τί οὖν πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; Κατὰ τὴν Ἑβραίων ἔκδοσιν ὁ μακάριος ἔφη Στέφανος. Δοκεῖ γὰρ οὕτως ἐκείνοις τὸ « ἐπέκεινα Δαμασκοῦ » ὠνομᾶσθαι τὴν Βαβυλωνίων. Παρατεινούσης γὰρ ἴσως τῆς Δαμασκηνῆς, ἤτοι Σύρων βασιλείας μέχρι τερμάτων τῶν πρὸς ἠῶ καὶ ἀκτῖνα πόλεων, ὅμορος εὐθὺς ἡ Βαβυλωνίων χώρα τε καὶ γῆ.

CAP. VI.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

VERS. 1. *Væ spernentibus Sion, et confidentibus in montem Samariæ.*

Οὐαὶ τοῖς ἐξουθενοῦσι Σιὼν, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας.

311 LVI. Deflet rursum non Ephraimitas solum, sive tribus in Samaria, sed etiam tribum Juda et Benjamin. Demonstrato enim eos habuisse animum languidum et semper fluctuantem, et majores

ΝϚ'. Ταλανίζει πάλιν ὁ λόγος οὐχὶ μόνους τοὺς ἐξ Ἐφραΐμ, ἤτοι τὰς ἐν Σαμαρείᾳ φυλὰς, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς ἐξ Ἰούδα καὶ Βενιαμίν. Προαποδείξας ὅτι σαθρὸν ἐσχήκασι καὶ σεσαλευμένον ἀεὶ τὸν νοῦν, καὶ

[73] Act. VI, 11. [74] Act. VII, 38-43.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὅτι οἱ πρὸ αὐτῶν γεγονότες μεμοσχοποιήκασι καὶ ἀνελάβοντο τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, ἀπελέγχει λοιπὸν ὅτι πατριάζουσι, καὶ προγονικῆς δυσσεβείας κατ' ἴχνος ἰόντες, παραθήγουσιν ἐφ' αὑτοὺς τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην. Ἐξουθενεῖν δέ φησι τὴν Σιὼν τοὺς ἐξ Ἰούδα καὶ Βενιαμίν. Ἀπομεμενηκότες γὰρ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τὸν θεῖον ἔχοντες ναὸν, παρ' οὐδὲν πεποίηνται τὴν εἰς Θεὸν αἰδὼ καὶ ἀγάπησιν, ἀλλ' ᾗ φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, « Ἐθυμίων ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ὑποκάτω δρυὸς, καὶ λεύκης, καὶ δένδρου συσκιάζοντος. » Ἐλάτρευον δὲ καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς Ἱερεμίαν οὐ μετρίως λελυπημένος ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἄξιον τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτοὺς, καὶ μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν ἐν δεήσει καὶ προσευχῇ, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι. » Εἶτα τῆς ἀποστροφῆς τὴν αἰτίαν ἐπιφέρει λέγων· « Ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅ τι ποιοῦσιν οὗτοι ἐν πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ; Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς τοῦ ποιῆσαι χελῶνας [LXX χαυῶνας] τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἵνα παροργίσωσί με. » Ἐξουδενώκασι δὴ οὖν τὴν Σιὼν οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις. Τοιγάρτοι πρεπόντως ἐπενήνοχα τούτοις τὸ, Οὐαί.

Ἁρμόσειε δ' ἂν ἡ τοιάδε φωνὴ καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας, τουτέστι, τοῖς κατῳκηκόσιν ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ πεποιθόσιν ἐφ' ἑαυτοῖς. Ὤοντο γὰρ ὅτι καὶ δίχα Θεοῦ περιέσονται τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἐν καλῷ κείσονται τῆς εὐημερίας, καὶ πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἡδίστων αὐτοῖς ἀδόνητον ἕξει τὴν ἕδραν. Πικρὸν οὖν ἄρα καὶ ἀπευκτὸν τὸ δυσβουλίας εἰς τοῦτο κατολισθεῖν, ὡς δι' οὐδενὸς μὲν ποιεῖσθαι τολμᾷν τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπησιν, προσκεῖσθαι τοῖς ἀτόποις, καὶ δρᾷν ἃ μὴ θέμις, καὶ καταλυπεῖν αὐτὸν, οἴεσθαι δὲ, ὅτι μὴ αὐτοῦ διδόντος ἔσται τι τῶν ἀγαθῶν ἐφ' ἡμῖν. « Πᾶσα γὰρ δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον παρὰ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. » Αὐτῷ δὴ οὖν ἄρα προσκεῖσθαι καλὸν, καὶ αὐτὸν ἐλπίδα ποιεῖσθαι καὶ ἀρωγόν. Ἐξουδενοῦσι δὲ τὴν Σιὼν, τουτέστι, τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ οἱ τῆς ἀνοσίων δογμάτων προεστηκότες, καὶ ἐπί γε ταῖς σφῶν αὐτῶν εὐγλωττίαις ἐπιθαρσήσαντες, καὶ μέγα φρονεῖν εἰωθότες ἐπὶ τοῖς τῶν ἀνοσίων λογισμῶν εὑρήμασι καὶ σοφίας κοσμικῆς. Πρέποι δ' ἂν αὐτοῖς καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὸ Οὐαί.

Ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν, καὶ εἰσῆλθον αὐτοί. Οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, διάβητε πάντες, καὶ ἴδετε, καὶ διέλθετε ἐκεῖθεν εἰς Ἀιμὰθ Ῥαβὰ, καὶ κατάβητε ἐκεῖθεν εἰς Γὲθ ἀλλοφύλων, τὰς κρατίστας ἐκ τῶν βασιλειῶν τούτων, εἰ πλείονά ἐστιν τὰ ὅρια αὐτῶν τῶν ὁρίων ὑμῶν.

ΝΖ'. Ἀχαρίστους ὄντας ἀποφαίνει, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ μεγαλοδωρεᾶς ἀμνημονεῖν ἠρημένους, καίτοι δέον ἀεί τε καὶ πλείστην ὅσην ὁμολογεῖν τὴν χάριν, καὶ χαριστηρίους ἀνάπτειν ᾠδὰς, ὅτι μὴ μόνον σκληρᾷ καὶ ἀφορήτῳ δουλείᾳ κατηχθημένους παρα-

A eorum vitulos fabricasse, et portasse tabernaculum Moloch, reprehendit nunc ut patrizantes, et majorum vestigiis insistentes, atque ita universorum Dominum in seipsos irritantes. Spernere autem eos Sion dicit qui sunt de Juda, et Benjamin. Cum enim permanerent in Jerusalem, et divinum templum tenerent, reverentiam et dilectionem erga Deum floccipenderunt : et, ut dicit sacra Scriptura, « Sacrificabant in excelsis sub quercu, et populo alba, et arbore umbrosa. » Serviebant etiam militiæ cœli. Quocirca ad Jeremiam impensius dolens dicit Dominus universorum : « Et tu, noli orare pro populo isto indigno misericordia, et ne accedas ad me pro illis in obsecratione, et oratione, quia non exaudiam te[75]. » Mox aversionis causam adjungens ait : « An

B non vides quid faciant isti in civitatibus Juda, et in viis Jerusalem? Filii eorum colligunt ligna, et patres eorum succendunt ignem, et mulieres eorum commiscent similaginem, ut faciant placentas militiæ cœli. Et libaverunt libamina diis alienis, ut ad iracundiam provocarent me[76]. » Spreverunt igitur Sion Hierosolymitæ. Proinde convenienter intuli illis, Væ.

Quadraverit autem hæc vox etiam confidentibus in montem Samariæ, hoc est, habitantibus in Samaria, et in ea confidentibus. Putabant enim, etiam citra Dei auxilium hostibus se prævalituros, et secum bene actum iri : et quidquid est jucundissimum, ipsis fore

C stabilissimum. Acerbum igitur, et abominandum, huc pravi consilii delapsum esse, ut charitatem erga Deum nihili facere audeas, affixum esse illicitis, et patrare quæ nefas, et contristare illum, et putare, ipso non dante, quidquam boni nos habituros. « Omne enim datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum[77]. » Ipsi igitur adhærere bonum est[78], in eo spes locare, ejusque auxilium exspectare. Spernunt autem Sion, id est, Ecclesiam, etiam qui impia dogmata tuentur, et in facundia sua confidunt, quique in disputationum impiarum inventis, et in sæculari sapientia **312** efferri et gloriari consueverunt. In hos præ aliis Væ convenit.

D

VERS. 2. *Vindemiarunt principatus gentium, et ingressi sunt ipsi. Domus Israel, transite omnes, et videte, et pertransite inde in Æmath Raba, et descendite inde in Geth alicnigenarum, optima de regnis istis, si plures sunt termini eorum terminis vestris*

LVII. Ingratos esse insigniumque beneficiorum ejus oblivisci eos statuisse ostendit, cum semper et longe maxime confiteri munera, et gratiarum actiones canere oporteat : quando non solum dura et intoleranda servitute oneratos admirabiliter eripue-

[75] Jerem. VII. 16. [76] Ibid., 17-18. [77] Jac. I, 17. [78] Psal. LXXII, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rit, verum etiam in terram quam juravit patribus eorum, introduxerit. Introduxit autem, multas, et expugnatu difficiles, et victoriis conflictu pariendis haud inexercitatas gentes exscindens. Sic enim et David ait alicubi ad Deum, de his qui sunt ex sanguine Israel : « Vineam ex Ægypto transtulisti, ejecisti gentes, et plantasti eam [79]. » Exprobrat igitur illis, idque justissime, ut vehementer ingratis, et qui se in omne genus sceleris effundentes, benefactorem contristarent. « Vindemiarunt enim, inquit, principatus gentium, » et illarum regionem in possessionem suam redegerunt, Deo conquassante adversarios, et potentia ineffabili resistentium robur enervante. Cæterum quod pinguem, et fertilem, et bonis omnibus abundantem terram sortiti sint, aliisque regionibus meliorem ac latiorem, recognoscere eos jubet, vicinorum, et remotiorum etiam principatus, sive regna, diligenter considerantes. « Transite enim, inquit, in Æmath Raba, et in Geth (hæc enim de regnis alienigenarum illustriora), et exquirite num majores sint termini ipsorum quam vestri. » Erant multa, et distincta regna gentium, Moabitarum, Idumæorum, filiorum Ammon ; sed nullum in iis magnum. Insignius cæteris Damascenorum, et Palæstinorum. Ac duæ quidem urbes in regno Damasceno erant, ad orientem spectantes, quibus nomen Æmath, quarum alia latior et major, alia minor. Raba, si interpretere, significat major et amplior. Transite igitur in Æmath Raba, hoc est, in Æmat majorem et latiorem : erat enim cognominis alteri, ut dixi, non ita amplæ. Fama est, Æmath hanc amplam eamdem esse quæ nunc **313** Antiochia dicitur ; minorem autem, et angustiorem, vicinam et confinem, Epiphaniam Antiochi, cognomento Epiphanis, qui illam quidem Antiochiam, alteram vero hanc, honoris sui causa Epiphaniam nominavit. Geth urbs Palæstinæ, ut nunc dicitur, primaria illis temporibus erat. Hanc habitabant Enacim, et qui vocabantur Philistiim, quos non perdiderunt tunc filii Israel. Idcirco ait de ipsa : « In Geth alienigenarum, seu Philisthæorum : » et indagate diligenter an non vos potius latiorem regionem, et aliis omnibus meliorem, ac præstantiorem habitetis. Sciendum porro, scripturam Hebræorum præpositam habere, Chalannen. Sic enim legitur : « Transite in Chalannen, et in Æmath, et in Geth. » Chalanne autem est sub regno Persico, et hodie vocatur Lysippa. Quoniam autem et regni Persarum meminit Hebræorum editio, ideo affirmamus et beatum Stephanum [80], pro « Transferam vos ultra Damascum, » dixisse, ultra Babylonem. Crimen igitur ingratorum est, quod majorem et uberiorem adeo tellurem adepti, non Deo potius gratias egerunt, sed alii quidem spreverunt Sion, alii confisi in monte Samariæ, nullam ejus reverentiæ rationem duxerunt.

δόξως ἐξείλετο, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰσκεκόμικεν εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσιν. Εἰσκεκόμικε δὲ, πολλὰ καὶ δυσκαταγώνιστα, καὶ οὐκ ἀμελέτητον ἔχοντα τὸ νικᾶν ἐν μάχαις ἀποκείρας ἔθνη. Οὕτω γὰρ καὶ Δαβὶδ ἔφη που πρὸς Θεὸν περὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· « Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν. » Ὀνειδίζονται δὴ οὖν, καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ἀχάριστοι κομιδῇ, καὶ ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀποδρομαῖς λυποῦντες τὸν εὐεργέτην. « Τετρυγήκασι μὲν γὰρ, φησὶν, ἀρχὰς ἐθνῶν, » καὶ κλῆρον ἴδιον ἐποιήσαντο τὴν ἐκείνων χώραν, Θεοῦ κατασείοντος τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ ἀφάτῳ δυνάμει τὴν τῶν ἀντανισταμένων ἰσχὺν παραλύοντος. Ἀλλ' ὅτι πίονα, καὶ εὔβοτον, καὶ παντὶ μεθύουσαν ἀγαθῷ κεκληρονομήκασι γῆν, καὶ τὴν τῶν ἄλλων χωρῶν ἀμείνω τε καὶ εὐρυτέραν, ἀναμαθεῖν ἐπιτάττει, τὰς τῶν ὁμόρων, ἢ καὶ τὰς τῶν ἐπέκεινα πολυπραγμονοῦντας ἀρχὰς, ἤγουν βασιλείας. « Βαδίζετε γὰρ, φησὶν, εἰς Αἰμὰθ Ῥαβὰ, καὶ εἰς Γὲθ ἀλλοφύλων (αὗται γὰρ αἱ τῶν ἄλλων βασιλειῶν περιφανέστεραι) κἀκεῖ ζητεῖτε, φησὶν, εἰ πλείονα τὰ ὅρια αὐτῶν ἐστι τῶν ὑμετέρων ὁρίων. » Ἦσαν γὰρ οὖν πολλαί τε καὶ ἀνὰ μέρος αἱ βασιλεῖαι τῶν ἐθνῶν, ἡ Μωαβιτῶν, ἡ Ἰδουμαίων, ἡ τῶν υἱῶν Ἀμμών· ἀλλ' οὐδὲν ἐν αὐτοῖς τὸ μέγα. Λαμπροτέρα δὲ τῶν ἄλλων ἡ Δαμασκηνῶν καὶ Παλαιστινῶν. Καὶ δύο μὲν ἦσαν πόλεις ὑπὸ τῇ Δαμασκοῦ βασιλείᾳ, εἰς ἃς κείμεναι, αἷς ὄνομα τὸ Αἰμὰθ, ὧν ἡ μὲν εὐρυτέρα, καὶ μείζων, ἡ δὲ λαχοῦσα τὸ μεῖον. Ἑρμηνεύεται, τὸ Ῥαβὰ, μεῖζον. Διάβητε οὖν εἰς Αἰμὰθ Ῥαβὰ, τουτέστιν, εἰς τὴν Αἰμὰθ τὴν μείζω τε καὶ εὐρυτέραν· ἦν γὰρ, ἔφη, ὁμώνυμος ἑτέρᾳ, λαχούσῃ τὸ μεῖον. Φασὶ δὲ τὴν μὲν Αἰμὰθ τὴν πλατεῖαν ταύτην εἶναι, τὴν νῦν Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ μείω καὶ στενοτέραν, τὴν γείτονά τε καὶ ὅμορον Ἐπιφάνειαν Ἀντιόχου, τοῦ ἐπίκλην Ἐπιφανοῦς, τὴν μὲν Ἀντιόχειαν, Ἐπιφάνειαν δὲ τὴν ἑτέραν εἰς δόξαν ἰδίαν ὠνομακότος. Ἡ δὲ Γὲθ πόλις ἦν τὸ τηνικάδε τῆς νυνὶ Παλαιστίνης προτέρα. Ἐν ταύτῃ μεμενήκασιν οἱ Ἐνακεὶμ καὶ οἱ καλούμενοι Φιλιστιεὶμ, οὐκ ὀλοθρευσάντων αὐτοὺς τὸ τηνικάδε τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Ταύτητοί φησι περὶ αὐτῆς· « Εἰς Γὲθ ἀλλοφύλων· » καὶ περιεργάσασθε λεπτῶς, εἰ μὴ μᾶλλον ὑμεῖς εὐρυτέραν οἰκεῖτε χώραν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν τὴν ἀμείνω καὶ προὔχουσαν. Εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι τῶν Ἑβραίων ἡ γραφὴ προτεταγμένην ἔχει τὴν Χαλάννην. « Πορεύεσθε γὰρ, φησὶν, εἰς Χαλάννην, καὶ εἰς Αἰμὰθ, καὶ εἰς Γέθ. » Χαλάννη δέ ἐστιν ὑπὸ τὴν Περσῶν βασιλείαν, ἣ νῦν καλεῖται Λυσίππη. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν Περσῶν βασιλείας ἐμνημόνευσεν ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, ταύτητοί φαμεν καὶ τὸν μακάριον Στέφανον, ἀντὶ τοῦ, « Μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, » τὸ, ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, εἰπεῖν. Ἀχαριστίας οὖν ἔγκλημα, ὅτι πλείονα, καὶ εὐήροτον, καὶ πλατεῖαν οὕτω κατακληρονομήσαντες γῆν, οὐχὶ Θεῷ μᾶλλον ἀνῆπτον τὰ χαριστήρια, ἀλλ' οἱ μὲν ἐξουδένευν τὴν Σιὼν, οἱ δὲ πεποιθότες ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας, οὐδένα τῆς εἰς αὐτὴν αἰδοῦς ἐποιοῦντο λόγον.

[79] Psal. LXXIX, 9. [80] Act. VII, 43.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Χρήσιμον δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ τοῖς μετὰ τὴν πίστιν Ἑλλήνων σοφίαν τεθαυμακόσιν, ὡς ἀμείνους τῶν παρ' ὑμῖν τὰς ἐκείνων ἡγεῖσθαι δόξας, καὶ τοῖς ἀπονεύουσιν εἰς τὸ προσκεῖσθαι ζητεῖν τοῖς παραχαράττουσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν δογμάτων τὴν ὀρθότητα παραλύουσι, τὸ, « Πορεύεσθε εἰς Αἰμὰθ Ῥαβὰ, καὶ εἰς Γὲθ ἀλλοφύλων, καὶ ἴδετε, εἰ πλείονα τὰ ὅρια αὐτῶν ἐστι τῶν ὑμετέρων ὁρίων. » Εὐρυτέρα γὰρ τῆς Ἑλλήνων στενολεσχίας ἡ θεόπνευστος Γραφὴ, τὸ τῆς ἀληθείας καταγγέλλουσα φῶς, καὶ δογμάτων εἰσφέρουσα γνῶσιν, καὶ πρὸς πάντων ὅτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων τὸν τῶν πιστευόντων ἀναβιβάζουσα νοῦν. Εὐρύτερος δὲ πάλιν τῆς αἱρετικῶν στενότητος ὁ τῆς ἀληθείας ἐστὶ λόγος. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῇ μαχόμενοι, μονονουχὶ καταπνίγονται, ψυχροῖς τε καὶ ἀδρανέσιν ἐπινηχόμενοι λογισμοῖς· οἱ δὲ τοῖς τῆς εὐσεβείας συναγορεύοντες δόγμασι, καὶ τὸ λαμπρὸν τῆς ἀληθείας περιαθροῦντες κάλλος, εἰς πλατὺ θεωρημάτων ἐκτρέχουσι πέλαγος, « Αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, » τῇδέ τε κἀκεῖσε διάττοντες, καὶ τὰ εἰς γνῶσιν ἀληθινὴν ἀπὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς εὖ μάλα συλλέγοντες. Καὶ γοῦν Κορινθίοις ἀποφοιτᾷν ἑλομένοις τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς, προσκειμένοις δὲ ἀμαθῶς τοῖς ἑτεροδιδασκαλεῖν εἰωθόσιν, ἐπιστέλλει Παῦλος, ὅτι « Στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, ὦ Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται, » ἕως, « Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. »

A Præterea utile fuerit, ut apparet, et iis qui post fidem Græcorum sapientiam admirati sunt, ut eorum opiniones et doctrinam nostræ anteferrent, seu propensis valde ad adhærendum depravantibus veritatem, et ecclesiasticorum dogmatum rectitudinem corrumpentibus, illud : « Transite in Æmath Raba, et in Geth Philisthæorum, et videte si plures sunt termini eorum terminis vestris. » Latior enim Græcorum angustis fabulis divinitus inspirata Scriptura, veritatis annuntians lumen, et dogmatum afferens notitiam, credentiumque mentes ad omnia laude digna exsuscitans. Latior rursum hæreticorum angustia est sermo veritatis, quam hi oppugnantes, pene suffocantur, frigidis et obscuris ratiocinationibus innatantes. Pietatis autem dogmat bus B patrocinantes, et illustrem veritatis elegantiam contemplantes, in latum contemplationum pelagus excurrunt, « Redigentes omnem intellectum in obsequium fidei [81], » huc illuc salientes, **314** et ad veram cognitionem pertinentia accuratissime colligentes. Itaque Corinthiis, a tradito illis sancto mandato recedere, et imperite aliter docere solitis adhærere volentibus, scribit Paulus : « Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, et cor nostrum dilatatum est, » etc., usque ad illa : « Nolite jugum ducere cum infidelibus [82]. »

Οὐαὶ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακὴν, οἱ ἐγγίζοντες, καὶ ἐφαπτόμενοι Σαββάτων ψευδῶν.

Vers. 3. *Væ qui venitis in diem malam, appropinquantes, et attingentes Sabbata falsa.*

ΝΗ'. Ἔφασκεν, ὅτι « Οὐαὶ ἐξουδενοῦσι Σιὼν, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας. » Καὶ ἐπειδὴ δύο τινῶν ἐποιεῖτο μνήμην, τῶν τε ἐξουθενούντων, φημὶ, τὴν Σιὼν, καὶ τῶν πεποιθότων ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας, πολυπραγμονοῦντες ἀναγκαίως τῶν ἐννοιῶν τὴν δύναμιν, ἐφηρμόσαμεν ἡμεῖς τοῖς ἐξ Ἰούδα καὶ Βενιαμὶν τὴν αἰτίαν τοῦ ἐξουθενεῖν τὴν Σιὼν, τοῖς γε μὴν ἐξ Ἐφραὶμ τὸ πεποιθέναι ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας. Εἶσι δὴ οὖν ὥσπερ ἄνοπιν ὁ λόγος, καὶ τὰ ἀμφοῖν ἐγκλήματα καταλέγει πάλιν, αὐτοῖς ἐπιφέρων τὸ, Οὐαί. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ κατὰ τῆς εὐθείας πτώσεως τὴν τοῦ, Οὐαὶ, φωνὴν ἐπιφέρειν, οἷόν τί φημι· « Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου. » Καὶ πάλιν, « Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωῒ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες. — Οὐαὶ τοίνυν, φησὶν, οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακήν. » Τὸ γὰρ μὴ ἀνέχεσθαι μετανοεῖν, μήτε μὴν τὸ ἐπὶ τοῖς ἔσεσθαι προαπηγγελμένοις εἰσδέξασθαι φόβον, μονονουχὶ καὶ ἐπιθυμεῖν, ἔστιν εἰς ὀλέθρου πεσεῖν ἡμέραν. Οἷον ὡς εἴ τις περί τινος τῶν φιλαμαρτημόνων λέγοι τυχόν· Ἐπιθυμεῖ τεθνάναι, καίτοι τοῦτο παθεῖν οὐκ ἐθέλοντος ἐκείνου ποθὲν, ἀλλ' ὅσον ἧκει εἰς τὸ βούλεσθαι, δρᾷν, καὶ τοῦτο ἀκαταλήκτως, τὰ τοῖς νόμοις ἀπᾴδοντα· μονονουχὶ καὶ ἐρᾷ τῆς τοῖς φιλαμαρτήμοσιν ἀείπως ἀποκειμένης κολάσεώς τε καὶ δίκης. Μετανοεῖν οὖν ἄρα μὴ ἀνεχόμενοι, μονονουχὶ καὶ ἐπιθυμοῦσι πεσεῖν εἰς ἡμέραν κακὴν, καὶ ταῖς ἤδη προ-

C LVIII. Dicebat, « Væ spernentibus Sion, et confidentibus in monte Samariæ. » Et postquam duorum quorumdam memini t, spernentium, inquam, Sion, et confidentium in monte Samariæ, inquirentes necessario sententiæ vim, adaptavimus nos Juda et Benjamin crimen contemptus Sion, Ephraimitis vero confidentiam in montem Samariæ. Retro igitur redit quodammodo oratio, amborumque crimina rursum recenset, et Væ infert. Mos autem est sacræ Scripturæ casu recto vocem Væ inferre, ut, « Væ, concupiscentes diem Domini [83]. » Et iterum : « Væ, surgentes mane, et siceram sequentes [84]. — Væ, igitur, inquit, venientes in diem malam. » Aversari enim pœnitentiam, neque propter futura et prænuntiata suscipere timorem, et D propemodum ea desiderare, est in exitii diem cadere. Velut si quis de quoquam, cui voluptati est peccare, forte diceret : Desiderat mori, quanquam ille hoc pati non velit unquam ; sed quod ad voluntatem attinet, ea facere, et hoc sine fine, quæ sunt divinis legibus pugnantia : quin tantum non amat peccati amantibus semper repositum supplicium, et vindictam. Itaque non sustinentes pœnitere, cadere in diem malum, et jam prænuntiatis calamitatibus opprimi tantum non concupiscunt. « Ut appropinquantes et attingentes Sabbata falsa. » Stabat enim adhuc templum, et ejus altaria, et offerebant Deo

[81] II Cor. x, 5. [82] II Cor. vi, 11-14. [83] Amos, v, 18. [84] Isa. xv, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

juxta legem sacrificia, agebantque Sabbatis consueta otia, verumtamen non penitus accurate, sed negligenter omnino, atque desidiosissime. Quare prophetarum vocibus eos, ut Sabbatum non custodientes accusabat. Væ igitur, inquit, simulantibus se **315** appropinquare Deo, dum simulant se colere adhuc instituta Mosaica, et Sabbata falso celebrant. Vides quomodo eos insimularit, ut qui non recte aut studiose otium Sabbatismo decorum servaverint.

Adhæc (puto enim mihi quippiam eminentius de his dicendum) falsa Sabbata sunt res Judæorum: siquidem lex, et quæ per Moysen facta sunt, typus sunt, et adumbratio [84*]. Typus autem non est veritas, sed figura, et simulacrum veritatis potius. Quare et Paulus Hebræis scribit, et de antiquioribus ait: « Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. [85] » Non enim illos requiescere fecit Jesus, nec ingressi sunt in requiem Dei. Sabbatizamus autem spiritualiter nos in Christo, omittentes et deserentes quidem peccata, desinentes autem ab omni corruptibili et negotio terreno. Nam ut Paulus ait: « Qui ingressus est in requiem ejus, etiam ipse requievit ab operibus suis omnibus, sicut a suis Deus [86]. »

VERS. 4-6. *Dormientes in lectis eburneis, et lascivientes in stratis suis, et comedentes hædos ex gregibus, et vitulos ex mediis armentis lactentes. Plaudentes ad voces organorum, sicut stantem reputaverunt, et non sicut fugientem. Bibentes defæcatum vinum, et primis unguentis uncti, et non patiebantur quidquam super contritione Joseph.*

LIX. Rursum Væ propter calamitatem, dormientibus in lectis eburneis, et hoc atque illud facere solitis. Incusat autem eos valde qui in Samaria supra cæteros claritate eminebant, et facultatum copiis antecellebant, velut ex immodica felicitate ferme temulentos, deliciarumque varietate transversim abductos, ut nihil penitus futurorum incommodorum suspicarentur, neque sic affectis Deum aliquando vehementius iratum fore, et peccatis deditos pœnis prosecuturum arbitrarentur. Licentiam porro, et effusam in omnem intemperantiam eorumdem vitam declarat. Lectis, inquit, utuntur eburneis, sumptuosis admodum, et cubilibus delicatis. Et electi agni, vitulique lactentes esculenta eorum. Cantica item, et carmina, et omnia instrumenta musica voluptatis causa, comessationes item, **316** et plausus frequentant. Quodque gravius est, hujuscemodi mala ut firma et constantia,

[84*] Hebr. x, 1 seqq. [85] Hebr. iv, 9. [86] Ibid., 10.

(1) Cotelerius (*Monum. Eccl. Gr.*, II, 590) legendum monet ἀπὸ κοινοῦ.

ἀπηγγελμέναις ἐναλῶναι συμφοραῖς. « Ὡς ἐγγίζοντες, καὶ ἐφαπτόμενοι Σαββάτων ψευδῶν. » Ἦν μὲν γὰρ ἔτι συνεστηκὼς ὁ νεὼς, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ θυσιαστήρια, καὶ προσῆγον μὲν τῷ Θεῷ τὰς κατὰ νόμον θυσίας, ἐπετήρουν δὲ καὶ τὰς ἐν Σαββάτοις ἀργίας, πλὴν οὐκ εἰσάπαν ἠκριβωμένως, ἀτημελῶς δὲ πάμπαν, καὶ ῥᾳθύμως κομιδῇ. Καὶ γοῦν ἠτιᾶτο διὰ φωνῆς προφητῶν, ὡς Σάββατον μὴ τετηρηκότας. Οὐαὶ τοίνυν, φησὶ, τοῖς προσποιουμένοις ἐγγίζειν Θεῷ διὰ τοῦ προσποιεῖσθαι τιμᾷν τὰ Μωσέως ἔτι, καὶ ψευδῶν οὐχ ὡς ὀρθῶς ἢ πεφροντισμένως τὴν τῷ σαββατί-

Σαββάτων ἀποθιγγάνειν. Ὁρᾷς ὅπως διαβέβληκεν ζειν πρέπουσαν τηροῦντας ἀργίαν.

Ἄλλως τε (χρῆναι γὰρ ὑπολαμβάνω καί τι τῶν ἀναγκαιοτέρων ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν) ψευδῆ Σάββατα, τὰ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις· εἴπερ ἐστὶ σκιὰ μὲν ὁ νόμος, καὶ τύπος κατὰ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὰ διὰ Μωσέως. Ὁ δὲ τύπος οὐκ ἀλήθεια, μόρφωσιν δὲ μᾶλλον τῆς ἀληθείας εἰσφέρει. Τοιγάρτοι καὶ Παῦλος Ἑβραίοις ἐπιστέλλει, καί φησι περὶ τῶν ἀρχαιοτέρων· « Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς ἐν τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. » Οὐ γὰρ κατέπαυσεν ἐκείνους Ἰησοῦς, οὔτε μὴν εἰσελήλάκασιν εἰς κατάπαυσιν τοῦ Θεοῦ. Σαββατίζομεν δὲ πνευματικῶς ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, καταλύοντες, καὶ ἀποφοιτῶντες μὲν ἁμαρτίας, καταλήγοντες δὲ παντὸς φθαρτοῦ καὶ γηΐνου πράγματος. Ὡς γὰρ Παῦλος γράφει, « Ὁ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός. »

Οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν, καὶ ἐσθίοντες ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνά. Οἱ ἐπικροτοῦντες πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων, ὡς ἑστηκότα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. Οἱ πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι, καὶ οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπὶ τῇ συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ.

ΝΘ'. Οὐαὶ πάλιν ἀπὸ κακοῦ (1) τοῖς καθεύδουσιν ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, τοῦτο δὲ κἀκεῖνο δρᾷν εἰωθόσι. Ἐπαιτιᾶται δὲ λίαν τῶν ἐν Σαμαρείᾳ τοὺς ἐν δόξῃ περιφανεστέρους, καὶ ταῖς τῶν χρημάτων περιουσίαις τῶν ἄλλων ὑπερηρμένους, ὡς ἐκ πολλῆς ἄγαν εὐημερίας μονονουχὶ καὶ μεθύοντας, καὶ τῷ τῆς τρυφῆς πλάτει παρενηνεγμένους, εἰς τὸ μηδὲν ὅλως ὑποβλέπεσθαι τῶν δεινῶν, μήτε μὴν οἴεσθαι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τοῖς οὕτω διακειμένοις ἐπιθήγεσθαί ποτε, καὶ ποινὰς ἐπάγειν τοῖς φιλαμαρτήμοσιν. Ἐξηγεῖται δὲ ἀκριβῶς τὸ ἀνειμένον αὐτῶν καὶ ἄνετον εἰς τρυφάς. Κλῖναί τε γὰρ αὐτοῖς ἐξ ἐλέφαντος, φησὶν, αἱ πολυτελεῖς, καὶ μάλα καὶ μὴν εὐναί· τὰ δὲ ἐπίλεκτα τῶν ἀμνῶν, μόσχοι τε ἐπίτιτθοι τὰ ἐδώδιμα, ᾠδαί τε καὶ μέλη, καὶ πάντα τὰ δι' ὀργάνων συνεισθέοντα ταῖς τρυφαῖς, κῶμοί τε καὶ κρότοι, καὶ τὸ ἔτι φορτικώτερον, ὅτι τὰ τοιάδε τῶν κακῶν ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. Καθόλου μὲν γὰρ παρ-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ίπταται τὰ τοιάδε, καὶ ἀπάτη κοσμικὴ τὸ ἱδρυμένον οὐκ ἔχει. Λύεται γὰρ ἐν ἴσῳ σκιαῖς, καὶ « παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, » κατὰ τὸ γεγραφέναι· συγκαταλήγει δὲ πάντως τοῖς τεθνεῶσιν ἡ τρυφή. Ἐπὶ δέ γε τῶν ἐν Σαμαρείᾳ καὶ καθ' ἕτερον ἂν νοοῖτο τρόπον τῶν εἰρημένων ὁ νοῦς. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον ἁλώσεσθαι, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, φεύγοντά τε καὶ οὐχ ἑστῶτα λέγει τὰ εἰς τρυφὴν αὐτοῖς ἐξιτήλως ἐξευρημένα, ὡς ὅσον οὔπω παρελευσόμενα. Ἐπικροτοῦσι δὴ οὖν τοῖς ὀργάνοις, οἶνον πίνοντες τάχα που τὸν ἀνθοσμίαν, καὶ λεπτῶς εὖ μάλα διυλισμένον. Καταχρίονται δὲ καὶ μύρῳ, συντιθέντες τὰ ἐξαίρετα, καὶ λόγον οὐδένα πεποίηνται παντελῶς τοῦ συντρίβεσθαι μέλλειν τὸν Ἰωσήφ. Καίτοι γὰρ προεγνωκότες τὴν ὅσον οὔπω παρεσομένην συμφορὰν, καὶ τῆς Σαμαρείας τὴν ἅλωσιν, καὶ τὴν ἐν τῷ Ἰωσὴφ γενησομένην συντριβὴν, τῆς αὐτοῖς κατειθισμένης οὐ κατημέλουν τρυφῆς. Πάνδεινον οὖν ὡς ἀληθῶς τὸ σωματικῆς ἡττᾶσθαι τρυφῆς τοὺς χωρῶν, ἢ πόλεων, ἢ λαῶν ἡγεῖσθαι λαχόντας. Δέον γὰρ ὃν μᾶλλον ταῖς καθηκούσαις νήψεσιν εὖ μάλα χρωμένους περιαθρεῖν τὰ συμφέροντα, καὶ κατ' εὐθὺ τοῦ πρέποντος ἀποφέρειν τοὺς ὑπεστρωμένους, καὶ διὰ παντὸς τρόπου λελυπημένον ἐκμειλίσσεσθαι Θεὸν, πῶς οὐκ ἀπόπληκτον κομιδῇ τὸ κατολισθεῖν εἰς τρυφὰς, καὶ τῆς βεβήλου φιλοσαρκίας οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ ἄμεινον; Περὶ τῶν τοιούτων τάχα πού φησιν διὰ φωνῆς ἁγίων· « Ὦ ποιμένες, οἱ διασκορπίζοντες καὶ ἀπολλύντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς. » Ὅτι γὰρ ταῖς τῶν ποιμένων ῥᾳθυμίαις κινδυνεύει τὸ ὑπήκοον, σαφὲς ἂν γένοιτο, πάλιν Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ὅτι οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐξεζήτησαν· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. »

A non fugacia reputant. Universa namque ista prætervolant, et mundana fallacia firmitudinis nihil habet. Quippe ut umbræ evanescunt, et, ut scriptum est, « præterit figura hujus mundi [87], » et deliciæ omnino in ipsa morte desinunt. Porro de Samaritanis etiam alius dictorum sensus esse potest. Quoniam enim in servitutem, nec ita multo post, redigendi erant, ait labentia et instabilia esse ab ipsis ad voluptatem vane comparata, veluti jamjam præteritura. Plaudunt igitur inter concentus musicos, bibentes vinum odoratum fortasse, et colatum probe. Unguentis etiam excellenti compositione unguntur, et Joseph contritum iri, nihil pensi habent penitus. Quamvis enim brevi eventuram calamitatem, captivitatemque Samariæ, et in Joseph futuram contritionem præscirent, tamen a consueta sibi luxuria non discedebant. Vere igitur miserrimum est, regionum, urbium, populorum principes ac rectores corporeis voluptatibus succumbere. Nam cum eos magis, muneri suo congruentem vigilantiam fideliter adhibentes, conducibilia circumspicere, et ad officii normam subjectos dirigere, et omni ratione Deum offensum mitigare oporteat, quomodo non insaniæ plenum censeamus, abjicere se in voluptates corporis, et cura carnis impuræ nihil melius ducere? De his per sanctos prophetas dictum crediderim: « O pastores, dispergentes, et dispersdentes oves pascuæ meæ [88]. » Propter ignaviam enim pastorum subditos venire in discrimen, liquere potest ex eo, quod rursum Deus aperte dicit: « Quia pastores stulte egerunt, et Dominum non quæsierunt: propter hoc non intellexit omnis grex, et dispersi sunt [89]. »

B

C

Διὰ τοῦτο νῦν αἰχμάλωτοι ἔσονται ἀπ' ἀρχῆς δυναστῶν, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραΐμ.

VERS. 7. *Propterea nunc captivi erunt ab initio potentium, et auferetur hinnitus equorum ex Ephraim.*

Σ'. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, τετρυφήκασι, τὴν εἰς Θεὸν ἀφέντες ἀγάπην, τεθαρσήκασι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας, τουτέστι, τοῖς οὖσιν ἐν Σαμαρείᾳ, μεγάλην ὀφρὺν ἀνασπῶντες, καὶ ἡγούμενοι ὡς ἀμετρήτου πληθύος ἐξάρχοντες, καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον ἔχοντες τὸ μάχιμον γένος, ταύτῃτοι, φησὶν, ἥξει μὲν, ἥξει καὶ μάλα γοργῶς κατὰ πάντων ὁ τῆς αἰχμαλωσίας καιρός. Πρωτόλειον δὲ ποιήσεται τοὺς δυνατωτέρους. Ἀεὶ γὰρ πολέμιοι καταδῃοῦντες πόλιν ἐπὶ τοὺς τῶν ἐπισημοτέρων τρέχουσιν οἴκους, τὰ ἐν αὐτοῖς διαρπάσοντες. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἔθος τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ λαμπροῖς, τοῖς ἐξαιρέτοις τῶν ἵππων ἐποχεῖσθαι φιλεῖν, οἱ δὲ, κατὰ τὸ εἰκὸς, διὰ μέσων ᾖεσαν τῶν πλατειῶν, ἔννουν τι, καὶ σοφὸν, καὶ οἷον ἐξ ἐπιστήμης ὑποχρεμετίζοντες (ἕτοιμον γὰρ ἀεί πως τὸ ζῶον εἰς εἴδησιν εὐκοσμίας καὶ τῆς αὐτῷ πρεπούσης ἐπιστήμης παραδοχὴν), καὶ τοῦτο πεπαύσεται, φησί. « Ἐξαρθήσεται γὰρ, φησὶ, χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραΐμ· » ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· Πεπαύσονται τῆς ἀγερωχίας τῶν ἐν Σαμαρείᾳ πολλοὶ, καταλήξουσι δὲ, καὶ

LX. Quoniam vero, posthabita dilectione Dei, in deliciis vixerunt, inquit, et confiderunt in montem Samariæ, id est, in habitatoribus Samariæ, supercilium tollentes, existimantesque se immensæ multitudini præesse, habereque bellatores innumerabiles, idcirco veniet, veniet, et maturrime adversum omnes captivitatis tempus. Initium autem faciet a potentioribus. Semper enim hostes **317** dum urbem vastant, illustriorum domos incursant, easque diripiunt. Quia vero optimatibus in Samaria mos erat gaudere singularibus equis, a quibus portarentur, qui, ut verisimile est, per medias plateas gradientes, quasi cogitato, et prudenter, et scienter hinniebant (semper enim animal hoc ad notitiam decentiæ, et naturæ suæ convenientem scientiam suscipiendam promptum est), etiam hoc desinet, inquit. « Auferetur enim, inquit, hinnitus equorum ex Ephraim; » perinde ac si dicat, Compescetur insolentia multorum in Samaria, et quamvis nolentes cessabunt sese, dum procedunt, per hinnitus equorum

D

[87] I Cor. VII, 31. [88] Jerem. XXIII, 1. [89] Jerem. X, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

suorum omnibus spectandos prodere; qui insignibus phaleris ornati, equitem etiam fortasse agnoscunt, et propemodum inflantur animis, cum se honorabilem et spectatum sessorem habere sentiunt. Verum, moderationem principibus conciliare securitatem, tollere autem spiritus, afferre detrimentum, etiam hinc perspicias. Ipsos siquidem nihilominus, et quidem ante alios ira divina adorietur, et omni splendore suo spoliabuntur. Jacebunt simul cum aliis, acerbum et grave sustinentes judicium ; et quia non seipsos solum perdiderunt, sed alios insuper in scelere socios sibi asciverunt, rationem reddent.

A

Vers. 8. *Quia juravit Dominus per semetipsum, Quia abominor ego omnem superbiam Jacob, et regiones ejus odio habui.*

LXI. Immutabilitatem iræ divinæ exprimit, docens jurasse Deum se odisse superbiam Jacob. Nec ad Jacob patriarcham hanc detestationem pertinere dicimus : esset enim stulta hæc intelligentia, cum eum Deus ab utero dilexerit, et adhuc maternis inclusum visceribus elegerit [90]. Jacob igitur rursum posteros Jacob nominat, quorum exsecrandam superbiam (ὕβριν, insolentiam namque mos est Scripturæ sanctæ appellare, quæ alias ὑπερηφία, superbia) odisse se inquit. An enim superbia non est, inquit, cultum Dei aspernari, gloriamque illi convenientissimam idolis tribuere : neque audire velle, quæ per sanctos prophetas indicare voluerit : et ejus minas velut ludibrio habere, commilitonumque multitudine conflisos, ejus veniam et opem omnino contemnere? Et quomodo de hoc dubitari possit? « Juravit igitur per semetipsum, inquit, **318** universorum Dominus. » Per semetipsum, quoniam majorem per quem juraret, habebat neminem. Quid autem juravit? « Quia abominor omnem insolentiam, sive superbiam et omnes eorum regiones odio habui [91]. » Non enim repertus est in illis divinæ voluntatis cultor : non qui eum veneraretur, et justitiæ laudibus excelleret. Non enim fuisset aversus Deus, si qui apud eos, saltem pauci numero, fuissent, qui placere ei studuissent. Quamobrem per Jeremiam ait : « Concursate vias Jerusalem, et videte, et quærite in plateis ejus, si inveniatis virum, si est faciens judicium, et diligens fidem, et propitius ero eis, dicit Dominus [92]. » Quoniam autem regiones Jacob nec unum bonum et Dei amantem virum habebant, idcirco datæ sunt in desolationem, et urbes una cum incolis interierunt. Vehementer itaque sanctis opus est : servant enim urbes, et regiones clade impendente liberant, iram Dei quantumvis ferventem vitæ claritudine retundentes, seu hebetantes, et impetus ejus iracundiæ incursantes nos, quasi retrahentes.

B

C

D

Vers. 9-11. *Et auferam civitatem cum omnibus quæ in ea. Et erit, si relicti fuerint viri in domo una,*

οὐχ ἑκόντες, τοῦ περιφανεῖς ποιεῖσθαι τὰς προόδους, ὑποχρεμετιζόντων αὐτοῖς τῶν ἵππων, οἳ λαμπροῖς φαλάροις κατεστεμμένοι, τὸν ἐπιβάτην τάχα που καὶ ἐπιγινώσκουσι, μονονουχὶ καὶ φυσῶσι μέγα, σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον ἐπαναθέμενοι τὸν ἡνίοχον. Ἀλλ' ὅτι τὸ νήφειν τοῖς ἡγουμένοις ἀσφαλὲς, τό γε μὴν ὑπτιοῦσθαι φιλεῖν ἐπιζήμιον, κἀντεῦθεν ἂν μάθοις. Ἐπ' αὐτοὺς γὰρ ἔσται, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τὰ ἐξ ὀργῆς. Καὶ ἀπάσης μὲν εὐκλείας ἐξωσθήσονται. Κείσονται αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ, πικρόν τι καὶ δυσαχθὲς ἔχοντες κρῖμα· καὶ ὅτι μὴ μόνον ἑαυτοὺς ἀπολωλέκασι, προσέθεσαν δὲ καὶ ἑτέρους ταῖς ἑαυτῶν παρανομίαις, ἀπολογήσοντσι.

Ὅτι ὤμοσε Κύριος καθ' ἑαυτοῦ· Διότι βδελύσσομαι ἐγὼ πᾶσαν τὴν ὕβριν Ἰακὼβ, καὶ τὰς χώρας αὐτοῦ μεμίσηκα.

ΞΑ'. Τὸ ἀμετάθετον τῆς ὀργῆς ἀποφαίνει, δεικνὺς ὁμωμοκότα Θεὸν, ὡς εἴη μεμισηκὼς τὴν ὕβριν τοῦ Ἰακώβ. Καὶ οὐ δήπου φαμὲν, ὅτι τοῦ προπάτορος Ἰακὼβ ὁ λόγος ποιεῖται κατάρρησιν· κομιδῇ γὰρ εὐηθες τὸ τῇδε νοεῖν, ὅτι καὶ ἠγάπησε τὸν Ἰακὼβ ἐκ μήτρας, καὶ ἀπόλεκτον ἐποιεῖτο καὶ ἔμβρυον ὄντα Θεός. Ἰακὼβ δὲ πάλιν φησὶ τοὺς ἐξ Ἰακὼβ, ὧν τὴν ἐπάρατον ἀλαζονείαν (ὕβριν γὰρ ἔθος τὴν ὑπερηφίαν ὀνομάζειν τῇ θείᾳ Γραφῇ) μεμισηκέναι φησίν. Ἡ γὰρ οὐχὶ τὸ χρῆμά ἐστιν ὑπερηφίας λοιπὸν, τὸ παρωθεῖσθαι, φημὶ, τὸ εἰς Θεὸν σέβας, εἰδώλοις δὲ ἀπονέμειν τὴν αὐτῷ πρεπωδεστάτην ὅτι μάλιστα δόξαν, καὶ προστέτι τούτοις μηδὲ ἐπαΐειν ἀξιοῦν ὧν ἂν ἕλοιτο δηλοῦν διὰ προφητῶν ἁγίων, ἄθυρμα δὲ ὥσπερ ποιεῖσθαι τὴν ἀπειλὴν, καὶ πλήθει συμμάχων ἐπιθαρσήσαντας, ἀλογῆσαι παντελῶς τῆς παρ' αὐτοῦ φειδοῦς καὶ ἐπικουρίας; Εἶτα, πῶς τοῦτο ἀμφίβολον ; « Ὡμώμοκε τοίνυν καθ' ἑαυτοῦ, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Κύριος. » Καθ' ἑαυτοῦ δὲ, ὅτι κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονα ὁμόσαι. Τί δὲ τὸ ὁμωμοσμένον; « Ὅτι βδελύσσομαι πᾶσαν τὴν ὕβριν Ἰακὼβ, ἤτοι τὴν ὑπερηφίαν, καὶ ἁπάσας δὲ αὐτῶν μεμίσηκα τὰς χώρας. » Οὐ γὰρ ἦν ὁ τὸ σέβας ἀνάπτων αὐτῷ, καὶ τοῖς εἰς δικαιοσύνην αὐχήμασι διαπρέπων. Οὐ γὰρ ἂν ἀπεστράφη Θεὸς, εἴπερ τινὲς ἦσαν, κἂν γοῦν εὐαρίθμητοι, παρ' αὐτοῖς, οἷς ἦν ἐν λόγῳ τὸ ἀνδάνον αὐτῷ. Καὶ γοῦν φησι διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· « Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, ἐὰν εὕρητε ἄνδρα, εἰ ἔστι ποιῶν κρῖμα, καὶ ἀγαπῶν πίστιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς, λέγει Κύριος. » Ἐπειδὴ δὲ τοῦ Ἰακὼβ αἱ χῶραι γεγόνασιν ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς, ταύτῃτοι δέδονται πρὸς ἐρήμωσιν, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἀπολώλασιν αἱ πόλεις. Πολλὴ τοιγαροῦν τῶν ἁγίων ἡ χρεία· σώζουσι γὰρ πόλεις, καὶ ἀπαλλάττουσι χώρας συμφορᾶς ἐπηρτημένης, τῇ τοῦ βίου φαιδρότητι παρεγκόπτοντες ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον καίτοι ζέοντα τὸν θυμὸν, καὶ οἷον ἀνασειράζοντες ἐπιτρέχοντα τὰ ἐκ θείας ὀργῆς κινήματα.

Καὶ ἐξαρῶ πόλιν σὺν πᾶσιν τοῖς ἐν αὐτῇ. Καὶ ἔσται, ἐὰν ὑπολειφθῶσιν ἄνδρες ἐν οἰκίᾳ μιᾷ,

[90] Malach. I, 2, 3. [91] Hebr. VI, 13. [92] Jerem. V, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἀποθανοῦνται, καὶ ὑπολειφθήσονται οἱ κατάλοιποι, καὶ λήψονται οἱ οἰκεῖοι αὐτῶν, καὶ παραβιῶνται τοῦ ἐξενέγκαι τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐκ τοῦ οἴκου, καὶ ἐρεῖ τοῖς προεστηκόσι τῆς οἰκίας, Εἰ ἔτι ὑπάρχει παρὰ σοί; Καὶ ἐρεῖ· Οὐκ ἔτι· Καὶ ἐρεῖ· Σίγα, ἕνεκα τοῦ μὴ ὀνομάσαι τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου.

A *et morientur, et relinquentur reliqui, et capientur domestici eorum, et cogentur ut efferant ossa eorum de domo, et dicet præsidentibus domus, Si adhuc est apud te? et dicet, Non adhuc. Et dicet : Tace, ut non nomines nomen Domini.*

ΞΒ'. Ἐπειδὴ γὰρ μεμίσηκε μὲν αὐτῶν τὰς χώρας, καταμυσσάττεται δὲ καὶ πᾶσαν τὴν ὕβριν Ἰακώβ, ἤτοι τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν, αὐτάνδρους τὰς παρ' αὐτοῖς διολλῦναι πόλεις ταύτηγοί φησι. Τὸ δὲ ὅπως ἕκαστα τοῖς ἐκεῖνα πεπλημμεληκόσι συμβήσεται, διερμηνεύει λεπτῶς. Ἐξαρῶ γάρ, φησίν, ἣν ἂν βούλομαι πόλιν, καὶ οἷον ἐκ μέσου ποιήσομαι τοῖς κατοίκοις ὁμοῦ. Κἂν εἰ γένοιτο τυχὸν δέκα τινὰς τῶν ἐκ μιᾶς ὄντων οἰκίας διαδράναι μὲν τῶν πολεμίων τὸ ξίφος, εἰσδῦναι δὲ εἰς μυχοὺς καὶ εἰς τὰ ἐσώτερα τῆς οἰκίας, τεθνήξονται, δεδιότες τάχα που κἂν γοῦν προκύψαι βραχὺ τῶν ἐν οἷς εἰσι μυχῶν. Διαδέξεται τοίνυν τὴν τοῦ παίοντος χεῖρα, φησίν, ὁ λοιμὸς, καὶ ἀποκτενεῖ τοὺς κεκρυμμένους. Ἀποκεχωρηκότων δὲ τῶν ἐχθρῶν, ἤξουσί τινες τῶν ἐξ αἵματός τε καὶ κατὰ διάθεσιν οἰκείων, « Καὶ παραβιῶνται τοῦ ἐξενεγκεῖν τὰ ὀστᾶ αὐτῶν. » Τίνα δὲ καταβιάσονται, τὰ τῶν τεθνεώτων συναγείροντες λείψανα; Ἑαυτοὺς δηλονότι. Φορτικὸν γὰρ καὶ δύσοιστον ἀληθῶς τὸ μυδώντων ἤδη καὶ σεσηπότων ἅπτεσθαι σωμάτων, καὶ ῥινὸς, οἱμαί που, μὴ τετρημένης τοῖς τὰ τοιάδε τολμῶσι χρεία· κακοσμίας γὰρ τῆς οὕτω δεινῆς οὐδὲν ἂν γένοιτο χεῖρον. Ἑαυτοὺς οὖν ἄρα καταβιάσονται, τοῖς κατοιχομένοις καὶ ἀπολωλόσιν ὑπὸ λοιμοῦ τὸ συμπαθὲς χαριζόμενοι, διὰ τοῦ τάφων καὶ περιστολῆς ἀξιοῦν αὐτούς. Οἱ δὲ τοῦτο δρῶντες, φησὶ, περιεργάσονται λοιπὸν παρὰ τοῦ τὴν οἰκίαν εἰδότος, μὴ ἄρα τις εἴη μετ' ἐκείνους ἕτερος, ἢ ζῶν ἔτι τυχὸν καὶ ἐν μυχοῖς λανθάνων, εἴτε τεθνεὼς ἤδη καὶ ὀδωδώς. Ὁ δὲ ἀποκρινεῖται, λέγων· « Οὐκ ἔτι. » Τοῦτο δέ ἐστιν ἕτερον οὐδὲν, ἢ παντελοῦς ἐρημίας ἀπόδειξις ἐναργής. Ἀλλ' εἰ τοῦτο λέγοιεν οἱ τῆς οἰκίας προεστηκότες, ἀνακούσονται, φησὶ, παρὰ τοῦ τὴν πεῦσιν προσάγοντος· « Σίγα, ἕνεκεν τοῦ μὴ ὀνομάσαι τὸ ὄνομα Κυρίου. » Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ἀναγκαῖον ἰδεῖν. Τινὲς μὲν οὖν οἴονταί τε καὶ φασιν, ὅτι μέλλοντας ὀμνύναι τοὺς τῆς οἰκίας προεστηκότας, οἱ ἐρωτῶντες κατασιγάσουσιν, ἵνα μὴ ὀμόσωσι τὸ ὄνομα Κυρίου. Προσεπάγουσι δὲ, ὅτι πρὸς τοῦτο τοῖς ἐξ Ἐφραΐμ τῆς ἐσχάτης ἀφιλοθεΐας κατώλισθεν ὁ νοῦς, ὡς μηδὲ ἀνέχεσθαί τινων, εἴπερ ἔλοιντό πως τὸν τῶν ὅλων ὀνομάζειν Θεόν. Ἔστι δὲ, οἶμαι, σαθρὸς κομιδῇ, καὶ τὸ ἀκαλλὲς ἔχων ὁ τοιόσδε λόγος· ὅτι γὰρ ἀπέθορον τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ὁλοτρόπως οἱ ἐξ Ἐφραΐμ, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. Ἀλλ' ἐκ πληγῶν καὶ μάστιγος γεγονότας σωφρονεστέρους, εἰκὸς δὴ μᾶλλον καταδεῖσαι βραχὺ, καὶ μεταφοιτῆσαι λοιπὸν πρὸς τὸ χρῆναί τι βούλεσθαι τῶν ἀναγκαιοτέρων, οὐκ ἐκ τῶν ἐναντίων ἀγρίως οὕτως καταθρασύνεσθαι τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας. Ἄλλως τε (προσθείην γὰρ ἂν τοῖς εἰρημένοις καὶ τόδε) ποία γὰρ ἦν ἀνάγκη τοῖς προεστηκόσι τῆς οἰ-

LXII. Quoniam igitur odio habuit ipsorum regiones, et abominatur omnem insolentiam Jacob, sive superbiam eorum, idcirco ait, cum ipsis incolis eorum urbes esse perituras. Quo pacto autem singula illorum scelerum reis eventura sint, ad amussim explanat. Auferam, inquit, quam voluero civitatem, et quodammodo e medio tollam una cum ipsis incolis. Et si forte ex una domo decem super- B esse contigerit, qui gladium hostilem fugientes, recessus, et abdita ædium subeant, morientur, timentes forte saltem aliquantum e latebris prospicere. Excipiet igitur ferientis manum pestilentia, inquit, et absconditos occidet. Digressis autem hostibus, venient quidam sanguine et affectu domestici, « Et cogent efferre ossa eorum. » **319** Quem porro cogent mortuorum reliquias colligere ? Semetipsos videlicet. Est enim sane molestum et intolerabile corpora jam tabentia et putrescentia attingere, et hujusmodi negotium peragentibus clausis naribus opus est : tam tetro enim odore nihil pejus fieri queat. Semetipsos igitur cogent defunctis ac peste consumptis commiserationem tribuentes, nec cadavera ipsorum involvere, et se- C pulcris condere dedignantes. Hoc autem facientes, inquit, curiosius deinde quærent ab eo, qui domum novit, num quispiam præter illos sit alius, aut vivus adhuc fortasse, et in latebris jacens, aut jam mortuus et fetens. Qui respondebit, « Non adhuc. » Hoc autem aliud non est, quam omnimodæ solitudinis luculenta demonstratio. Verum si hoc dixerint præsides domus, vicissim audient, inquit, ab interrogante, « Tace, ut non nomines nomen Domini. » Hoc quid sit, plane cognoscendum est. Quidam igitur putant, affirmantque juraturos domus dominos ab interrogantibus prohibitum iri, ne per nomen Domini jurent. Addunt vero Ephraimitas usque adeo ad extremam a Deo alienationem pro- D lapsos, ut volentes quosdam ne nominare quidem Deum universorum paterentur. Est autem, opinor, putida vehementer et indecora hujusmodi oratio. Quin enim Ephraimitæ a charitate Dei penitus resiluerint, nemo dubitaverit ; sed ex plagis et flagellis factos cautiores, æquum erat potius timere aliquantum, et deinceps ad salubriora consilia capessenda procedere, nec e rebus adversis tam ferociter, et audacter contra divinam pietatem loqui. Adhæc (adjiciam enim dictis istud quoque) quid, quæso, ædium præpositos interrogatos, quisnam apud eos aut vivus adhuc fortasse, aut saltem mortuus jam lateret, etiam addere sacramentum cogebat, neminem amplius apud se esse? Quid est ergo, « dicet: Tace, ne nomines nomen Dei? » Arbitramur quia

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

adversus Deum exsecrationem et maledictum filiis Israel sic interdicere solebant, principio ducto ex mandatis legis. Scriptum est enim in Levitico, duos viros jurgatos inter se in castris; deinde alterum pugnantium (nempe Ægyptiæ filium) blasphemasse nomen Dei, et lapidibus esse obrutum. Statimque Deus hæc verba apponit : « Homo si maledixerit **320** Deo suo, peccatum accipiet : nominans autem nomen Domini, morte moriatur [93]. » Nominare itaque nomen Domini, maledicere est, quod a sacris Litteris vocibus boni ominis exprimitur. Quia vero multi consueverunt, cum in aliquo dolore, aut mœrore versantur, voces aliquando maledicas in Deum jactare, Renuntianti, inquit, domus præsidi, sive domino, neminem præterea apud se esse, quanquam gravissimis calamitatibus circumvento et oppresso, obturabis os, inquit, ne nominet nomen Domini, hoc est, ne quid contumeliosum contra Deum effutiat. Quibus verbis, non temere illis plagam seu pœnam irrogatam, nec immerito, sed necessario et utiliter eos puniri ostenditur. Licet enim, licet, et quidem facillime, ab exemplo non ita veteri videre, vivos adhuc et relictos alienis calamitatibus ad religionem conversos esse, et incussisse timorem ultra Deum offendendi, et vel nudo verbo lædendi, etiam iis qui olim hoc facere minime verebantur, verbis suis in patres quoque contumelias apponentes. Quamobrem vere boni ac prudentes multo melius censent, ante cladem et flagella, ad utilitatis portum se conferre, et a pravitate discedendo, statuendoque, quæ Deo vero omnium sanctissimo placent, iis rite fungi, experientiamque divini furoris antevertere.

LXIII. Captum, vel potius perditum iri urbes simul cum habitatoribus suis aperte comminatus est. A Deo autem, non per se, et casu rem eventuram clarissime liquet ex eo, quod Dominus id negotii mandabit vastare valentibus, et illi facile patrabunt, quæ divinus furor decreverit. Domum autem magnam et parvam, Ephraim fortasse et Judam nominat. Populosus enim fuit Ephraim, utpote decem tribubus constans, quocirca et magna domus. Minor autem Judas, ut duabus tantum : ipse siquidem Hierosolymis erat, et tribus Benjamin. Est enim consequens cogitare, quod frangitur, integre et perfecte collabi : quod autem rumpitur, merito intelligi ex parte pati. Contigit porro domum Ephraim, sive Israelem totum in servitutem redigi, et bello extrema perpeti : ex parte autem Judam, velut brevi ruptura idem perpeti. Justus est judex, **321** nec personas accipit [94]. Pari enim mensura suppli-

[93] Levit. xxiv, 10-23. [94] Rom. II, 11.

κίας ἐρωτωμένοις εἰπεῖν, τίς ἄρα παρ' αὐτοῖς ἢ ζῶν ἔτι τυχὸν, ἢγουν τεθνεὼς ἤδη λανθάνει, προσθεῖναι καὶ ὅρκον, ὡς οὐδεὶς ἔτι παρ' αὐτοῖς; Τί οὖν ἐστι τὸ, « Ἐρεῖ· Σίγα, ἕνεκεν τοῦ μὴ ὀνομάσαι τὸ ὄνομα Κυρίου; » Φαμὲν, ὅτι τὴν κατὰ Θεοῦ κατάῤῥησίν τε καὶ βλασφημίαν ἔθος ἦν οὕτως ἀποκαλεῖν τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἐκ νομικῶν ἐνταλμάτων ἔχουσι τὴν ἀρχήν. Γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Λευϊτικῷ, ὅτι δύο τινὲς ἄνδρες συνεπλάκησαν ἀλλήλοις ἐν τῇ συναγωγῇ. Εἶτα δεδυσφήμηκεν εἷς τῶν μεμαχημένων, ὁ τῆς Αἰγυπτίας υἱὸς, καὶ τελευτᾷ μὲν λιθόλευστος. Ἐτίθει δὲ νόμον εὐθὺς τὸν ἐπὶ τῷδε Θεὸς, οὕτω λέγων· « Ἄνθρωπος ἐὰν καταράσηται Θεὸν αὐτοῦ, ἁμαρτίαν λήψεται. Ὀνομάζων δὲ τὸ ὄνομα Κυρίου, θανάτῳ θανατούσθω. » Οὐκοῦν τὸ ὀνομάσαι τὸ ὄνομα Κυρίου, τὸ δυσφημεῖν ἐστιν, εὐφήμοις λέξεσι διὰ τῶν ἱερῶν ἐκπεφωνημένον Γραμμάτων. Ἐπειδὴ δὲ πολλοῖς ἔθος, εἰ γένοιντό πως ἐν λύπαις, παλιμφήμους ἔσθ' ὅτε ῥίπτειν κατὰ Θεοῦ φωνὰς, ἀπαγγέλλοντα, φησὶ, τὸν προεστηκότα τῆς οἰκίας, ὡς οὐδείς ἐστιν ἔτι παρ' αὐτῷ, καίτοι πεπονθότα τὰ ἐξ ἀνηκέστων συμφορῶν, ἐπιστομιεῖ, φησὶ, ἵνα μὴ ὀνομάσῃ τὸ ὄνομα Κυρίου, τουτέστιν, ἵνα μή τι τῶν παλιμφήμων εἴπῃ κατὰ Θεοῦ. Τοῦτο δ' ἔστιν οὐκ εἰκῇ δεικνύοντος ἐπενηνεγμένην αὐτοῖς τὴν μάστιγα, καὶ κολάζοντος οὐ μάτην, ἀλλ' ἐπὶ χρησίμῳ καὶ ἀναγκαίῳ. Ἔστι γὰρ, ἔστι, καὶ μάλα εὐκόλως, ὡς ἀπό γε τοῦ συμβεβηκότος ἰδεῖν, ὅτι μετέστησεν εἰς εὐλάβειαν τοὺς ζῶντας ἔτι καὶ παραλελειμμένους ἡ τῶν πεπονθότων πληγὴ, καὶ δεδιέναι παρεσκεύασε τὸ προσκρούειν ἔτι τῷ Θεῷ, κἂν γοῦν ἐν ψιλοῖς αὐτὸν καταλυπῆσαι λόγοις, καίτοι πάλαι καὶ τοῦτο ῥᾳ̂ν ἀφυλάκτως εἰωθότας, προστιθέντας δὲ τοῖς λόγοις καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς πατράσιν ὕβρεις. Οὐκοῦν ἄμεινον παρὰ πολὺ τοῖς γε ἀληθῶς ἀγαθοῖς καὶ σώφροσι, πρὸ πληγῆς καὶ μάστιγος ἐπὶ τὴν τοῦ συμφέροντος ἰέναι θήραν, καὶ φθάσαι τὴν πεῖραν τῶν ἐξ ὀργῆς κινημάτων, ἀποφοιτῶντας φαυλότητος, καὶ κατορθοῦν ἡρημένους ἅπερ ἀνδάνει κατὰ τὸ ἀληθὲς τῷ παναγίῳ Θεῷ.

Vers. 12. *Quia ecce Dominus mandabit, et percutiet domum magnam confractionibus, et domum parvam rupturis.*

Ὅτι ἰδοὺ Κύριος ἐντελεῖται, καὶ πατάξει τὸν οἶκον τὸν μέγαν θλάσμασι, καὶ τὸν οἶκον τὸν μικρὸν ῥήγμασιν.

ΞΓ'. Ἀλώσεσθαι μὲν, μᾶλλον δὲ ἀπολεῖσθαι πόλεις ὁμοῦ τοῖς κατοικοῦσιν αὐτὰς, ἠπείλησεν ἐναργῶς. Ὅτι δὲ παρὰ Θεοῦ τὸ χρῆμα, καὶ οὐκ αὐτομάτως ἔσται συμβεβηκὸς, σαφηνίζει λίαν τὸ ἐντέλλεσθαι μὲν αὐτὸν τοῖς καταδηοῦν ἰσχύουσιν, ἐκείνους δὲ ῥᾳ̂ν εὐκόλως ἅπερ ἂν ὁ θεῖος ὁρίζει θυμός. Οἶκον δὲ μέγαν, καὶ μικρὸν, τὸν Ἐφραΐμ τάχα που καὶ τὸν Ἰούδαν ἀποκαλεῖ. Πολυάνθρωπος ὁ Ἐφραΐμ, ὡς ἐν φυλαῖς μετρούμενος δέκα· ταύτητοι καὶ ὁ μέγας οἶκος. Μείων γε μὴν Ἰούδας, ὡς ἔν γε δυσὶν· αὐτὸς γὰρ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ φυλὴ Βενιαμίν. Ἐννοεῖν δὲ ἀκόλουθον, ὅτι τὸ μὲν θλώμενον ἔχει πως ὁλοτελῆ τὴν κατάπτωσιν· τὸ δέ γε ῥηγνύμενον νοοῖτ' ἂν εἰκότως ὡς πάσχον ἐκ μέρους. Συμβέβηκε δὲ τὸν μὲν οἶκον Ἐφραΐμ, ἤτοι τὸν Ἰσραὴλ, τελείαν ὑπομεῖναι τὴν ἅλωσιν, καὶ δυσίατον τὴν ἐκ τοῦ πολέμου συμφορὰν, ἀπὸ μέρους δὲ τὸν Ἰούδαν καὶ ὡς ἐν βραχεῖ ῥήγματι τοῦτο παθεῖν. Δίκαιος ἦν ὁ κριτὴς καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

απροσωπόληπτος. Ταλαντεύει γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τὰ πόλεων ἢ χωρῶν ἐγκλήματα, καὶ ἀναλόγως ἑκάστῳ τὴν ὠφελεῖν ἰσχύουσαν ἐπάγει πληγήν. Μὴ τοῦν καταφρονῶμεν Θεοῦ, τὸ πάναλκες εἰδότες τῆς ὑπερτάτης χειρός. Χρῆμα γὰρ ἄριστον ἡ εἰς τοῦτο σύνεσις.

A cii urbium, aut regionum scelera compensat, ut vides, et proportione cuilibet plagam conducibilem infligit. Ne itaque contemnamus Deum, validissimum robur supremæ manus reputantes. Optima enim res, hujus rei intelligentia.

Εἰ διώξονται ἐν πέτραις ἵπποι; εἰ πυρασιωπήσονται ἐν θηλείαις; Ὅτι ἐξεστρέψατε εἰς θυμὸν κρῖμα, καὶ καρπὸν δικαιοσύνης εἰς πικρίαν.

Ξδ'. Ὅτι δὴ πάλιν αὐτὸς ἐντέλλεται, καὶ κατάξει τὸν οἶκον τὸν μέγαν θλάσμασι, καὶ τὸν οἶκον τὸν μικρὸν ῥήγμασι, κἂν εἰ διὰ τῆς τῶν Ἀσσυρίων πράττοιτο χειρὸς, πάλιν ἡμᾶς ἀναπείθει, λέγων· « Εἰ διώξονται ἐν πέτραις ἵπποι; » Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι σαφῶς· Ἀγέρωχον μὲν τὸ ζῶον, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα δρομικωτάτων ὁ ἵππος· ἀλλὰ τόπος αὐτῷ εἰς τὸ θέειν ἐπιτήδειος, οὐκ εἴ τις εἴη πετρώδης, καὶ B ὄχθου πλέως, ἀλλ' ὁ ψιλός τε καὶ λεῖος. Εἶτά πως ὑμῶν καταδεδραμήκασιν οἱ Ἀσσύριοι, καίτοι πάλαι τραχέος τε λίαν καὶ οἱονεὶ πετρώδους δντος, καὶ ὑπ' οὐδενὸς πώποτε τῶν πολεμίων πεπατημένου. Ἀλλ' ἦν Θεὸς ὁ ἡτιμωμένος, ὁ τὰ σκληρὰ καὶ δυσπόρευτα τοῖς πολεμίοις τιθεὶς βάσιμα καὶ ἱππήλατα. Ὥσπερ δὲ, φησὶν, οὐκ ἂν παύσαιντο ὀρεκτιῶντες ἵπποι, καὶ τῇ φύσεως κέντροις θηλείαις παρούσαις ἐπιθηγόμενοί τε καὶ ἐπιθρώσκοντες· οὕτως οὐκ ἂν ἡρεμήσειαν οἱ ἐχθροὶ, θερμοτάτην τινὰ, καὶ ἀκάθεκτον κατὰ τῶν δεδυσσεβηκότων ποιούμενοι τὴν ὁρμήν· καὶ ἡ τοῦδε πρόφασις ὑμεῖς, καὶ σὺχ ἕτεροι. Τὸ γὰρ ἐμοὶ δίκαιον περὶ ὑμᾶς κρῖμα παρετρέψατε, φησὶν, εἰς θυμὸν, καὶ ἀντὶ τοῦ καρποὺς ἔχειν δικαιοσύνης, τὸν ἀπάσης ὑμῖν εὐθυμίας πρύτανιν C ἐξεβιάσασθε πρὸς ὀργὰς, πικρίας ἄξια δεδυσσεβηκότες. Ἠλέει μὲν γὰρ ὁ τῶν ἁπάντων Θεὸς ὡς ἐν Αἰγύπτῳ πεπονηκότα τὸν Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐ διαλελοίπασι παροτρύνοντες. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, « Ἐξεστρέψατε εἰς θυμὸν κρῖμα. » Δεινὸν οὖν ἄρα τῆς ἀχαριστίας τὸ ἔγκλημα· κολάζεται δὲ, καὶ σφόδρα δικαίως. Ὃν γὰρ ἔδει μᾶλλον ταῖς εὐφημίαις ἐξημεροῦν ἔτι, καὶ χαριστηρίοις κατευφραίνειν φωναῖς, τὸ παροτρύνειν ἀμαθῶς πῶς οὐ παντὸς ὑμῖν ἔσται πρόξενον κακοῦ;

Εἰ διώξονται ἐν πέτραις ἵπποι; εἰ πυρασιωπήσονται ἐν θηλείαις? Ὅτι ἐξεστρέψατε εἰς θυμὸν κρῖμα, καὶ καρπὸν δικαιοσύνης εἰς πικρίαν.

LXIV. Rursum sese mandare, et percussurum domum magnam confractionibus, et minorem domum scissionibus, seu rupturis, tametsi per Assyriorum manum id futurum sit, nos admonet, dicens: « Si persequentur in petris equi. » Idem est enim ac si perspicue diceret: Superbum quidem est animal, et ad cursum aptissimum equus, sed locus ad cursum ejus idoneus non erit petrosus, et clivorum plenus, verum nudus et planus. Sic vos percursabunt Assyrii, quamvis quondam populus asper et quasi petrosus fueritis, et a nullo unquam hoste subactus. Sed Deus est quem contempsistis, qui loca dura, et invia, hostibus pervia, et equitabilia facit. Quemadmodum autem non cessaverint equi appetere, et conspectis equabus naturæ stimulis incitati eas salire: ita non quiescent hostes, quin fervidissimo quodam et effrenato impetu contra impietatis reos irruant: atque hujus rei vosmet causa estis, non alii. Justum enim judicium meum circa vos pervertistis, inquit, in furorem, et pro eo, ut fructum haberetis justitiæ, omnis lætitiæ et jucunditatis vestræ præbitorem ad iram compulistis, C amaritudine digna impie amplexi. Miserabatur enim omnes Dominus, ut in Ægypto afflictum Israelem: sed non desierunt irritare. Et hoc est, opinor, quod ait: « Convertistis in furorem judicium. » Est igitur infandum crimen ingrati animi; plectitur autem et juste admodum. Quem enim magis adhuc benedicendo, et laudando oportebat emollire, et gratiarum actionibus exhilarare, hunc stulte ad iram concitare, quomodo non perniciem nobis pariet?

Οἱ εὐφραινόμενοι ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ. Οἱ λέγοντες· Οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ ὑμῶν ἔχομεν κέρατα; Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐπεγερῶ ἐφ' ὑμᾶς, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, ἔθνος, λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων, καὶ ἐκθλίψουσιν ὑμᾶς, τοῦ μὴ εἰσελθεῖν εἰς Αἰμὰθ, καὶ ἕως χειμάρρου τῶν δυσμῶν.

Ξε'. Ἐστρέψατε, φησὶ, κρῖμα εἰς θυμὸν, καρπὸν δὲ δικαιοσύνης εἰς πικρίαν ὑμεῖς, οἱ μέγα φρονοῦντες ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ ὑψηλὴν ἀνασπῶντες κατὰ Θεοῦ τὴν ὀφρὺν, οἱ ἐπὶ σαθρῷ καὶ ἀσυνέτῳ χαίροντες λόγῳ. Εἰρήκατε γὰρ, οὐκ ἐμὲ γεγενῆσθαι χορηγὸν τῆς ἐνούσης ὑμῖν ἰσχύος, καὶ τοῦ καταθλεῖν δύνασθαι τῶν ἐχθρῶν. Ἀλλὰ ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσιν ἀναθέντες τὰ αὐχήματα, τετολμήκατε εἰπεῖν· « Οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ ἡμῶν ἔχομεν κέρατα; » Ὅμοιον δὲ ἦν ἐκεῖνο λοιπὸν, ἀλῶναι περιπεφρονηκότας, καὶ ἀσυνέτως λέγοντας· Αὐτοὶ κατεδυναστεύσαμεν, καὶ περιεσόμεθα τῶν ἐχθρῶν, κἂν εἰ μὴ ἔλοιτο προασπίζειν Θεὸς,

VERS. 14, 15. *Qui lætantur in nullo sermone. Qui dicunt, Nonne in fortitudine nostra habemus cornua? Ideo ecce ego suscitabo super vos, domus Israel, gentem, dicit Dominus exercituum, et conterent vos, ne ingrediamini* **322** *in Æmath, et usque ad torrentem Occidentis.*

D

LXV. Convertistis, inquit, judicium in furorem, et fructum justitiæ in amaritudinem, vos, qui magnifice circumspicitis vos ipsos, et supercilium contra Deum tollitis, qui in futili et insipienti sermone gaudetis. Dixistis enim non me donasse vobis robur vestrum, et posse vos debellare hostes vestros. Sed vestris viribus confisi, ausi estis jactabundi dicere, «Non in fortitudine nostra habemus cornua?» Hoc perinde est, ac si vos captos esse pro nihilo ducentes, stolide diceretis, Ipsi dominati sumus, et superabimus inimicos, et nisi voluerit nos protegere Deus, nos vincemus, et de tam splendide factis glo-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

riandum, Deo nihil omnino ascribendum est. Superbia igitur, et insolentia contra Deum hujusmodi mens, atque res est. Atqui sapientissime David rerum omnium potenti Deo gloriam tribuebat, dicebatque : « Quoniam gloria virtutis eorum tu es [95]. » Et rursum : « In te inimicos nostros ventilabimus cornu [96]. » Omne enim robur ab ipso, nec a nobis præstari quidquam memorabile, ipso non præsente ac præsidente, possit. « Dominus enim conterit bella, » ut habet Scriptura [97]. Quoniam igitur eo jam arrogantiæ et incontinentiæ in loquendo progressi invenimini, ecce ego `induco super vos gentem, Assyrios utique, et conterent vos, ne ingrediamini in Æmath, et usque ad torrentem Occidentis. Est igitur Æmath una urbium orientalium, tunc regno Damasci subjecta. Nunc autem mutato nomine, ut dixi, Antiochia, sive Epiphania appellatur. Torrentem porro Occidentis Ægyptiorum flumen intelligit, Ægypto scilicet ad occidentalem Judæam respiciente. Quia vero Israelitæ morem habebant, bello ingruente, aliquando a Damasco et Syris auxilium petere, aliquando in Ægyptiorum regionem se insinuare, ideo ait se suscitaturum gentem super eos. Illa autem veniet validis cum viribus, tantam ipsis vexationem importans, ut amplius in Æmath ingredi nequeant, neque torrentem Occidentis, hoc est, neque Damasci, neque Ægypti copias ad opem ferendam accersere. « Deo enim claudente quis aperiet? » ut ait Scriptura [98]. Et quis modus salutis, si is penes quem potestas est omnium, in exsilium compellat?

A ἡμεῖς κεκρατήκαμεν, καὶ τοῖς οὕτω λαμπροῖς κατορθώμασι σεμνύνεσθαι χρὴ, Θεῷ τοπαράπαν νέμοντες οὐδέν. Ὑπερφία δὴ οὖν, καὶ ὕβρις κατὰ Θεοῦ, τὸ ἀπόπληκτον οὕτω φρόνημά τε καὶ χρῆμα. Ἀλλ' ἦν ὅτι μάλιστα σοφὸς ὁ Δαβὶδ, τῷ τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντι Θεῷ τὴν δόξαν ἀνατιθεὶς, καὶ λέγων· « Ὅτι τὸ καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ. » Καὶ πάλιν, « Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. » Πᾶσα γὰρ ἰσχὺς παρ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἂν γένοιτό τι παρ' ἡμῶν ἀξιάκουστον, μὴ οὐχὶ συνόντος αὐτοῦ καὶ προεστηκότος. « Κύριος γὰρ συντρίβει πολέμους, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐπειδὴ δὲ, φησὶν, εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀλαζονείας καὶ ἀθυροστόματος πεσόντες ἀλίσκεσθε, ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐφ' ὑμᾶς ἔθνος, δῆλον δὲ ὅτι τὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἐκθλίψουσιν ὑμᾶς, τοῦ μὴ εἰσελθεῖν B εἰς Αἰμὰθ ἕως τοῦ χειμάρρου τῶν δυσμῶν. Ἔστι μὲν οὖν ἡ Αἰμὰθ μία τῶν πρὸς ἠὼ πόλις, ὑπὸ τὴν Δαμασκοῦ βασιλείαν τοτηνικάδε κειμένη. Μετωνόμαστο δὲ νῦν, ὡς ἔφην, εἰς Ἀντιόχειαν, ἤγουν Ἐπιφάνειαν Χείμαρρον δὲ δυσμῶν φησι τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸν, κατὰ δυσμὰς τῶν Ἰουδαίων γῆς τῆς Αἰγύπτου κειμένης. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἔθος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, πολέμου μέλλοντος ἐπιθρώσκειν αὐτοῦ, ποτὲ μὲν τὴν ἐκ Δαμασκοῦ καὶ Σύρων ἐπικουρίαν αἰτεῖν, ποτὲ δὲ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ὑποτρέχειν χώραν, ταύτῃ, φησὶν, ὡς ἔθνος μὲν ἐπ' αὐτοὺς ἐγερεῖ. Οἱ δὲ ἥξουσιν εὐσθενεῖς τοσαύτην αὐτοῖς ἐπιῤῥιπτοῦντες θλῖψιν, ὡς μὴ ἰσχύσαι λοιπὸν μηδὲ εἰς Αἰμὰθ εἰσελθεῖν, μήτε εἰς χειμάῤῥουν τῶν δυσμῶν, τουτέστι, μήτε Δαμασκοῦ C μήτε τὴν τῶν Αἰγυπτίων δύναμιν καλέσασθαι πρὸς ἐπικουρίαν. « Θεοῦ γὰρ συγκλείοντος, τίς ἀνοίξει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ποῖος ἔσται σωτηρίας τρόπος τοῦ πάντα ἰσχύοντος εἰς ὄλεθρον συνελαύνοντος;

323 CAP. VII.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

VERS. 1-3. *Sic ostendit mihi Dominus Deus, et ecce genitura locustarum veniens matutina, et ecce bruchus erat Gog rex. Et erit, si consummaverit comedere herbam terræ, et dixi : Domine, Domine, propitius esto. Quis suscitabit Jacob, quia parvulus est? Pœnitentiam age, Domine, super hoc. Et hoc non erit, dicit Dominus.*

Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος Θεὸς, καὶ ἰδοὺ ἐπιγονὴ ἀκρίδων ἐρχομένη ἑωθινή· καὶ ἰδοὺ βροῦχος ἦν Γὼγ βασιλεύς. Καὶ ἔσται, ἐὰν συντελέσῃ τοῦ καταφαγεῖν τὸν χόρτον τῆς γῆς, καὶ εἶπα Κύριε, Κύριε ἵλεως γενοῦ. Τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακώβ; διότι ὀλιγοστός ἐστι. Μετανόησον, Κύριε, ἐπὶ τούτῳ. Καὶ τοῦτο οὐκ ἔσται, λέγει Κύριος.

LXVI. Quænam sit gens immittenda Israelitis, aut quam cladem illis allatura, prophetæ revelat. Accommodat autem se moribus ejus, et quæ noverat ille, per ea plene futura docet. Revera enim pastoribus molestissima res videtur semper, et est locusta atque bruchus. Velut enim detonsa ab ipsis herba, de cætero greges perire fame necesse est. Quapropter tanquam pastori Deus bello accipiendas calamitates prophetæ indicat. Per speciem quippe locustæ significat Assyrium, utpote immensa multitudine terram pene absumentem ac devorantem. Vocat autem matutinam, instar roris cadentem, et ut nivem confertim super terram diffusam. Sed non erat bruchus, inquit; erat autem iste Gog rex. Deinde cum dice-

ΞΖ'. Ὅ τι τὸ ἔθνος τὸ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἐπενεχθησόμενον, ἢ ποῖον αὐτοῦ ἐποίσει τὸ βλάβος, ἀποκαλύπτει τῷ προφήτῃ. Ἁρμόζεται δὲ τοῖς ἤθεσιν αὐτοῦ, καὶ δι' ὧν οἶδε, διὰ τούτων ἀκριβῶς διδάσκει τὰ πραχθησόμενα. Πάνδεινον γὰρ ἀεὶ τοῖς ποιμέσιν εἶναί τε δοκεῖ καὶ ἔστιν ἀληθῶς ἀκρίς τε καὶ βροῦχος. Ἀποκειρομένης γὰρ ὥσπερ δι' αὐτῶν τῆς πόας, κατα φθείρεσθαι λοιπὸν ἀνάγκη τὰ ποίμνια. Οὐκοῦν ὡς ποιμένι τῷ προφήτῃ Θεὸς τὰς ἐκ τοῦ πολέμου κατασημαίνει συμφοράς. Ὡς ἐν εἴδει γὰρ ἀκρίδος κατασημαίνει τὸν Ἀσσύριον, ὡς ἐν ἀμετρήτῳ πληθύϊ μονονουχὶ κατεσθίοντα καὶ δαπανῶντα τὴν γῆν. Ἐωθινὴν δέ φησιν αὐτὴν, πίπτουσαν ὡς δρόσον, ἐν νιφάδων τάξει καταχεομένην τῆς γῆς. Ἀλλ' ἦν, φη-

[95] Psal. LXXXVIII, 18. [96] Psal. XLIII, 6. [97] Osee II, 18. [98] Isa. XXII, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σιν, οὐ βροῦχος, ἦν δὲ οὗτος Γὼγ ὁ βασιλεύς. Εἶτα Θεοῦ λέγοντος, « Καὶ ἔσται ὅταν συντελέσῃ τοῦ καταφαγεῖν τὸν χόρτον τῆς γῆς, » τουτέστιν, ὅταν δαπανήσῃ κατεσθίων τὴν ἀγελαίαν πληθύν, τὴν οὖσαν ἐν Σαμαρείᾳ δηλονότι, καὶ ἐν τῇ πόλει τῆς Ἰουδαίας, εἶτά τι μέλλοντος προστιθέναι ἕτερον, διαλαβὼν ὁ προφήτης, καταλήγειν αὐτὸν τῆς ὀργῆς λιπαρεῖ, λέγων· « Κύριε, ἵλεως γενοῦ. Τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακώβ; ὅτι ὀλιγοστός. » Εἰ γὰρ δὴ βούλοιο, φησὶ, καθ' ὃν τεθέαμαι τρόπον παραδοῦναι τοῖς ἐχθροῖς τὸν Ἰσραὴλ πρὸς κατάβρωσιν, ὀλιγοστὸς ἔσται παντελῶς. Πρὸς ταῦτα Θεός· « Καὶ τοῦτο οὐ μὴ γένηται, λέγει Κύριος. » Οὐκ ἂν κοπάσαιμι, φησὶ, οὐδ' ἂν καθυφείην. Καταλήξαιμι γὰρ ἂν οὐδαμῶς τοῦ παιδεύειν τοὺς ἠσεβηκότας. Πολυπραγμονοῦντες δὲ ἀναγκαίως, τίς δὴ ἄρα ἐστὶν ὁ Γὼγ, ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι καὶ Ἰεζεχιὴλ θρῆνον ἐν αὐτῷ γράφει, Θεοῦ προστάττοντος. Οἰόμεθα δὲ εἶναι τὸν Σενναχηρὶμ, ὅτε καὶ Ῥαψάκου κατακερτομοῦντος Θεὸν ἐξῆλθεν ἄγγελος Θεοῦ, καὶ ἀνεῖλεν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας. Μεμνήσομαι δὲ ἀναγκαίως τῶν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένων διὰ φωνῆς Ἰεζεχιήλ· « Τάδε λέγει Κύριος τῷ Γὼγ· Σὺ εἶ περὶ οὗ ἐλάλησα τῶν ἡμερῶν τῶν ἔμπροσθεν, διὰ χειρὸς τῶν δούλων μου τῶν προφητῶν τῶν τοῦ Ἰσραὴλ, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις καὶ ἔτεσι, τοῦ ἀγαγεῖν ἐπ' αὐτούς. » Ἀκούεις ὅπως αὐτὸν, καὶ οὐχ ἕτερον εἶναί φησι, ὃν ἠπείλησε διὰ προφητῶν ἁγίων ἐπιφέρειν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ; Ὅτι δὲ τὰς τῆς ἀθυροστομίας ἐξῄτηται δίκας, καὶ κρατήσειν ὑπολαβὼν ἀδοκήτως ἀνῄρηται, καὶ πέπτωκεν ἐν τῇ γῇ τοῦ Ἰσραὴλ, πάλιν εὐθὺς κατασημαίνει, λέγων· « Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ Γὼγ, καὶ ἐρεῖς· Ἰδοὺ ἐγὼ ἄξω σε ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ πέσῃ σὺ, καὶ πάντες περὶ σὲ, καὶ δώσω τῷ Γὼγ τόπον ὀνομαστὸν μνημεῖον ἐν Ἰσραὴλ, καὶ κατορύξουσιν αὐτοὺς οἶκος τοῦ Ἰσραήλ. » Πεπτωκότων γὰρ τῶν Ἀσσυρίων, οἳ διὰ τοῦ Γὼγ σημαίνονται τάχα που, τὸ πλῆθος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ κατορώρυχε τοὺς τεθνεῶτας, ἵνα μὴ πόλεσί τε καὶ χώραις τὸ δύσοιστον τῆς οὕτω δεινῆς κακοσμίας καταλυμαίνοιτο χρῆμα.

A ret Deus, « et erit, cum consummaverit comedere herbam terræ »(hoc est, cum devoraverit gregalem multitudinem, quæ est in Samaria videlicet, et in urbe Judææ), velletque adhuc addere quidpiam aliud, interpellans propheta, obsecrat ut iræ modum ponat, dicens : « Domine, propitius esto. Quis suscitabit Jacob, quia parvulus est? » Si enim vis, inquit, eo modo quo vidi, Israelem hostibus tradere ad devorandum, parvulus est penitus. Ad hæc Deus, « Et hoc non erit, dicit Dominus. » Non defatigabor, neque remittam. Neutiquam enim desinam impios multare. Re autem sedulo indagata, ut oportuit, quisnam sit Gog, illud dicimus, etiam Ezechielem ejus causa lamentari, Deo jubente [99]. Putamus esse Sennacherib, quando et Rabsace Deum conviciis proB scindente exivit angelus Dei, et una nocte centum octoginta quinque millia interfecit [1]. Omnino autem, quæ de ipso per Ezechielem scribuntur, in medium adducenda sunt. « Hæc dicit Dominus : Tu ille es, de quo locutus **324** sum in diebus antiquis per manum servorum meorum prophetarum Israel, in diebus illis et annis, ut adducerem te super eos [2]. » Audis quomodo ipsum, et non alium esse dicit, quem per sanctos prophetas minatus est se Israeli inducturum? Eum autem pœnas linguæ petulantis luiturum, et cum speret victoriam, improviso cæsum iri, casurumque in terra Israel, rursum declarat his verbis : « Et tu, fili hominis, vaticinare adversum Gog, et dices : Ecce ego adducam te super montes Israel, et cades tu, et omnia agmina tua, et dabo C Gog locum nominatum monumentum in Israel, et sepelient eos domus Israel [3]. » Cum enim occubuissent Assyrii, qui forte per Gog significantur, multitudo filiorum Israel terra obruit cadavera, ne urbibus et regionibus adeo intolerabilis graveolentia incommodo esset.

Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος. Καὶ ἰδοὺ ἐκάλεσεν τὴν δίκην ἐν πυρὶ Κύριος, καὶ κατέφαγεν τὴν ἄβυσσον τὴν πολλὴν, καὶ κατέφαγεν τὴν μερίδα. Καὶ εἶπα· Κύριος ὁ Θεὸς, κόπασον δή. Τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακώβ; ὅτι ὀλιγοστός ἐστιν. Μετανόησον, Κύριε, ἐπὶ τοῦτο. Καὶ τοῦτο οὐ μὴ γένηται, λέγει Κύριος.

VERS. 4, 5. *Sic ostendit mihi Dominus. Et ecce vocavit judicium in igne Dominus, et comedit abyssum multam, et comedit partem. Et dixi : Domine Deus, quiesce. Quis suscitabit Jacob, quia parvulus est? Pœnitentiam age, Domine, super hoc. Et hoc non* D *erit, dicit Dominus.*

ΞΖ'. Τὸν Γὼγ, ἤτοι τὸν Ἀσσύριον, ὡς ἀκρίδα καὶ βροῦχον τεθέαται. Τοῦτον δίκην ὀνομάζει τὴν διὰ πυρός. Οὐ γὰρ ἤρκησε τοῖς Βαβυλωνίοις δαπανῆσαι δήρῳ τὸν Ἐφραΐμ, ἀλλὰ γὰρ καὶ πλείστας ὅσας τῶν ἐν Σαμαρείᾳ κατεπιμπρη πόλεις. Ἡ δίκη τοίνυν, ἐφησὶ, τουτέστιν, ἐκδίκησις, ἡ διὰ πυρὸς κατεδήδοκε τὴν ἄβυσσον τὴν πολλὴν, τὸν Ἐφραΐμ δηλονότι, διὰ πολλὴν καὶ ἀμέτρητον πληθὺν ἄβυσσον ὠνομασμένον. Κατεδήδοκε δὲ οὐδὲν ἧττον τὴν μερίδα τὴν μικρὰν, τουτέστι, τὸν Ἰούδαν καὶ Βενιαμίν. Οὐκ εἰαριθμήτους γὰρ τῆς Ἰουδαίας ἐμπρήσας πόλεις,

LXVII. Gog, sive Assyrium, ut locustam et bruchum vidit. Hunc judicium per ignem vocat. Non enim satis habuere Babylonii ferro consumere Ephraim : verum etiam quam plurimas urbes in Samaria igne succenderunt. Judicium igitur ait, hoc est, ultio, quæ per ignem fit, comedit abyssum multam : Ephraim nimirum, per magnam et innumerabilem multitudinem abyssum nominatum. Comedit nihilominus partem parvam, hoc est, Judam, et Benjamin. Innumeras enim Judææ urbes cum incendissent, postea et ipsam Hierosolymam Rabsa-

[99] Ezech. xxxi, 2 seqq.; xxxix, 1 seqq. [1] IV Reg. xix, 35. [2] Ezech. xxxviii, 17. [3] Ezech. xxxix, 1-4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ces ille arrogans circumdedit. Demulcente autem propheta rursus Dominum universorum, suadenteque uti pœnitentiam ageret, consiliumque mutaret, respondet ipse, « Non erit hoc. » Quid igitur hinc rursum discemus? Peccata graviora quam dici potest, Deum quamvis patientissimum graviter irritare, et sanctorum preces propemodum inanes efficere. Quare ad Jeremiam ait de Israelitis : « Ne appropinques mihi pro eis, quia non exaudiam te [4]. »

εὐχάς. Καὶ γοῦν ἔφασκε πρὸς Ἱερεμίαν περὶ τῶν ἐξ εἰσακούσομαι. »

325 VERS. 6-9. *Sic ostendit mihi Dominus. Et ecce Dominus stans super murum adamantinum, et in manu ejus adamas. Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides, Amos? Et dixi : Adamantem. Et dixit ad me : Ecce ego impono adamantem in medio populi mei Israel. Non ultra adjiciam prætierire eum. Et delebuntur aræ risus, et festivitates Israel desolabuntur, et consurgam super domum Jeroboam in gladio.*

LXVIII. Cum Deus Assyrium, sive Gog, ut locustam, et ut bruchum, et ut judicium in igne prophetæ ostendisset, semet jam nunc super murum adamantinum stantem ostendit : ut per hoc intelligatur quasi ascendisse, seu incedere super potentia ineffabili, et inconcussam habere in bonis propriis securitatem. Nihil enim divino numine validius, et fulcrum habet solidum; quoniam mutari nescit : omni mutatione superius, bonorumque suorum sempiterna stabilitate gaudens. Conspicitur itaque stare super murum adamantinum. Porro inter lapides adamas nulla vi rumpi aut domari potest : neque duris et resistere solitis cedere sustinet, neque ab alia materia duritiem, qua valet, frangi patitur, forte etiam ignis vigorem contemnere suetus. Quoniam autem qui in muro stabat, et adamantem manu gestabat, percontatur prophetam : Quid tu vides, Amos? Eo vidente, et quid esset respondente, ait enim : Adamantem, affirmat perspicue hunc in medio Israel positurum. Nomine adamantis intelliges aut Assyrium sævum, et infractum, et in hoc a Deo constitutum (corroborat enim Dominus virtutum, si quos forte elegerit), aut certe infractum et robustissimum Dei verbum, quod non potest reverti vacuum, seu effectu carere. Curret enim usque ad finem, nemine prorsus impediente, quod locutus fuerit Deus [5]. Sic etiam Dominus : « Cœlum et terra transibunt, inquit, verba autem mea non prætcribunt [6]. » Ait mox, se non prætcriturum Israel, hoc est, expetiturum pœnas ab ipsis impie gestorum, et amplius non toleraturum, et de cætero adversus eos vocatis in potestatem traditurum, una cum delubris, aris et idolis. Inquit enim, « Delebuntur aræ risus. » Risus igitur revera est cujuslibet idoli fabricatio. **326** Meo autem judicio proprie et peculiariter risum intelligamus licet, Beelphegor,

μετὰ τοῦτο καὶ αὐτὴν λοιπὸν πεπολιόρκηκε τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ ἀλαζὼν Ῥαψάκης. Ἐκμειλισσομένου δὲ τοῦ προφήτου πάλιν, καὶ μετανοεῖν, ἤτοι καὶ μεταβουλεύεσθαι, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀναπείθοντος, « Οὐκ ἂν γένοιτο, φησὶ, τοῦτο, » ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης. Τί οὖν ἐντεῦθεν εἰσόμεθα πάλιν; Ὅτι τὰ πέρα λόγου τῶν πλημμελημάτων, καίτοι πολὺ λίαν ἀνεξικακεῖν εἰδότα Θεὸν, παραθήγει δεινῶς, καὶ τὰς τῶν ἁγίων μονονουχὶ ἀπράκτους ἀποφαίνουσι προσ- Ἰσραὴλ· « Μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ

Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος. Καὶ ἰδοὺ Κύριος ἐστηκὼς ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἀδάμας. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Τί σὺ ὁρᾷς, Ἀμώς; Καὶ εἶπα· Ἀδάμαντα. Καὶ εἶπεν πρός με· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ λαοῦ μου Ἰσραήλ. Οὐκ ἔτι μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτόν. Καὶ ἀφανισθήσονται βωμοὶ τοῦ γέλωτος, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθήσονται, καὶ ἀναστήσομαι ἐπὶ τὸν οἶκον Ἱεροβοὰμ ἐν ῥομφαίᾳ.

ΞΗ'. Ὡς ἀκρίδα, καὶ ὡς βροῦχον, καὶ ὡς δίκην ἐν πυρὶ τὸν Ἀσσύριον, ἤτοι τὸν Γὼγ, ἐπιδείξας τῷ προφήτῃ Θεὸς, ἑαυτὸν ἤδη πως ἑστῶτα λοιπὸν ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου δείκνυσιν, ἵνα διὰ τούτου νοῆται μονονουχὶ βεβηκὼς ἐπ' ἀῤῥήτῳ δυνάμει, καὶ ἀκατάσειστον ἔχων τὴν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς ἀσφάλειαν. Παναλκὴ γὰρ τὸ Θεῖον καὶ ἐρηρεισμένην ἔχει τὴν ὑποβάθραν, ὅτι μεταπίπτειν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἔστι τροπῆς ἄμεινον, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις, ὡς ἔφην, ἀγαθοῖς ἀεὶ καὶ διαπαντὸς ἐρηρεῖσθαι φιλεῖ. Ὁρᾶται τοίνυν ἑστηκὼς ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου. Ἄῤῥηκτός τε καὶ ἀκαταμάχητος ἐν λίθοις ἀδάμας, οὔτε τοῖς σκληροῖς, καὶ ἀντιπίπτειν εἰωθόσι, παραχωρεῖν ἀνεχόμενος, οὔτε μὴν ἑτέραις ὕλαις διδοὺς τὸ καταθλεῖν δύνασθαι τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ, τάχα δέ που καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἀκμῆς ἀλογεῖν εἰθισμένος. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ὁ ἐπὶ τοῦ τείχους ἑστηκὼς ἀδάμαντα φέρων ἐν χειρὶ, διεπυνθάνετο τοῦ προφήτου, λέγων· Τί σὺ ὁρᾷς, Ἀμώς; Τοῦ δὲ συνιέντος, καὶ ὅπερ ἦν λέγοντος (ἔφη γάρ· Ἀδάμαντα), τοῦτον ἐντάξειν εἰς μέσον τοῦ Ἰσραὴλ διεβεβαιοῦτο σαφῶς. Ἀδάμαντα δὲ νοήσεις, ἢ τὸν Ἀσσύριον, ὡς ἀπηνῆ τε καὶ ἄθραυστον, καὶ εἰς τοῦτο τεθειμένον παρὰ Θεοῦ (δυναμοῖ γὰρ ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, οὓς ἂν ἕλοιτο τυχὸν), ἢ τὸν ἄθραυστόν τε καὶ παναλκῆ τοῦ Θεοῦ λόγον, ὃν οὐκ ἔστιν ἀποστρέψαι κενὸν, ἢ τὸν ἄπρακτον ἀποφῆναι. Δραμεῖται γὰρ εἰς πέρας, πάντως ἀντιπράττοντος οὐδενὸς, ὅπερ ἂν φθέγξοιτο Θεός. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος· « Ὁ οὐρανὸς, φησὶ, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. » Ἔφη δὲ ὅτι οὐκ ἂν παρέλθοι τὸν Ἰσραὴλ, τουτέστιν, αἰτήσει δίκας τῶν ἀνοσίων αὐτῷ πεπλημμελημένων, καὶ ἀνεξικακήσει μὲν οὐκέτι, παραδώσει δὲ λοιπὸν τοῖς ἐπ' αὐτὸν κεκλημένοις, ὁμοῦ τεμένεσι, καὶ βωμοῖς, καὶ τοῖς εἰδώλοις. « Ἀφανισθήσονται γὰρ, φησὶ, οἱ βωμοὶ τοῦ γέλωτος. » Γέλως μὲν οὖν ἀληθὴς ἡ παντὸς εἰδώλου ποίησις. Πρέποι δ'

[4] Jerem. VII, 16. [5] Isai. LV, 11 ; Psal. CXLVII, 18. [6] Matth. XXIV, 35.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἂν, οἶμαι, κυρίως τε καὶ ἰδικῶς γέλωτα νοεῖσθαι τὸν Βεελφεγὼρ, διά τοι καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ σχήματος ἀκαλλές. Διασύρει δὲ ἅπασαν τὴν εἰδωλοποίησιν, ὡς ἐξ ἑνὸς δὴ τούτου τοῦ πάντων αἰσχίονος. Οὐκοῦν « καταστραπασθήσονται μὲν οἱ βωμοὶ, συνεξαρθήσονται δὲ καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ, » τουτέστι, τὰ τῆς εἰδωλολατρίας ἀθύρματα, βέβηλά τε καὶ βδελυρὰ μυστήρια. Ὅτι δὲ τοῖς ἰδίοις θεοῖς συνοιχήσεται πρὸς ἀπώλειαν ὁ τοῖς τῆς βασιλείας αὐχήμασιν ἐμπρεπὴς Ἱεροβοὰμ, διαμεμήνυκεν ἐναργῶς. Μεμνῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὡς ἕτερος παρὰ τὸν πρῶτον ὁ περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος. Ὁ μὲν γὰρ ἦν ἐκ Ναβάτ, ὁ δὲ ἐξ Ἰωάς. Καὶ ταυτὶ δὲ τοῖς τῆς ἱστορίας ἐφαρμόσειε λόγοις.

A propter ipsius schematis et figuræ deformitatem. Ab uno autem hoc omnium fœdissimo universam idolorum fabricationem insectatur. Quocirca « distrahentur altaria, tollenturque simul festivitates Israel, » hoc est, idololatriæ ludicra, et oblectamenta profana, et detestanda mysteria. Simul autem cum diis suis in exitium abiturum Jeroboamum regni gloria conspicuum claris verbis indicat. Sed meminisse debemus alium a primo esse, de quo nunc sermo est. Ille enim erat filius Nabath; hic ex Joa natus. Et hæc interim cum historia congruerint.

Ἀδάμαντα δὲ τὸν ἀληθῆ παραδείξει Χριστὸν τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον, τὴν ἄμαχον ἔχοντα καὶ ἀκαταγώνιστον ἰσχὺν, τὸν συνθραύοντα τοὺς ἐχθροὺς, καὶ νικῶντα τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ῥηγνύμενον. Οὗτος ὡς λίθος ἐκλεκτὸς εἰς μέσον τέτακται τοῦ λαοῦ. « Ὤφθη γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Τοιγάρτοι καὶ κέκληται διὰ τῆς ἀγγέλου φωνῆς Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. Μεθ' ἡμῶν γὰρ γέγονεν, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς. Ἐντεταγμένος δὲ ἐν ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς λίθος ἀδάμας, τὴν τοῦ διαβόλου κατέσεισε τυραννίδα, κατηφάνισεν ἀληθῶς τοὺς βωμοὺς τοῦ γέλωτος. Ἅμα τε γὰρ ἐπέλαμψεν ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἁπλώσας τὸ φῶς, ἑαυτὸν ἡμῖν ὑπέδειξεν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Πατρός. Τότε δὴ, τότε καὶ τὸ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀπελήλακε σκότος, καὶ πέπτωκε δὴ καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἀπάτης προεστηκὼς, τουτέστι, ὁ Σατανᾶς, καὶ ἡ βέβηλος καὶ θεομισὴς ἐκ μέσου γέγονεν εἰδωλολατρία.

B Verum autem adamantem Christum exhibebit, Dominum virtutum, inexpugnabili atque invicto robore, confringentem inimicos, et adversarios devincentem, et qui rumpi a nemine potest. Hic ceu lapis electus in medio populi positus est. « In terris enim visus et cum hominibus conversatus est [7]. » Proinde etiam voce prophetæ Emmanuel dictus est [8], quod interpretatur, *nobiscum Deus*. Nobiscum enim fuit, quando nostrum similis homo factus est. Insertus autem in nobis a Deo Patre ut lapis adamas, diaboli tyrannidem evertit, et aras risus revera delevit. Simul ac enim Emmanuel illuxit, et veræ cognitionis lumen per totum orbem diffudit, seipsum nobis imaginem et similitudinem Patris demonstravit. Tunc tunc, inquam, vetustæ deceptionis tenebras dispulit, et ipsemet fallaciæ C architectus, nempe Satanas, cecidit, impuraque et Deo exosa idololatria e medio sublata est.

Καὶ ἐξαπέστειλεν Ἀμασίας ὁ ἱερεὺς εἰς Βαιθὴλ πρὸς Ἱεροβοὰμ βασιλέα Ἰσραὴλ, λέγων· Συστροφὰς ποιεῖται κατὰ σοῦ Ἀμὼς ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ, οὐ μὴ δύνηται ἡ γῆ ὑπενέγκαι πάντας τοὺς λόγους αὐτοῦ. Διότι τάδε λέγει Ἀμώς· Ἐν ῥομφαίᾳ τελευτήσει Ἱεροβοὰμ, ὁ δὲ Ἰσραὴλ αἰχμάλωτος ἀχθήσεται ἀπὸ τῆς γῆς αὐτοῦ.

VERS. 10, 11. *Et misit Amasias sacerdos in Bethel ad Jeroboam regem Israel, dicens : Conjurationes facit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit terra sufferre omnes sermones ejus. Quia hæc dicit Amos : In gladio morietur Jeroboam, Israel vero captivus ducetur de terra sua.*

Ξθ'. Ἀνεπικούρητον ἀεὶ τὸ ψεῦδος ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ οἱ τῆς ἀπάτης πόδες σαθρὸν ἔχουσι τὸ ἔρεισμα. Τοιγάρτοι γελᾶται, μόλις ταῖς ἔξωθεν ἐπικουρίαις εἰς τὸ ἑστάναι κρατούμενον, οἷον δὴ τοῦτό ἐστι τὸ τῆς εἰδωλολατρίας. Μεθυόντων ἦν ἀθύρματα τὰ παρ' αὐτοῖς, δαμάλεις χρυσαῖ, ἔργα τέκτονος, καὶ χωνεύματα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τέχνη χειρὸς ἀνθρωπίνης, D καὶ ἀνοσίων ἐγχειρημάτων εὑρέματα. Ἀλλ' οἱ μὲν μακάριοι προφῆται καλοῦσιν εἰς νῆψιν τοὺς ταῖς ἀπάταις κεχρατημένους. Οἱ δὲ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, καταλυομένης ὥσπερ αὐτοῖς τῆς ὅλης σκηνῆς, οὐ μετρίως ἀσχάλλουσι, καταπτοοῦσι τοῖς δείγμασι, τὴν τῶν πλανωμένων θρηνοῦσιν ἀνάνηψιν. Ἴσασι γὰρ, ὅτι γοργῷ καὶ ἐγρηγορότι νῷ τῆς παρ' αὐτοῖς λατρείας τὴν βεβήλωσιν οὐκ ἀταλαίπωρον

LXIX. Infirmum per se semper est mendacium, et fallaciæ pedes ruinoso insistunt firmamento. Proinde ridetur, vix ope externa valens subsistere : quale hoc est in idololatria. Erant enim apud eos quasi quædam ebriorum ludicra, **327** vituli aurei, opera artificis conflatilia, sicut scriptum est [9], et artificium humanæ manus, et impiorum ausuum inventa. Verum enimvero beati prophetæ fallaciis implicitos ad sanitatem vocant. Idolorum contra ministri, tanquam tota eorum scena disjecta, non mediocriter indignantur, terrores inentiunt, seductorum resipiscentiam lamentantes. Norunt enim acrem et vigilantem animum cultus divini apud eos profanationem non sine molestia intueri. Formidabat igitur profanus ille Amasias, ne forte prophetæ sermoni-

[7] Baruch. III, 38. [8] Isa. VII, 14. [9] Deut. IX, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bus inducti, in se descenderent, quibus vitulum aureum adorare persuasum erat, et excideret ipse sacerdotio, perirentque cum fanis quæ in ipsis erant simulacra. Hac de causa Jeroboam inflammare conatur, tantum non regno ipsum ejicere Amos affirmans, et eum jam odiosum atque intolerandum quiddam loqui audere, videlicet ipsum regem moriturum gladio, et Israel abiturum in captivitatem.

Tale quidpiam et infelices Judæi conflictis in Christum calumniis fecerunt. Cum enim mirandis operibus Judæam obstupefaciens omnes ad se vocaret, invidiæ flammis pectora succensi, Pilato eum obtulerunt miseri, addideruntque insuper : « Nisi hunc occideris, non es amicus Cæsaris [10]. » Similes sunt omnium pietatem oppugnantium contra sanctos conatus, et persimilia cœpta venit mendacii ubique ægrotantis infirmitas.

VERS. 12, 13. *Et dixit Amasias ad Amos, dicens : Videns, vade, discede in terram Juda; et ibi vive, et illic prophetabis. In Bethel autem non adjicies ultra prophetare, quia sanctificatum regis est, et domus regni est.*

LXX. Deinceps manifeste est impudens et adversus divina verba invidiam suam velut in acie constituit. Videntem enim appellat prophetam. Sed enim non honoris causa, neque ut eum prophetiæ nomine veneretur : sed ut tanquam unum e falsis vatibus perstringat, discedere in terram Juda jubet. Addens autem illud : « Illic vive, » tantum non dicit : Si quæstum turpem desideras, et velut magicis **328** voculis auribus demulcendis ad vitam sustentandam necessaria corrogare quæris, relicta Samaria, loquere tribui Juda, et noli prophetare in Bethel. « Sanctum enim regis est. » Ἁγίασμα, sanctum sive consecratum, pro ἀνάθημα, donarium consecratum, seu pro loco anathematis posuit. Ibi namque primus Jeroboam vitulum aureum erexit. Et prophetæ peccatum quasi in imperantis honorem referens : « Domus, inquit, regni est. » Tu autem perturbas statum regium, tumultus concitas, dominorum voluntati effreni quadam audacia resistens. Vide igitur, quam plane verum sit, quod dictum est a Deo ad Israel : « Et potabatis sanctificatos meos vino : et prophetis mandabatis dicentes : Ne prophetetis [11]. »

VERS. 14-17. *Et respondit Amos, et dixit ad Amasiam : Non eram propheta, neque filius prophetæ, sed caprarius eram vellicans sycomoros. Et assumpsit me Dominus ex ovibus; et dixit Dominus ad me : Vade, et prophetabis super domum Israel. Et nunc audi verbum Domini. Tu dicis, non prophetabis super Israel, et non turbabis super domum Jacob. Propter-*

[10] Joan. XIX, 12. [11] Amos II, 12.

A Ἰδεῖν. Ἐκδέδιε τοίνυν ὁ βέβηλος Ἀμασίας, μὴ ἄρα τοῖς τοῦ προφήτου παρενεχθεῖεν λόγοις εἰς εἴδησιν ἀγαθὴν οἱ δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς προσκυνεῖν ἀναπεπεισμένοι, καὶ ἀπολισθήσειε μὲν τῆς ἱερουργίας αὐτὸς, ἀπολοῦνται δὲ τοῖς τεμένεσιν αὐτοῖς τὰ ἐν αὐτοῖς ἕδη. Ταύτῃτοι παραθήγειν πειρᾶται τὸν Ἱεροβοάμ, μονονουχὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας κατεξανίστασθαι λέγων τὸν Ἀμὼς, καὶ διαβριθῆ τινα καὶ ἀφόρητον ἤδη πως ἀποτολμᾷν ποιεῖσθαι λόγον, ὡς τεθνήξεται μὲν αὐτὸς ἐν ῥομφαίᾳ, βαδιεῖται δὲ αἰχμάλωτος ὁ Ἰσραήλ.

Τοιοῦτόν τι πεπράχασι καὶ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, τὰς ἐπὶ Χριστῷ συντιθέντες συκοφαντίας. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς θαύμασι καταπλήττων τὴν Ἰουδαίαν, πάντας ἐκάλει πρὸς ἑαυτὸν, προσῆγον Πιλάτῳ, τὰς τοῦ B φθόνου φλόγας εἰς νοῦν λαβόντες οἱ δείλαιοι· καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· « Ἐὰν μὴ τοῦτον ἀποκτείνῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. » Ἴσα τοίνυν καὶ παρὰ πάντων ἀεὶ τῶν τῇ εὐσεβείᾳ μαχομένων τὰ κατὰ τῶν ἁγίων τολμήματα, καὶ διὰ τῶν ὁμοίων ἐγχειρημάτων ἔρχεται πανταχοῦ ψεύδους νοσοῦντος τὸ ἄναλκι.

Καὶ εἶπεν Ἀμασίας πρὸς Ἀμὼς, λέγων· Ὁ ὁρῶν, βάδιζε, ἐκχώρησον σὺ εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐκεῖ καταβίου, καὶ ἐκεῖ προφητεύσεις. Εἰς δὲ Βαιθὴλ οὐκ ἔτι προσθήσεις τοῦ προφητεῦσαι, ὅτι ἁγίασμα βασιλέως ἐστὶ, καὶ οἶκος βασιλείας ἐστί.

Ο'. Ἀναισχυντεῖ λοιπὸν ἐναργῶς, καὶ τοῖς θείοις ἀντεξάγει λόγοις τῆς ἑαυτοῦ βασκανίας τὴν ἔνδειξιν. Ὁρῶντα μὲν γὰρ τὸν προφήτην ἐκάλει, πλὴν οὐκ C ἀξιώσας, οὐδὲ τῷ τῆς προφητείας ὀνόματι κατασεμνύνας αὐτὸν, ἀλλ' οἱονεἰπως ὡς τῶν ψευδομάντεων ἕνα διαβεβληκὼς, ἐχωρεῖν ἐκέλευεν εἰς γῆν Ἰούδα. Προστιθεὶς δὲ τὸ, « Ἐκεῖ καταβίου, » μονονουχί φησιν, Εἰ λημμάτων αἰσχρῶν ἐφίεσαι, καὶ ἐκ τοῦ κατεπᾴδειν τισὶ ῥημάτια, τὰ πρὸς τὸν βίον χρήσιμα ζητεῖς ἐρανίζεσθαι, τὴν Σαμάρειαν ἀφεὶς λάλει τοῖς ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ οὐ προφητεύσεις ἐν Βαιθήλ· « Ἁγίασμα γὰρ βασιλέως ἐστί. » Τὸ ἁγίασμά φησιν, ἀντὶ τοῦ ἀνάθημα, ἤγουν ἀναθήματος τύπος. Ἐκεῖ γὰρ ἀνέθηκεν ὁ πρῶτος Ἱεροβοὰμ τὴν δάμαλιν τὴν χρυσῆν. Ἀναφέρων δὲ ὥσπερ τοῦ προφήτου τὸ ἔγκλημα καὶ εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος τιμὴν, « Οἶκος, φησὶ, βασιλείας ἐστί. » Σὺ δὲ συγχεῖς τὰ βασιλικὰ, D θορύβους ἐγείρεις, τοῖς τῶν κρατούντων θελήμασι ῥιψοκινδύνως ἀντιτασσόμενος. Ὅρα τοίνυν ἐναργῶς, ὅπως ἐστὶν ἀληθὲς τὸ εἰρημένον παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ· « Καὶ ἐποτίζετε τοὺς ἡγιασμένους οἶνον, καὶ τοῖς προφήταις ἐνετέλλεσθε, λέγοντες· Οὐ μὴ προφητεύσητε. »

Καὶ ἀπεκρίθη Ἀμὼς, καὶ εἶπεν πρὸς Ἀμασίαν· Οὐκ ἤμην προφήτης, οὐδὲ υἱὸς προφήτου, ἀλλ' ἢ αἰπόλος ἤμην, κνίζων συκάμινα. Καὶ ἀνέλαβέν με Κύριος ἐκ τῶν προβάτων, καὶ εἶπεν Κύριος πρός με· Βάδιζε, καὶ προφήτευσον ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραήλ. Καὶ νῦν ἄκουε λόγον Κυρίου. Σὺ λέγεις· Οὐ προφητεύσεις ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ,

καὶ οὐ μὴ ἀχλαγωγήσῃς ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἡ γυνή σου ἐν τῇ πόλει πορνεύσει, καὶ υἱοί σου καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐν ῥομφαίᾳ πεσοῦνται. Καὶ ἡ γῆ σου σχοινίῳ καταμετρηθήσεται, καὶ σὺ ἐν γῇ ἀκαθάρτῳ τελευτήσεις, ὁ δὲ Ἰσραὴλ αἰχμάλωτος ἀχθήσεται ἀπὸ τῆς γῆς αὐτοῦ. Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος.

A *ea hæc dicit Dominus : Uxor tua in civitate fornicabitur, et filii tui, et filiæ tuæ in gladio cadent. Et terra tua funiculo mensurabitur, et in terra immunda morieris, Israel autem captivus ducetur de terra sua. Sic mihi ostendit Dominus.*

ΟΑ'. Ὅτε τοῖς ἐπιεικέσιν οἱ τῆς φαυλότητος ἐπιτηδευταὶ τὰς ὕβρεις ἐπάγουσι, τοὺς ἰδίους αὐτοὶ ἐγκαλοῦσι τρόπους, καὶ τῶν σφετέρων ἁμαρτημάτων τὸ ἀκαλλὲς ἐπάγοντες, ἐμπαροινεῖν οἴονται. Διαλελήθασι δὲ σφᾶς αὐτοὺς, μονονουχὶ ἐν πίνακι γράφοντες, καὶ ὁποῖοί τινές εἰσι καταδεικνύοντες τοῖς ἄλλοις. Τοῦτό τι παθόντα νυνὶ τὸν ἀπόπληκτον Ἀμασίαν εὑρήσομεν. Ψευδοπροφήτης γὰρ ὢν, καὶ τοῖς τῶν εἰδώλων προσεδρεύων βωμοῖς, κῶλά τε συλλέγων καὶ τῶν σφαζομένων τὰ λείψανα, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν ἀχαλίνως ἡττώμενος, κατωνείδιζεν τὸν Ἀμὼς, καὶ ἰδόντα μὲν ἔφασκε, τῆς Σαμαρείας ἀποφοιτᾷν, ἐκχωρεῖν δὲ, εἰ βούλοιτο, εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐκεῖ καταβιοῦν. Ἐκεῖ γὰρ ψευδοεπήσεις εὐκόλως, καὶ συναρπάζων πολλοὺς, ἐρανιῇ τὰ πρὸς τὸν βίον, καὶ μᾶλλον εὑρήσεις τὰ ζωαρκῆ. *Καταβίου*, τοιουτονί τινα ὑπεμφαίνει τὸν νοῦν. Ἀλλ' ὅτι μὴ τοιοῦτος τῷ προφήτῃ σκοπὸς, μήτε μὴν εἰς φιλοκερδίαν βλέπῃ, δεσποτικοῖς δὲ μᾶλλον ὑπείκει θελήμασι, καὶ ταύτητοι τὴν προφήτου διακονίαν ἀποπληροῖ, πειρᾶται διδάσκειν, καὶ λίαν ἐπιεικῶς, ἐκεῖνο λέγων, ὡς οὔτε προφήτης ἦν, οὔτε μὴν προφήτου γέγονεν υἱὸς, κατὰ μαθητείαν δὲ πάντως, ἤγουν κατὰ πνεῦμα, φημὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἐλισσαιὲ τοῦ Ἠλίου. Ἀλλ' ἦν μὲν αἰπόλος, ἀγροικόν τε καὶ ἁπλῆν, καὶ ἀκακουργὶ βιοτεύων ζωὴν, ὀλίγα δὲ παντελῶς τὰ εἰς τροφὴν ἔχων, καὶ τοῖς ἐξ ἀγρῶν ἀρκούμενος, ἃ μηδὲ ἂν πρίαιτό τις, ταῦτα δὲ ἦν συκάμινα. Σχολαῖοι γὰρ ὄντες τῶν ποιμνίων οἱ ἐπιστάται, τὰς τῶν δένδρων σκιὰς ὑποτρέχουσι, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀργίας ἐγκλήματα μονονουχὶ διαπαίζοντες, καρποὺς ἀποκνίζουσι, καὶ τῆς γαστρὸς τὴν ἀνάγκην, ὡς ἂν ἐνδέχοιτο θεραπεύουσιν. Ἀλλ' ἐμὲ μὲν, φησὶν, ἐν τούτοις ὄντα, Θεὸς κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἐποιεῖτο προφήτην, καὶ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τὰ ἐπ' αὐτοὺς ἥκοντα, καὶ ὅσον οὔπω ἐσόμενα διατρανοῦν ἐκέλευε. Σὺ δὲ τοῖς ἄνω νεύμασιν ἀντεξάγων τὰ σὰ, σιωπᾷν ἐπιτάττεις. Ταύτητοι λοιπὸν τάδε λέγει Κύριος· « Ἡ γυνή σου ἐν τῇ πόλει πορνεύσει, » δῆλον δὲ ὅτι ταῖς τῶν πόλεων ὕβρεσιν ὑποπίπτουσα, καὶ τὸ ἀκρατὲς εἰς ἀσέλγειαν τῶν ἐχόντων αὐτὴν ὡς ἐξ ἀνάγκης ὑφισταμένη. Καταφθαρήσονται δὲ καὶ τὰ τέκνα, ῥομφαίας ἔργον γεγενημένα. Καὶ πρός γε δὴ τούτῳ, « Ἡ γῆ σου καταμετρηθήσεται σχοινίοις, » τουτέστιν, ὑπόφορος ἔσται, καὶ συντελέσει δασμοὺς τῷ κεκρατηκότι. Σὺ δὲ πρὸς τούτοις ὁ νῦν οἰόμενος, φησὶ, γῆν ἁγίαν οἰκεῖν τὴν Βαιθὴλ, καὶ ἁγίασμα βασιλέως ἔχειν, βαδιῇ μὲν αἰχμάλωτος, ἐντεθνήξῃ δὲ τοῖς κακοῖς, οὐχ ὑπονοστήσας ἔτι. Πῶς γὰρ, ἢ πόθεν, ἀπομεμενηκὼς νεκρὸς ἐν ἀλλοδαπῇ τε καὶ ἀκαθάρτῳ γῇ τῶν πολεμίων; Οἰχήσεται δὲ καὶ αὐτὸς αἰχμάλωτος ὁ Ἰσραὴλ, ὁ σὲ προφήτην, καὶ ἐπιστάτην τῶν ἁγίων ἀνθηρημένος.

LXXI. Quando bonis improbitatis consectatores contumelias imponunt, suos ipsorum mores accusant, suorumque peccatorum turpitudinem palam facientes, sese nocere arbitrantur. Fallunt autem semetipsos, et quasi in tabula quales sint depingentes, aliis sese ostendunt. Id nunc accidere amenti huic Amasiæ cernimus. Cum enim esset B pseudopropheta, deorumque aris assideret, partesque et frusta victimarum colligeret, et a turpi quæstu libens ac volens vinceretur, conviciabatur Amos, et e Samaria videntem discedere jubebat, et abire, si vellet, in terram Juda, et ibi vitam agere. Illic enim facile mentieris, inquit, et decipiens multos, vitæ necessaria corrogabis, et magis ibi victum per vitam sufficientem invenies. Talem quemdam sensum illud, ἐκεῖ καταβίου, *illic vive*, subostendit. **329** Verum propheta non hunc sibi fuisse scopum, neque se ad quæstum respicere, sed potius Domini voluntati obsequentem, ministerium prophetæ implere, docere nititur, idque rectissime, illud dicens : se neque prophetam esse, neque prophetæ filium, aut tanquam discipulum prorsus, aut secun- C dum spiritum, inquam, sicut nimirum et Eliseus Eliæ. Sed erat quidem caprarius, vitam rusticam, simplicem, et omnis maleficii expertem degens, victu autem pertenui se sustentans, et contentus iis quæ ruri nascuntur, quæ nec venderet quisquam; ea vero erant sycomori. Vagantes namque pecorum magistri, arborum umbras subeuntes, et vitia ex otio exsistere solita quasi ludificantes, fructus vellicant, et ventrem pro facultate placant. Verum me, inquit, in his occupatum, Deus pro arbitratu suo prophetam fecit, et Israelitis ad eos pertinentia, et mox eventura exponere jussit. Tu autem supernis nutibus velut aciem opponens, silere jubes. Idcirco hæc deinceps dicit Dominus : « Uxor tua in civitate fornicabitur, » sine dubio D urbanis contumeliis se submittens, et incontinentiam libidinis habentium ipsam velit nolit perferens. Perdentur autem filii quoque a rhomphæa consumpti. Et insuper, « terra tua funibus mensurabitur, » id est, subdita erit, et conferet tributa illi qui eam subegerit. Tu autem adhæc, qui nunc te putas sanctum habere Bethel, et sanctum regis habere, abibis captivus, et morieris in ærumnis, non reversus amplius. Quomodo enim, aut unde, cum manseris mortuus in regione peregrina, et immunda terra hostium? Discedet et ipse Israel captivus, qui te prophetam, et præfectum sacrorum ex adverso elegit. Est ergo periculi plenum divino nutui resistere, et inconsiderate incedere, et vetare sanctos quæ Deo placent interpretari, quibus et ab ipso

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dictum est : « Qui tangit vos, quasi qui tangit pupillam oculi ejus [12]. »

τὰ Θεῷ δοκοῦντα διερμηνεύουσιν· οἷς καὶ εἴρηται παρ' αὐτοῦ· « Καὶ ἔσται ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν ὡς ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ. »

Observa autem quemadmodum idem finis, et admiratione dignus sanctis sit propositus, ut Dei verbis, inquam, citra reformidationem inserviendum, et humana parvipendenda existiment, tametsi a quibusdam illis bella et tribulationes inferantur. Beatus enim Amos, contempta stoliditate Amasiæ, non solum non conticuit, sed insuper **330** strenue imprecationem in illum contorsit. Divini etiam discipuli, cum Pharisæi, et Scribæ aliquando silentium ipsis imperassent, aperte dixerunt : « Si justum est coram Deo vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim possumus, quæ vidimus et audivimus, non loqui [13]. »

A Χαλεπὸν οὖν ἄρα τὸ τοῖς θείοις ἀντιπράττειν νεύμασι, καὶ ἀπερισκέπτως ἰέναι, καὶ ἁγίοις ἐπιτιμᾷν

Ἐπιτήρει δὲ ὅπως εἷς τε καὶ ἀξιάγαστος τοῖς ἁγίοις σκοπὸς, τὸ χρῆναι, φημὶ, τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις ἀνυποστόλως ὑπηρετεῖν, καὶ παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα, κἂν εἰ πολέμους αὐτοῖς καὶ θλίψεις ἐπιφέρωσί τινες. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἀμὼς ἀλογήσας παντελῶς τῆς Ἀμασίου σκαιότητος, οὐχ ὅπως σεσίγηκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ κατάρρησιν ἐποιεῖτο νεανικῶς. Οἱ δέ γε θεσπέσιοι μαθηταὶ, σιωπᾷν αὐτοῖς προστεταχότων ποτὲ τῶν Φαρισαίων B καὶ Γραμματέων, διαῤῥήδην ἔφασκον· « Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἀκούειν, μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε. Οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν μὴ λαλεῖν. »

CAP. VIII.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

VERS. 1-3. *Sic ostendit mihi Dominus. Et ecce vas aucupis. Et dixit Dominus : Quid tu vides, Amos? Et dixi : Vas aucupis. Et dixit Dominus ad me : Venit finis super populum meum Israel, non adjiciam ultra, ut pertranseam eum. Et ululabunt laquearia templi in illa die, dicit Dominus. Multa cadavera. In omni loco projiciam silentium.*

Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος. Καὶ ἰδοὺ ἄγγος ἰξευτοῦ. Καὶ εἶπεν Κύριος· Τί σὺ βλέπεις, Ἀμώς; Καὶ εἶπα· Ἄγγος ἰξευτοῦ. Καὶ εἶπεν Κύριος πρός με· Ἥκει τὸ πέρας ἐπὶ τὸν λαόν μου, τὸν Ἰσραὴλ, οὐ προσθήσω οὐκ ἔτι τοῦ παρελθεῖν αὐτόν. Καὶ ὀλολύξει τὰ φατνώματα τοῦ ναοῦ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος. Πολὺς ὁ πεπτωκὼς, ἐν παντὶ τόπῳ ἐπιῤῥίψω σιωπήν.

LXXII. Venerunt rursum prophetæ in animum, C ut dicitur, et cum quæ semel subingressa fuerant, sufficientem sibi narrationem acceperint, visionum ordo ad scopum sibi convenientem transilit. Vidit igitur copias Assyriorum ut matutinam locustarum feturam et cum ipsis Gog, sive Sennacherib, velut bruchum descriptum, quod insectum illud multum terræ vi magna cooperiat. Similis est homo arrogans, qui semper in sublime exsilit, et cum humilibus conversari recusat. Vidit etiam quasi in igne vocatum judicium. Præterea impositum in medio Israele adamantem ab eo qui stabat super muro adamantino. Quid postea? Insuper vas, seu instrumentum erat aucupis. Quod autem principio dixi, iterum dicam, nempe agrestius educato prophetæ Deum per ea quæ ruri maxime fiunt, mysteria D revelare. Aucupes enim, et per eos capta, volatilia scilicet, non tam urbanis hominibus quadrant, quam quibus studium et vitæ scopus rura et quæ ruri sunt. Omnimodis autem, ac prorsus captum iri ad necem, sicut in manu aucupari solitorum, cum plebeiis etiam optimates Samariæ, arrogantes, inquam, et sublime ferri instar avium solitos, sub integumento quodam visionis vis et natura declarat. Vas enim erat aucupis quod videbatur. Proinde **331** ait universorum Dominus : « Venit finis super populum meum Israel, et non præteribo amplius eorum scelera. » Incensum porro iri et ipsum templum, habens vitulum aureum in Bethel, ostendit

ΟΒ'. Εἶσι δὴ πάλιν τῷ προφήτῃ κατὰ νοῦν ὥσπερ ὁ λόγος, καὶ τῶν ἅπαξ παρεισδεδηκότων ἀποχρῶσαν ἐφ' ἑαυτοῖς λαβόντων τὴν ἀφήγησιν, τῶν ὁραμάτων ἡ τάξις ἐπὶ τὸν αὐτῇ πρέποντα διάττει σκοπόν. Τεθέαται τοίνυν τὴν τῶν Ἀσσυρίων πληθὺν, ὡς ἐωθινὴν ἀκρίδων ἐπιγονὴν, καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν Γὼγ, ἤτοι τὸν Σενναχηρὶμ ὡς ἐν εἴδει βρούχου γραφόμενον, διὰ τὸ πολὺ τῆς γῆς ἀναθρώσκειν εὐσθενῶς τὸ ζῶον. Τοιοῦτος δέ πως ὁ ἀλαζὼν, ἀναθρώσκων ἀεὶ πρὸς τὸ ὑψοῦ, καὶ τοῖς ταπεινοῖς συνδιαιτᾶσθαι παραιτούμενος. Τεθέαται δὲ καὶ ὡς ἐν πυρὶ καλουμένην τὴν δίκην, καὶ μὴν καὶ ἐντεταγμένον εἰς μέσον τὸν Ἰσραὴλ τὸν ἀδάμαντα παρὰ τοῦ ἑστηκότος ἐπὶ τὸ τεῖχος τὸ ἀδαμάντινον. Εἶτα τί πρὸς [τοῦ] τῷ; Καὶ ἄγγος ἦν ἰξευτοῦ. Ὁ δὲ δὴ καὶ ἐν ἀρχῇ ἔφην, ἐρῶ δὴ πάλιν, ὡς ἀγροικότερον τεθραμμένῳ τῷ προφήτῃ, Θεὸς διὰ τῶν ἐν ἀγροῖς ὅτι μάλιστα δρωμένων ἀποκαλύπτει μυστήρια. Ἰξευταὶ γὰρ, καὶ τὰ δι' αὐτῶν θηρώμενα, πτηνὰ δηλονότι, πρέποιεν ἂν οὐχὶ δήπου μᾶλλον ἀνδράσι τοῖς ἀστικοῖς, ἀλλ' οἷς ἂν εἴη τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ ὁ τοῦ βίου σκοπὸς ἀγροὶ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. Ὅτι δὲ πάντη τε καὶ πάντως ἀγρευθήσονται πρὸς σφαγὴν, καθάπερ ὑπὸ χειρὸς τῶν ἰξεύειν εἰωθότων, τοῖς ἀγελαίοις ὁμοῦ καὶ τὸ ἀπόλεκτον τῶν ἐν Σαμαρείᾳ γένος, φημὶ δὴ τὸ τῶν ἀλαζόνων, καὶ ἐν ἴσῳ πτηνοῖς ὑψοῦ φέρεσθαι μεμελετηκότων, αἰνιγματωδῶς ὑπέδειξε τῶν ὁραμάτων ἡ δύναμις. Ἄγγος γὰρ ἦν ἰξευτοῦ τὸ ὁρώμενον. Τοιγάρτοι φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι « Ἥκει τὸ πέρας ἐπὶ τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ,

[12] Zachar. II, 8. [13] Act. IV, 19, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ὡς οὐκ ἂν ἔτι παρέλθοι τὰ αὐτῶν ἐγκλήματα. » Καταπρησθήσεται δὲ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ ναός, ὁ τὴν χρυσῆν ἔχων δάμαλιν ἐν Βαιθὴλ, διαμεμήνυκεν, εἰπὼν, ὅτι « Ὀλολύξει τὰ φατνώματα τοῦ ναοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. » Φατνώματα δὲ λέγειν εἴωθε τὴν ὀροφὴν, ἤτοι τὰ περὶ αὐτὴν, ταῖς τῶν τεκτόνων ἐπιεικείαις εὐτέχνως εὖ μάλα πεποικιλμένα, κατὰ τὸ ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ᾀσμάτων· « Δοκοὶ ἡμῶν κέδροι, φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι. » Ὀλολύξειν δὲ τὰ φατνώματά φησιν, οὐχὶ τὴν ἔναρθρον ἱέντα φωνὴν, τὴν ὡς ἐν κτύποις δὲ μᾶλλον καὶ τοὺς ἐν τῷ διακλᾶσθαι τριμμούς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πολὺς ἔσται, φησὶν, ὁ πεπτωκὼς, « Ἐν παντὶ τόπῳ ἐπιῤῥίψω σιωπήν. » Παντὸς γὰρ τόπου λοιπὸν εἰς ἐρημίαν ἐνηνεγμένου, καὶ οὐκ ἔχοντος τοὺς οἰκήτορας, πολλή τις ἔσται σιωπὴ, ἥγουν ἡσυχία, καθὰ καὶ ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ ἀβάτοις γαῖς. Ἀμηχανήσει δὴ οὖν κατ' οὐδένα τρόπον ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, εἰ παιδεύειν ἕλοιτο τοὺς ἡμαρτηκότας, ἀλλ' ἔσται πολὺς καὶ διάφορος αὐτῷ τῆς αἰκίας ὁ τρόπος, καὶ ἀντιστήσεται μὲν οὐδεὶς ποιναῖς ἐνιέντι τῷ παροτρυνθέντι. Διαφεύξεταί γε μὴν ὁ ταῖς μεταγνώσεσιν ἀποσειόμενος τὴν ὀργὴν, μετατιθεὶς ἐφ' ἑαυτῷ πρὸς ἡμερότητα χρηστὸν ὄντα καὶ φιλοικτίρμονα Δεσπότην.

Α'. Ἀβδίου δὴ πάλιν προφητεύειν μὲν ἔοικεν ἐν καιροῖς, καθ' οὓς Ἰωὴλ, μονονουχὶ δὲ διέλαχε πρὸς αὐτὸν τὴν ὅρασιν, καὶ μερίζεται τὸ διήγημα. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωὴλ ἐπ' αὐτοῖς ἤδη τέρμασι τῆς ἑαυτοῦ προφητείας, « Αἴγυπτος, φησὶν, εἰς ἀφανισμὸν ἔσται, καὶ Ἰδουμαία εἰς πεδίον ἀφανισμοῦ ἐξ ἀδικιῶν υἱῶν Ἰούδα, ἀνθ' ὧν ἐξέχεαν αἷμα δίκαιον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. » Ὁ δὲ τῆς Ἰδουμαίας τὸν ἀφανισμὸν τίνα τε τρόπον, καὶ ὅπως ἔσται κατὰ καιροὺς, ἀφηγεῖται λεπτῶς. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐντευξομένοις τῇ τοῦ βιβλίου συγγραφῇ λυσιτελὲς τὸ ἀναμαθεῖν ἀκριβῶς καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τίς μὲν ἔστιν ἡ Ἰδουμαία, τί δὲ τὸ συμβὰν αὐτῇ, καὶ τοῦ δὴ χάριν ταῖς ἐκ θείας ἐργῆς ὑπενήνεκται συμφοραῖς, φέρε λέγωμεν, ὡς ἂν τὰ τοιάδε σαφῶς τοῖς φιλομαθέσι καταλεπτύνον-

B

354 PROŒMIUM.

I. Abdiam deinceps eodem sæculo quo et Joelem vaticinatum fit probabile, qui etiam propemodum eamdem cum ipso visionem sortitur, et in expositione communicat. Joel siquidem in extremo prophetiæ suæ, « Ægyptus, inquit, in perditionem erit, et Idumæa in campum desolationis, ex iniquitatibus filiorum Juda, pro eo quod effuderunt sanguinem justum in terra sua [13]. » Hic autem Idumææ desolationem, qua via, et quo modo suo tempore eventura sit, accurate commemorat. Quia vero lectoribus proderit diligenter et ante alia cognoscere, quænam sit Idumæa, et quid ei contigerit, et quam ob causam a Deo irato diris casibus subjecta fuerit, age, hæc omnia perspicue subtiliterque discendi studiosis, quantum in nobis erit, exponamus. (1) [Idu-

[13] Joel III, 19.

(1) Uncinis clausa desunt in Græco.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mæi itaque vocantur et sunt Esau posteri.] Quoniam enim Edom nominatus est, hoc est, *terrenus*, quia scilicet primogenita vendidit, et honorem qui inde ipsi debebatur contempsit, et escam sibi unam, eamque vilissimam apponi **355** maluit [14], hac de causa item ex eo propagatos Idumæos nuncuparunt. Vocatur præterea Idumæorum regio Seir, et Thæman : Seir quidem, quod indigenæ, ut fertur, hirsuti essent, qualis et Esau fuit; pilis enim undique coopertus erat [15], Seir autem *pilorum emissio*, sive *pilosus*, Latine redditur. Erat etiam mons in regione Seir nomine. Thæman insuper vocatur, quod ad austrum maxime spectet. Auster porro Hebræis est Thæman. Putant nonnulli Thæman alia quoque de causa dictam esse. Aiunt enim filium Esau olim fuisse Eliphaz; ex hoc natum Thæman, a quo regioni nomen inditum. Hæc de Idumæa et incolis ejus dicta sufficiant. Perierunt autem talem ob causam. Obsessa Hierosolyma a Nabuchodonosor et in extremam delapsa miseriam, occumbebant etenim innumeri, gentium gladiis confecti, vix aliqui salutem retinuerunt, qui in gentium vicinarum regiones se contulerunt. Plurimi porro Israelitarum in Idumæam ipsis finitimam descendebant, et ut fratribus compassuros, sanguineque conjunctorum memores fore, et afflictis opem impensuros arbitrabantur. Ast illi, cum tanquam fratrum misereri debuissent, ne in provinciam quidem eos admittebant, et latronum more exitus ac fines Idumææ circumcursantes, territosque et consternatos raptantes occidebant, immanitateque sua ipsam Babyloniorum feritatem superabant. Perditos enim invadebant, ut dixi, irridebant, et clades consanguineorum panegyricæ cujusdam lætitiæ occasionem faciebant. Judæi igitur in Persidem et Mediam tunc captivi abierunt. Ubi autem Deus elapsis jam septuaginta hebdomadibus misertus est, in Judæam redierunt, urbemque ipsam reædificare et templum ejus de integro excitare studuerunt. At enim Idumæi iterum, licet fratres et vicini, invidia stimulati istiusmodi cœpta disturbare atque impedire volebant, ejusdem animi barbaros vicinos sibi asciscentes. Quinetiam manus conseruerunt. In valle autem Josaphat, Deo pro Israelitis propugnante, occubuerunt ac perierunt. Postquam vero atrocius quam alienigenæ Israelitas Idumæi vexarunt, ipsi eorum regionem incursantes, incolas occiderunt, et cava petrarum, et speluncas, et recessus terræ sive latibula pervestigantes, quotquot inventos neci dederunt.

τες. Ἐπειδὴ γὰρ Ἐδὼμ ὠνόμασται, τουτέστιν, γήϊνος, διά τοι τὸ ἀποδόσθαι τὰ πρωτοτόκια, καὶ ἀλογῆσαι μὲν τῆς ἐντεῦθεν ὀφειλομένης αὐτῷ τιμῆς, βρώσεως δὲ μιᾶς, καὶ τοῦτο εὐτελεστάτης, ἀνθελέσθαι παράθεσιν, ταύτητοι καὶ Ἰδουμαίους ὠνόμαζον τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας. Καλεῖται δὲ τῶν Ἰδουμαίων ἡ χώρα [Σὴρ] καὶ Θαιμάν· καὶ Σὴρ μὲν διὰ τὸ λέγεσθαι δασεῖς τοὺς κατοικοῦντας αὐτήν· δασὺς δὲ καὶ Ἡσαῦ· τετρίχωτο γὰρ, Σὴρ δὲ τρίχωσις, ἤτοι τριχωτὸς ἑρμηνεύεται. Ἦν δὲ καὶ ὄρος ἐν τῇ χώρᾳ Σήρ. Θαιμὰν δὲ δὴ πάλιν, διὰ τὸ εἶναι νοτιωτάτην. Νότος δὲ ὁ Θαιμὰν κατὰ Ἑβραίων φωνήν. Δοκεῖ δέ τισιν εἰρῆσθαι Θαιμὰν καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν. Φασὶ γὰρ ὅτι γέγονεν υἱὸς τοῦ Ἡσαῦ κατὰ καιροὺς Ἐλιφάζ, ἐκ δὲ τοῦ Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμὰν, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Θαιμάν. Ἀπόχρη μὲν ταῦτα περὶ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ. Ἀπολώλασι δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Πολιορκουμένης γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἡκούσης κακοῖς· ἔπιπτον γὰρ ἀναρίθμητοι τοῖς τῶν ἐθνῶν δαπανώμενοι ξίφεσι· μόλις τινὲς ἀνεσώζοντο, καὶ εἰς τὰς τῶν ὁμόρων ἐθνῶν χώρας ἀπεκομίζοντο. Κατέβαινον δὲ οἱ πλεῖστοι μάλιστα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, ὅμορον οὖσαν αὐτοῖς, ᾠοντό τε ὅτι καὶ συναλγήσουσι, ὡς ἀδελφοῖς, καὶ τῆς ἐξ αἵματος ἀγχιστείας διαμεμνῆσονται καὶ ἀθλίως πεπραχόσι χαριοῦνται τὰς ἐπικουρίας. Οἱ δὲ, καίτοι κατοικτεῖραι δέον ὡς ἀδελφοὺς, ἀπεδέχοντο μὲν οὐκ εἰς τὴν ἑαυτῶν, ἀπέσφαττον δὲ, τὰς τῆς Ἰδουμαίας ἐκβολὰς λῃστρικῷ περιθέοντες τρόπῳ, τεθορυβημένους τε καὶ κατεπτηχότας ἁρπάζοντες· ἦσαν δὲ οὕτως ἀπάνθρωποι ὡς, καὶ αὐτὴν ὑπερβάλλεσθαι τὴν Βαβυλωνίων τὴν ἀγριότητα. Ἐπῆσαν γὰρ, ὡς ἔφην, ἀπολλυμένοις, ἐπιτωθάζοντες καὶ πανηγύρεως ἀφορμὴν τὰς τῶν ὁμαιμόνων ποιούμενοι συμφοράς. Ἀπῄχοντο μὲν οὖν εἰς τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων Ἰουδαῖοι τοτηνικάδε. Ἐπειδὴ δὲ πεπερασμένων ἤδη τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν κατηλέει Θεός· ἀνεκομίζοντο γὰρ εἰς τὴν Ἰουδαίαν· σπουδὴν ἐποιοῦντο, τήν τε πόλιν αὐτὴν ἀναδείμασθαι, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ πάλιν ἀνεγεῖραι νεών. Ἀλλ' Ἰδουμαῖοι πάλιν οἱ ἀδελφοὶ, καὶ γείτονες κατεδάκνοντο τῷ φθόνῳ, καὶ τῶν τοιούτων ἐγχειρημάτων ἀπείργειν ἤθελον, συναγείροντες τοὺς ὁμόφρονας, καὶ περιοικοῦντας βαρβάρους, καὶ δὴ καὶ εἰς μάχην ἦσαν. Πεπτώκασι δὲ καὶ ἀπολώλασιν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ, Θεοῦ προασπίζοντος τῶν ἐξ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἀλλοφύλων φορτικώτεροι γεγόνασιν Ἰδουμαῖοι, κατέδραμον αὐτῶν τὴν χώραν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ἀπέκτειναν μὲν τοὺς ἐν αὐτῇ, τρυμαλιὰς δὲ πετρῶν, καὶ σπηλαίων, καὶ γῆς καταδύσεις διερευνώμενοι τοὺς εὑρισκομένους ἀπέσφαττον.

356 CAP. UNICUM.

ΚΕΦΑΛ. ΜΟΝΟΜΕΡΕΣ.

VERS. 1. *Visio Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus Idumææ: Auditum audivi a Domino, et munitionem in gentes misit; surgite, et consurgamus contra eam in prælium.*

Ὅρασις Ἀβδίου. Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῇ Ἰδουμαίᾳ· Ἀκοὴν ἤκουσα παρὰ Κυρίου, καὶ περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλεν· ἀνάστητε, καὶ ἐξαναστῶμεν ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον.

[14] Gen. xxv, 30. [15] ibid., 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Β'. Ὅλον ἡμῖν τῆς αὐτοῦ προφητείας ἐν τούτοις, ἤγουν τῆς ὁράσεως διερμηνεύει τὸν σκοπὸν, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπει διατρανοῖ. Ὅτι γὰρ ἐπὶ τοῖς ἔσεσθαι μέλλουσι κατὰ τῆς Ἰδουμαίας ἡ ὅρασις αὕτη, πειρᾶται πληροφορεῖν. Ἐμπεδοῖ γὰρ πρὸς πίστιν τοὺς ἀκροωμένους, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως συμβήσεται· τὸ λαλούμενον, ἀναπείθειν πειρᾶται, λέγων· ὡς ἥκιστα μὲν αὐτοῦ, Θεοῦ δὲ μᾶλλον εἶεν οἱ λόγοι. Ἔφη τοίνυν ἀκοὴν ἀκοῦσαι περὶ Θεοῦ κατὰ τῆς Ἰδουμαίας. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο πάλιν εὐθὺς αὐτὸς διεσάφησεν, προσθεὶς, ὅτι περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλεν. Ἔθνη δὲ ποῖα τὰ τῆς Ἰδουμαίας. Κατ' αὐτῶν γὰρ ἀπεστάλθαι φησὶ τὴν περιοχὴν, ἤτοι πολιορκίαν, ἤγουν τὸν συγκλεισμὸν, τοῦ θείου κρίματος συνωθοῦντος ἀναγκαίως εἰς τὸ παθεῖν τὴν ἐρήμωσιν. Ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. Τοῖς γὰρ ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ τῆς Ἰδουμαίας προστέταχε ποιεῖσθαι τὴν περιοχὴν, ἤτοι τὴν πολιορκίαν. Προστέταχε δὲ οὐχὶ πάντη ἐναργῶς, ἀλλ' οἷον διανιστὰς ὡς Θεὸς, καὶ καταθήγων ἐπ' αὐτοὺς, ἃ καὶ τοῖς θείοις ἀναπεπεισμένα νεύμασι προτροπάδην ἀλλήλοις μονονουχὶ διακεκραγότα φησίν· Ἀνάστητε, καὶ ἐξαναστῶμεν ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον. Συνεισβεβλήκασι γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ καταδηοῦσι τὴν Ἰδουμαίαν καὶ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν.

II. Ilisce verbis totum prophetiæ, sive visionis suæ, scopum et consilium nobis explanat, et quorsum spectet declarat. Nititur enim nobis fidem facere, hanc visionem esse de iis qui Idumæam hostiliter agressuri sint. Corroborat quippe audientes ad fidem, et quod loquitur, omnibus modis re ipsa eventurum vult persuadere, dum ait, minime sua, sed Dei potius esse verba. Dicit igitur, auditum se audisse a Deo adversum Idumæam. Et rursum, quæ auditio intelligenda sit, confestim ipse exponit, addendo obsidionem in gentes misisse. Gentes qualescunque per Idumæam accipe. Contra has enim munitionem, obsidionem, sive conclusionem misisse affirmat, divino judicio eas ad vastitatem ac solitudinem necessario patiendam compellente. Aut alio item modo : gentibus in circuitu Idumææ munitionem, sive obsidionem, imperavit. Imperavit autem non prorsus manifeste, sed velut exsuscitans, ut Deus, et acuens in Idumæos; quas et divino nutu ac voluntate persuasas, tantum non vicissim se impellendo clamasse dicit : Surgite, et consurgamus adversus ipsam in prælium. Simul enim cum Israelitis Idumæam ferro ignique vastantibus vicinæ illis gentes irruerunt.

Ἰδοὺ ὀλιγοστὸν δέδωκά σε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἠτιμωμένος εἶ σὺ σφόδρα. Ὑπερηφανία τῆς καρδίας σου ἐπῆρέ σε κατασκηνοῦντα ἐν ταῖς ὀπαῖς τῶν πετρῶν, ὑψῶντα κατοικίαν σου, λέγοντα ἐν καρδίᾳ σου· Τίς κατάξει με ἐπὶ τὴν γῆν; Ἐὰν μετεωρισθῇς ὡς ἀετὸς, καὶ ἐὰν ἀναμέσον τῶν ἄστρων θῇς νοσσιάν σου, ἐκεῖθεν κατάξω σε, λέγει Κύριος.

Vers. 2-4. *Ecce parvulum dedi te in gentibus, inhonoratus tu es valde. Superbia cordis tui elevavit te, habitantem in foraminibus petrarum, exaltantem habitaculum tuum, dicentem in corde tuo : Quis me deducet in terram? Si exaltatus fueris sicut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum, inde deducam te, dicit Dominus.*

Γ'. Ὀλιγοστὸν αὐτὸν εν τοῖς ἔθνεσι τεθεῖσθαί φησι καὶ ἠτιμημένον διὰ τὸ παντελῶς εὐαριθμήτους γενέσθαι εἰ πρὸς τῶν ἐπιόντων τὴν πληθὺν συγκρίνοιντο. Πλεῖστοι γὰρ, ὡς ἔφην, οἱ κατ' αὐτῶν τεθηγμένοι. Ἢ ὀλιγοστοὺς γενέσθαι φησὶν, ὡς δαπανήσαντος τοῦ πολέμου, καὶ εἰς ὀλίγον περιστήσαντος τὸ γένος αὐτοῖς. Ἐκ πολλῆς δὲ ἄγαν ἀβελτηρίας διακένοις κεχρῆσθαι φυσήμασιν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ὑπεμφαίνει λόγος. Ἔρρετο γὰρ δυσάλωτος εἶναι τοῖς ἐχθροῖς, οὐ διά γε τὴν ἐνοῦσαν ἀλκὴν αὐτῷ, καὶ τὸ ἐν πολέμοις εὐτυχὲς, ἀλλ' ὅτι τὸ τραχὺ, καὶ δύσβατον τῆς χώρας ἀπιχρήσειν ἔμελλε πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς. Ὄχθοι γὰρ ἦσαν πανταχῇ, καὶ πετρῶν ἀκρωνυχίαι δεινὸν κατεκνεύουσαι καὶ βουνῶν ἀγριότης, καὶ ὀρῶν ὑψώματα. Τί οὖν, φησὶ, τῆς τῶν ἐπιόντων χειρὸς καταλαζονεύεσθε; Εἰ γὰρ καὶ κατῴκησας ἐν χώρᾳ πολὺ λαχούσῃ τε δύσβατον, ἠρμένῃ τε ὑψοῦ, κἂν εἰ γένοιό τις ἀετὸς, οἷον ἐν ἀερίοις αὐτοῖς τὴν καλιὰν ἔχων, ὑπερβολικὸς δὲ πάλιν ὁ λόγος, ἀλλ' οὖν ἐκεῖθεν καταρθήσῃ Θεοῦ κατασύροντος· ἀδυνατεῖ γὰρ αὐτῷ παντελῶς οὐδέν.

III. Parvulum eum in gentibus positum et despicabilem esse dicit, quia paucissimi plane sint, si cum adorientium multitudine conferantur. Etenim adversum eos concitati, numerum, ut dixi, efficient maximum. Aut ideo admodum paucos esse ait, quia genus eorum bello absumptum et ad exiguitatem redactum sit. Præ magna autem dementia inani eos arrogantia inflatos propheticus sermo nobis demonstrat. **357** Rebantur enim se expugnari, et capi ab hostibus non posse : non propter vires quibus pollerent, et scientiam militarem, sed quia regionis aspera, ascensuque difficilia loca ad salutem eorum tuendam sufficerent. Tumuli enim erant ubique, et rupes horribiliter a summo impendentes, et colles asperi, et montes præcelsi. Quid ergo, inquit, hostium arma gloriando contemnitis? Tametsi enim sortitus es regionem valde invium, editam et excelsam, etiamsi fieres aquila, haberesque velut in aere nidum tuum, hyperbolica rursum est oratio, tamen Deo, qui potest plane omnia, inde detrahente deturbaberis.

Εἰ κλέπται εἰσῆλθόν πρὸς σὲ, ἢ λῃσταὶ νυκτὸς, ποῦ ἂν ἀπερρίφης; Οὐκ ἂν ἔκλεψαν τὰ ἱκανὰ ἑαυτοῖς; Καὶ εἰ τρυγηταὶ εἰσῆλθόν πρὸς

Vers. 5, 6. *Si fures introiissent ad te, vel latrones noctu, ubi projectus esses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Et si vindemiatores introiissent ad te,*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nonne reliquissent racemum? Quomodo investigatus est Esau, et deprehensa sunt ejus abscondita?

IV. Jam diximus, etiam rimas montium, speluncas, et hiatus petrarum et nemora scrutatos, qui cum Israelitis irruperant et homines natione diversos invaserant, Idumæos trucidasse, ut pauci omnino, aut nullus penitus effugere potuerit. Irridentur itaque, et quodammodo deluduntur, cum ait : Si expertus esses latronum irruptionem, et furum genus tibi supervenisset, annon satis habuissent auferre quibus contenti esse potuissent? Quod si qui quasi de vite legerent uvas, nonne lateret racemus oculum vindemiare consuetorum, quantumvis longe curiosissimum? Atqui id ipsis accidere necesse foret quamvis nolentibus : nam fures timor semper ad fugam sollicitat, et discessus occultus, si quid in promptu positum abstulerint, ad animi voluptatem illis videtur sufficere. Vindemiantibus autem semper ad scrutandum impedimento est foliorum copia non ablata, et suffurans quod latere potest. Sed tibi, inquit, o Esau, hoc est, o ex sanguine Esau prognate, Idumæe, deteriora perpeti contigit. Abscondita enim tua deprehensa sunt, et latuit nemo, et fuga, et ipsa locorum difficultas nihil commodavit.

A σὲ, οὐκ ἂν ὑπελίποντο ἐπιφυλλίδα; Πῶς ἐξηρευνήθη Ἡσαῦ, καὶ κατελήφθη αὐτοῦ τὰ κεκρυμμένα;

Δ'. Ἤδη φθάσαντες εἴπομεν, ὅτι καὶ ῥωχμὰς ὀρῶν, σπήλαιά τε καὶ διασφαγὰς ἐν πέτραις, δρυμούς τε διερευνώμενοι τοὺς Ἰδουμαίους ἀπέσφαττον, οἱ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ συνεισβεβληκότες, καὶ συνεπιτιθέμενοι τῶν ἑτερογενῶν, ὡς ὀλίγους παντελῶς, ἢ μηδένα τὸ παράπαν ἰσχύσαι διαφυγεῖν. Ἐπιτωθάζει δὴ οὖν ὁ λόγος αὐτοῖς, καὶ οἱονεί πως κατειρωνεύεται, καὶ φησιν· Εἰ λῃστρικῆς ἐφόδου πεπείρασο, καὶ σοι τὰ κλεπτῶν ἐπεφοίτησε γένη, οὐκ ἂν ἤρκεσαν τῷ λαβεῖν, ἅπερ ἦν εἰκὸς ἀρκέσειν αὐτοῖς; Εἰ δὲ δὴ καὶ ἀμπέλου δίκην ἀπετρύγων τινὲς, οὐκ ἂν διέλαθεν ἡ ἐπιφυλλὶς καίτοι περιεργότατον ὄντα λίαν τῶν B ἀποτρυγᾶν εἰωθότων τὸν ὀφθαλμόν; Ἀλλ' ἦν ἀνάγκη τοῦτο παθεῖν καὶ οὐχ ἑκοῦσιν αὐτοῖς, ὅτι τοῖς μὲν κλέπτουσιν ἀεὶ τὸ δεῖμα παρεγγυᾷ τὴν φυγὴν, καὶ τὸ οἴχεσθαι λαθόντας, εἴ τι τῶν ἑτοίμων ἁρπάσειαν, ἀποχρῶν εἶναι δοκεῖ πρὸς θυμηδίαν αὐτοῖς. Τοῖς γε μὴν τρυγῶσιν ἐμποδὼν ἀεὶ πρὸς ἐρεύνας ἡ φυλλὰς μὴ παραιρουμένη, καὶ ὑποκλέπτουσα τὸ λαθεῖν δυνάμενον. Ἀλλά σοι, φησὶν, ὦ Ἡσαῦ, τουτέστιν, ὦ ἐξ αἵματος τοῦ Ἡσαῦ, Ἰδουμαῖε, τὰ χείρω παθεῖν συμβέβηκε. Κατελήφθησαν γὰρ τὰ κεκρυμμένα, καὶ διέλαθε μὲν οὐδεὶς, ἀνόνητος δὲ καὶ ἡ φυγὴ, καὶ αὐτὴ τῶν τόπων ἡ δυσχωρία.

Vers. 7-11. *Usque ad terminos tuos emiserunt te. Omnes viri testamenti tui restiterunt tibi. Prævaluerunt adversum te viri pacifici tui, posuerunt insidias subter te, non est sapientia* **358** *in eo. In die illa, dicit Dominus, perdam sapientes ex Idumæa, et intelligentiam de monte Esau. Et pavebunt bellatores tui ex Thæman, ut auferatur homo de monte Esau super interfectionem, et impietatem contra fratrem tuum Jacob. Operiet te confusio, et auferetis in æternum. Ex quo die restitisti contra in die captivantium alienigenarum fortitudinem ejus, et alieni ingressi sunt in portas ejus, et super Jerusalem miserunt sortes, et tu eras quasi unus ex eis.*

Ἕως τῶν ὁρίων σου ἐξαπέστειλάν σε. Πάντες οἱ ἄνδρες τῆς διαθήκης σου ἀντέστησάν σοι. Ἠδυνάσθησαν πρὸς σὲ ἄνδρες εἰρηνικοί σου, ἔθηκαν ἔνεδρα ὑποκάτω σου, οὐκ ἔστι σύνεσις ἐν αὐτοῖς. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, ἀπολῶ σοφοὺς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ σύνεσιν ἐξ ὄρους Ἡσαῦ. Καὶ πτοηθήσονται οἱ μαχηταί σου, οἱ ἐκ Θαιμὰν, ὅπως ἐξαρθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὄρους Ἡσαῦ, διὰ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν ἀσέβειαν κατ' ἀδελφοῦ σοῦ Ἰακώβ. Καλύψει σε αἰσχύνη, καὶ ἐξαρθήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀντέστης ἐξεναντίας ἐν ἡμέραις αἰχμαλωτευόντων ἀλλογενῶν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ ἀλλότριοι εἰσῆλθον εἰς πύλας αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ ἔβαλον κλήρους, καὶ σὺ ἦς ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν. C

V Cum Esauitæ Israelitas templum construentes et sanctam civitatem instaurantes prohibere statuissent, cum vicinis gentibus pacis et concordiæ D fœdus inierunt, ut jam docuimus. Postquam autem regionem ipsorum ab Israelitis expeditione subigi contigit, tum quondam germani amici, et conjurati, et commilitones ipsorum infestiores reliquis omnibus in illos pugnando, vastandoque se exhibuerunt. Bellum igitur, inquit, « usque ad fines misit te, » non in partes regionis tuæ prorumpens, sed totam vi et armis subigens, et usque ad terminos ipsos in solitudine redigens. Restiterunt autem tibi, et pugnaverunt contra te, inquit, quos utique pro spe tua valde consentaneum erat etiam patientem te miserari. « Sed posuerunt subter te insidias, » a quibus salutem exspectabas. In illo autem, « Et non est intelligentia in ipsis, » sapientes et intelligentes

Ε'. Ὅτε κωλύειν ἤθελον τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ οἰκοδομοῦντας τὸν ναὸν καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν ἀνατειχίζοντας, οἱ ἐξ αἵματος Ἡσαῦ, ὁμοψυχίας συνθήκας πρὸς τοὺς περιοίκους τῶν ἐθνῶν ἐποιήσαντο, καθάπερ εἴπομεν ἤδη. Ἐπειδὴ δὲ συμβέβηκεν ἁλῶναι τὴν χώραν αὐτῶν καταστρατευόντων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, τότε καὶ οἱ πάλαι γνήσιοι, καὶ συνωμόται, καὶ συνασπισταὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων γεγόνασι φορτικώτεροι καταδῃοῦντες δὴ, καὶ μαχόμενοι. Ὁ πόλεμος τοίνυν, φησὶν, « ἕως τῶν ὁρίων σου ἐξαπέστειλέ σε, » οὐ μέρη τῆς σῆς ἐπεισπηδήσας χώρας, ἀλλ' ὅλην ἑλὼν κατακράτος, καὶ μέχρις ὅρων αὐτῶν ἀγαγὼν εἰς ἐρήμωσιν. Ἀντέστησαν δὲ, καὶ πεπολεμήκασι πρὸς σὲ, φησὶν, οὓς ἦν τάχα που καὶ λίαν εἰκὸς, κατά γε τὴν σὴν ἐλπίδα, καὶ ἐπαμύνεσθαι πεπονθότι σοι. « Ἀλλ' ἔθηκαν ἔνεδρα ὑποκάτω σου, » παρ' ὧν σώζεσθαι προσεδόκησας. Ἐν δὲ τῷ, « Οὐκ ἔστι σύνεσις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐν αὐτῷ, » σοφοὺς τε καὶ συνετοὺς ὀνομάζει τοὺς ψευδομάντεις, καὶ βωμολόχους, τοὺς ἀπατεῶνας καὶ οἰωνοσκόπους καὶ τοὺς τῶν ἄστρων ψευδῆ μυθήρια, καταχέοντας, οἵτινες εἰς τοῦτο ληρωδίας ἤκουσιν, ὡς ἐντεῦθεν δύνασθαι καὶ τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν ἐλεῖν φληνάφως ὑπονοεῖν. Ἀνεπτόηντο δὲ πρὸς τοῦτο λίαν οἱ ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις ἐμβεβηκότες. Τοῦτο κατὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτοὶ ῥῥωστηκότες οἱ Ἰδουμαῖοι, μέλλοντος ἤδη τοῦ πολέμου περιαγγέλλεσθαι, κατεσκέπτοντο μὲν τῶν ἐκβησομένων τὸ πέρας, συναγείροντες δὲ τοὺς ἔν γε δὴ τούτοις σοφοὺς, ἀπαγγέλλειν ἐκέλευον, ὅποι ποτὲ ἄρα βαδιεῖτε αὐτοῖς τὰ τοῦ πολέμου. Οἱ δὲ, κατὰ τὸ εἰκὸς, κατεμαντεύοντο αὐτοῖς τὸ νικᾷν, ἀλλ' ἥλωσαν, καὶ διαπεπτώκασι διαμαρτανούσης αὐτοῖς τῆς τέχνης. Ἠλέγχοντο δὲ καὶ ἀσύνετοι, παντελῶς ψευδοεποῦντες οἱ δείλαιοι. Ὅτι δὲ καίτοι πάλαι θρασεῖς ὄντες οἱ ἐκ Θαιμὰν, αὐτοὶ δὴ πάλιν οἱ Ἰδουμαῖοι ἀνανδροι ἔσονται, καὶ περιδεεῖς, κατεσήμηνε, προσθεὶς, ὅτι « Πτοηθήσονται οἱ μαχηταί σου οἱ ἐκ Θαιμὰν, ὅπως ἐξαρθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὄρους Ἡσαῦ, » τουτέστιν, ἄχρις ἂν ἀπόλοιτο μέχρι καὶ ἑνὸς τῶν ἐκ τῆς Ἰδουμαίας. Καθίστησιν οὖν ἐναργῆ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπενηνεγμένης συμφορᾶς ἐν τῷ διὰ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν ἀσέβειαν τὴν εἰς τὸν ἀδελφόν σου. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνῄρηκας, φησὶ, τὸν ἐξ αἵματος ἐγγὺς κατὰ ἀγχιστείαν, τουτέστι, τὸν Ἰακὼβ, ἤτοι τοὺς ἐξ Ἰακὼβ, δαπανηθήσῃ πολέμῳ, καὶ εἰσάπαν ἔσῃ κατεφθαρμένος, αἰσχύνης τε ἔμπλεως, καὶ ἐντροπῆς. Ὅτι δὲ καὶ ἀναπόβλητον ἕξουσι τὸ συμβεβηκὸς, καὶ ταῖς οὕτω δειναῖς ἐναπομενοῦσι συμφοραῖς, διαμεμήνυκεν εἰπών· « Καὶ ἐξαρθήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἐν δὲ τῷ, « ἀφ' ἧς ἡμέρας, » ὑπομιμνήσκει τοῦ καιροῦ, καθ' ἣν τῶν Βαβυλωνίων ἠρηκότων τὴν Ἰουδαίαν, καὶ διαρπαζόντων τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ κύκλῳ μαχούντων τὰ ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ συναγηγερμένα, αὐτοὶ τοὺς φεύγοντας λοχῶντες ἀπέσφαττον, καὶ οἱονεὶ συνειργάζοντο τοῖς ἀλλογενέσι, καίτοι τοὺς ἐξ Ἰακὼβ ἀποφέρουσι εἰς αἰχμαλωσίαν. Ἥλωσαν δὴ οὖν ταῖς τῶν ἀδελφῶν συμφοραῖς ἐπιθρώσκοντες, καὶ ὀλίγα τοῖς Βαβυλωνίοις παραχωροῦντες εἰς ἀγριότητα.

A appellat falsos vates, et assentatores, impostores, et augures, et ex astris fabellas disseminantes, qui eo nugacitatis deveniunt, ut inde etiam futurorum notitiam capi posse stolide arbitrentur. Quibus rebus idolorum cultibus impliciti magnopere perterrebantur. Hoc morbo præter alios etiam ipsi Idumæi affecti, cum inibi esset ut bellum circumquaque denuntiaretur, exitum circumspiciebant illi quidem, congregantes autem harum rerum peritos, quo pacto bellum ipsi eventurum esset, referre jubebant. Illi, ut par erat, victoriam ipsis vaticinabantur. Sed deprehensi sunt mendaces, et arte ipsos fallente a vero aberrarunt, convictique sunt intelligentia carere, plane falsum prolocuti miseri. Thæmanitas porro eosdemque Idumæos, quanquam olim audaces, B imbelles, et meticulosos futuros declaravit, addens: **359** « Pavebunt bellatores tui ex Thæman, ut auferatur homo de monte Esau, » hoc est, donec disperdantur Idumæi usque ad unum. Causam igitur illatæ calamitatis minime dubiam constituit in cæde, et impietate erga fratrem ejus. Ex quo enim consanguinitate propinquum, hoc est, Jacob, sive posteros Jacob interfecisti, bello consumeris, et funditus peribis, ignominiæ et dedecoris plenus. Inevitabilem autem casum subituros et cladibus adeo horribilibus oppressum iri monuit his verbis: « Et auferetis in æternum. » Illud vero, « ex quo die, » submonet temporis quo, cum Babylonii Judæam subjugarent, eamque depopularentur, et Hierosolymam congregatos obsidione cingerent, ipsi fugientes insidiis exceptos occidebant, et alienigenis, quanquam progeniem C Jacob in servitutem abducentibus, quasi subserviebant. Comperti sunt igitur fratrum ærumnis insultare, et immanitate Babyloniis parum cedere.

Καὶ μὴ ἐπίδῃς ἡμέραν ἀδελφοῦ σου ἐν ἡμέρᾳ ἀλλοτρίων, καὶ μὴ ἐπιχαρῇς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα ἐν ἡμέρᾳ ἀπωλείας αὐτῶν. Καὶ μὴ μεταλῤῥημονήσῃς ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, μηδὲ εἰσέλθῃς εἰς πύλας λαῶν ἐν ἡμέρᾳ πόνων αὐτῶν. Καὶ μὴ D *ἐπίδῃς καὶ σὺ συναγωγὴν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ὀλέθρου αὐτῶν, μηδὲ συνεπιθῇ ἐπὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἀπωλείας αὐτῶν. Μηδὲ ἐπιστῇς ἐπὶ τὰς διεκβολὰς αὐτῶν, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι τοὺς ἀνασωζομένους ἐξ αὐτῶν. Μηδὲ συγκλείσῃς τοὺς φεύγοντας ἐξ αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως.*

VERS. 12-14. *Et ne despicias diem fratris tui in die alienorum, neve læteris super filios Juda in die perditionis ipsorum. Et ne magna loquare in die angustiæ eorum, neque ingrediaris in portas populorum in die laborum eorum. Et ne despicias et tu congregationem eorum in die perditionis eorum, neque apponeris ad fortitudinem eorum in die perditionis eorum. Neque stabis in egressibus eorum, ut perdas, qui salvantur ex eis. Neque concludes fugientes ex eis in die tribulationis.*

Γ'. Ἀπαριθμεῖται δὴ πάλιν τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐγκλήματα, σκληροὺς καὶ ἀφιλοικτίρμονας γεγονότας δεικνύων. Ἐσχημάτισται δὲ ὁ λόγος, οἱονεὶ πληττομένοις τε ἤδη, καὶ αἰκιζομένοις ἐπιφωνοῦντος Θεοῦ, καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας τρόπον κατονειδίζοντος. Τὸ δὲ *ἐπιδεῖν* ἐστι τὸ ἐπιγελᾶσαί τε καὶ ἐφησθῆναι κάμνουσιν ἀδελφοῖς, καὶ θυμηδίας ἀφορμὴν τὰς τῶν ἑτέρων ποιεῖσθαι συμφορὰς, καίτοι τῆς θείας λεγούσης Γραφῆς, μὴ δεῖν ὅλως ἐπιμειδιᾷν τοῖς κάμνου-

VI. Idumæorum scelera iterato recenset, eosque sævos, et ab omni sensu misericordiæ remotos ostendit. Ita porro formata est oratio, quasi Deus jam ferientibus et indigna designantibus acclamet, et genus peccati exprobret. Illud ἐπιδεῖν positum est pro ἐπιγελᾶσαι, καὶ ἐφησθῆναι κάμνουσιν ἀδελφοῖς, « super fratribus afflictis ridere, et lætari, » et calamitates aliorum voluptatis suæ materiam argumentumque facere, cum Scriptura calamitosos irrideri serio

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vetet [10]. Verbis illis, « Et ne læteris super, » et quæ sequuntur, iterum Idumæorum crimina pronuntur, eorumque inhumanitas et immanitas, eaque erga fratres, declaratur. Ne enim, inquit, quemadmodum Assyrii, tu quoque juxta portas **360** festines neutiquam opem et auxilium ceu fratribus apportans, sed devastaturus illos potius. Ne per contemptum Synagogam, seu congregationem interire patiare: neque jam antea graviter pressos malis, tu magis oneres. Ne fugientibus esto laqueus, exitus custodiens, et tendiculas instruens, ut ob vacuitatem amoris tui, nemo saluti consulere queat, etiamsi hostilem gladium evaserit. Ubique sermo propheticus Idumæorum inhumanitatem accusat, ut vicissim divinum judicium, jure talium scelerum reis ad pœnam vocatis, sanctum, et nulli reprehensioni affine appareat.

σιν. Ἐν δὲ τῷ, « Μὴ ἐπιχαρῇς δὲ, » καὶ τοῖς λοιποῖς, ἀπαριθμεῖ δὴ πάλιν τὰ τοῦ Ἰδουμαίου ἐγκλήματα σκληρὸν καὶ ἀφιλοικτίρμονα γεγονότα δεικνύων, καὶ τοῦτο εἰς ἀδελφούς. Μὴ γὰρ δὴ, φησὶν, ἐν ἴσῳ τοῖς Ἀσσυρίοις εἶσω καὶ αὐτὸς ἐπείγου πυλῶν, οὐ χεῖρα τὴν ἐπαμύνουσαν εἰσφέρων, ὡς ἀδελφοῖς, καταδηώσων δὲ μᾶλλον. Μὴ ἐπίδῃς Συναγωγὴν ἀθλίως ὀλοθρευομένην· μήτε μὴν ἐπιφορτίσῃς τοῖς πρὸ σοῦ σφόδρα κατηχθημένοις. Μήτε μὴν τοῖς φεύγουσιν ἔσο πάγη, τηρῶν τὰς διαβολὰς, καὶ βρόχους ἱστὰς, ὡς ἂν μηδεὶς ἀνασώζοιτο ταῖς σαῖς ἐναλοὺς ἀφιλοστοργίαις, κἂν εἰ τὸ τῶν δυσμενῶν διαδράσῃ ξίφος. Πανταχῇ δὲ ὁ λόγος τῆς Ἰδουμαίων ἀπανθρωπίας κατηγορεῖ, ἵνα δὴ πάλιν δσιόν τε καὶ ἀνεπίληπτον τὸ θεῖον ὁρῷτο κρίμα, κολαζομένων ἐν δίκῃ τῶν ἐκεῖνα πεπλημμεληκότων.

Ubique sermo propheticus Idumæorum inhumanitatem accusat, ut vicissim divinum judicium, jure talium scelerum reis ad pœnam vocatis, sanctum, et nulli reprehensioni affine appareat.

Vers. 15-17. *Quia juxta dies Domini super omnes gentes. Sicut fecisti, sic erit tibi. Retributio tua reddetur in caput tuum. Quia quemadmodum bibisti super montem sanctum meum, bibent omnes gentes vinum. Bibent, et descendent, et erunt sicut non exsistentes. In monte autem Sion erit salus, et erit sanctum.*

Διότι ἐγγὺς ἡμέρα Κυρίου ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Ὃν τρόπον ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι. Τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται ἐπὶ κεφαλήν σου. Διότι ὃν τρόπον ἔπιες ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, πίονται πάντα τὰ ἔθνη οἶνον. Πίονται, καὶ καταβήσονται, καὶ ἔσονται καθὼς οὐχ ὑπάρχοντες. Ἐν δὲ τῷ ὄρει Σιὼν ἔσται ἡ σωτηρία, καὶ ἔσται ἅγιον.

VII. Denuo tempus belli prædicit quo cum Idumæis consociatæ gentes finitimæ in valle Josaphat acerbas dabunt pœnas. Ipsam vero diem vocat Domini : Deus quippe erat, qui Israelitis in eos sceleratos et injuriosos tradidit. Justo autem judicio supplicium luituros affirmat, cum dicit : « Sicut fecisti, sic erit tibi. » Natura enim ita comparatum est, ut par quisque recipiat, et æqualis omnino merces rependatur iis quæ ab unoquoque commissa fuerint. Illis verbis, « quemadmodum bibisti, » indicatur, ut puto, mos victorum, qui de victis insolenter gloriabantur, festos dies cum compotationibus agebant, atque etiam voces lætas de parta victoria jactabant, et ut ebrii se gerebant. Sicut ergo irrisisti, inquit, et Israelitis insultasti bibens et choros ducens, et fratrum calamitates festæ celebritatis occasionem faciens, ita bibent et insultabunt tibi omnes gentes, « et descendent contra te, » hoc est, regionem tuam incursabunt. Tu autem reputaberis in iis quæ non sunt. Sic enim peribis, ut deinceps ne exstitisse quidem unquam videaris. Montem Sion autem divinitus inspirata Scriptura Ecclesiam nominat. Vere enim excelsa et speculatrix est. Præterea sancta, siquidem domus et urbs Dei sanctissimi est.

Ζ'. Προαναφωνεῖ πάλιν τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, καθ' ὃν ἐν κοιλάδι τῇ τοῦ Ἰωσαφὰτ συναγηγερμένα τοῖς Ἰδουμαίοις ὁμοῦ τὰ πρόσοικα τῶν ἐθνῶν πικρὰς ἐξήτηνται δίκας. Ἡμέραν δὲ αὐτὴν ὀνομάζει Κυρίου. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ παραδιδοὺς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τοὺς ἀνοσίως ἠδικηκότας. Ὅτι δὲ ὁσίῳ κρίματι κολασθήσονται, διατρανοῖ λέγων· « Ὃν τρόπον ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι. » Ταλανεύει γὰρ ἑκάστου φύσις τὰ ἑκάστου πταίσματα, καὶ ἰσοπαλῆ πάντως ἀντεπάγει τὴν δίκην, οἷς ἂν ἕκαστος ἀλοὺς πεπλημμεληκώς. Ἐν δὲ τῷ, « ὃν τρόπον ἔπιες, » ἔθος που τάχα τοῖς κρατήσασι τῶν ἐχθρῶν, καταλαζονεύεσθαι μὲν τῶν κεκρατημένων, ἑορτὰς δὲ καὶ πότους ἐπιτελεῖν, καὶ δὴ καὶ ἐπινικίους καταλαλάζειν φωνὰς καὶ τὰ μέθης ἔργα πληροῦν. Ὡς οὖν ἐπετώθασας, φησὶ, καὶ κατεσκίρτησας τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, πίνων τε καὶ κατορχούμενος, καὶ πανηγύρεως ἀφορμὴν τὰς τῶν ἀδελφῶν ποιούμενος συμφορὰς, οὕτω πίονται καὶ κατορχήσονταί σου πάντα τὰ ἔθνη· « καὶ καταβήσονται μὲν κατὰ σοῦ, » τουτέστι, τῆς σῆς καταδραμοῦνται χώρας. Καταλογισθήσῃ δὲ αὐτὸς ἐν τοῖς οὐχ ὑπάρχουσιν. Ὀλοθρευθήσῃ γὰρ οὕτως, ὡς δοκεῖν ἤδη πως μηδ' ὑπάρξαι ποτέ. Ὄρος δὲ Σιὼν τὴν Ἐκκλησίαν ἡ θεόπνευστος ὀνομάζει Γραφὴ· ὑψηλὴ γὰρ ὄντως, καὶ σκοπεύτρια ἀληθῶς. Ἅγια δὲ πρὸς τούτοις, εἴπερ ἐστὶν οἶκός τε καὶ πόλις τοῦ ὑπεραγίου Θεοῦ.

Vers. 18, 19. **361** *Et possidebit domus Jacob eos qui possederunt se. Et erit domus Jacob ignis, et domus Joseph flamma, et domus Esau in stipulam; et succendentur in eos, et devorabunt eos. Et non erit ignifer domui Esau, quia Dominus*

Καὶ κατακληρονομήσουσιν ὁ οἶκος Ἰακὼβ τοὺς κληρονομήσαντας αὐτούς. Καὶ ἔσται ὁ οἶκος Ἰακὼβ πῦρ, καὶ ὁ οἶκος Ἰωσὴφ φλόξ· ὁ δὲ οἶκος Ἡσαῦ εἰς καλάμην· καὶ ἐκκαυθήσονται εἰς αὐτοὺς, καὶ καταφάγονται αὐτούς. Καὶ οὐκ ἔσται

[10] Eccli. VII, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

πυρφόρος τῷ οἴκῳ Ἡσαῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Καὶ κατακληρονομήσουσιν οἱ ἐν Ἀγὲβ τὸ ὄρος τὸ Ἡσαῦ, καὶ οἱ ἐν τῇ Σεφηλᾷ τοὺς ἀλλοφύλους. Καὶ κατακληρονομήσουσιν τὸ ὄρος τὸ Ἐφραΐμ, καὶ τὸ πεδίον Σαμαρείας, καὶ τὴν Βενιαμίν, καὶ τὴν Γαλααδῖτιν.

A *loculus est. Et possidebunt qui in austro montem Esau, et qui in campestri alienigenos. Et possidebunt montem Ephraim, et campum Samariæ, et Benjamin, et Galaad.*

Η'. Ὤήθη μὲν ἀπόπληκτος Ἰδουμαῖος κλῆρον ἕξειν τὸν οἶκον Ἰακώβ, τουτέστι, τοὺς ἐκ σπέρματος Ἰακώβ, καὶ δὴ καὶ κατεμερίζετο τὴν γῆν, συγκαταδηώσας αὐτήν. Ἀλλ' ἔσται, φησὶ, τὸ χρῆμα αὐτοῖς ἀδοκήτως ἀντεστραμμένον. Κλῆρος γὰρ ἔσονται τῶν ἐξ Ἰακώβ· δαπανηθήσονται δὲ οὕτως, ὡς ἂν ἐκ φλογὸς καλάμη. Ἔσται γὰρ πῦρ ὁ οἶκος Ἰακώβ, φλογὸς δὲ δυνάμεσι παραχωρήσειεν ἂν οὐδεμιᾶς ὁ οἶκος Ἰωσήφ. Καταβρωθήσονται δὴ οὖν εἰσάπαν, ὡς ἕνα πυρφόρον μὴ ἂν εὑρεῖν δύνασθαί τινας ἐξ ὁλοκλήρου φυλῆς, ἢ ἔθνους. Ἔοικε δὲ ὁ λόγος ἀκολούθως τῇ τροπῇ « πυρφόρον » εἰπεῖν, πῦρ γὰρ ὠνόμασε τὸν οἶκον Ἰακώβ, φλόγα δὲ τὸν Ἰωσήφ. Καὶ οἶκος μὲν Ἰακὼβ νοοῖτ' ἂν εἰκότως, οἱ ἐξ Ἰούδα, καὶ Βενιαμίν, οἶκοί γε μὴν Ἰωσὴφ οἱ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, τουτέστιν, αἱ δέκα φυλαί, ὧν οἱ βασιλεῖς ἐκ τῶν Ἐφραΐμ γεγόνασι κατὰ καιροὺς, Μανασσῆς δὲ καὶ Ἐφραΐμ ἦστην ἐξ Ἰωσήφ. Ἐν δὲ τῷ « κατακληρονομήσουσιν οἱ ἐν Ἀγὲβ, » [τοῦτο σημαίνεται]. Ὅτε τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφέντες κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων ἦεσαν οἱ Βαβυλώνιοι, κατεξαναστάντος αὐτοῖς εἰς μάχην τοῦ Ναβουχοδονόσορ, συμβέβηκεν ἀναγκαίως ἅπασαν μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων καταδηωθῆναι χώραν, ἐνεχθῆναι δὲ λοιπὸν εἰς τοῦτο ταλαιπωρίας, ὡς εἰς ἐρήμωσιν κατασταθῆναι παντελῆ, καὶ τῶν ἐνοικούντων ὁρᾶσθαι γυμνήν. Ἐπειδὴ δὲ Θεοῦ κατοικτείροντος, καὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας ἀνιέντος βρόχων, ἀνεκομίσθησαν πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῶν, τοσοῦτον αὐτοὺς κατευρυνθήσεσθαι λέγει, καὶ εἰς πολύανδρον πληθὺν ἐπιδοῦναι, ὡς καὶ τὰς τῶν ὁμόρων ἐθνῶν κατανεμηθῆναι χώρας, στενοχωρουμένης κατὰ τὸ εἰκὸς τῆς Ἰουδαίας. Εὐλογίας δὲ τοῦτο τῆς παρὰ Θεοῦ σημεῖον ἂν γένοιτο μάλα σαφές. « Οἱ γὰρ ἐν τῇ Ἀγὲβ, » φησὶ, τουτέστιν, οἱ πρὸς νότον, νότος γὰρ ἡ Ἀγὲβ ἑρμηνεύεται, « κλῆρον ποιήσονται τὸ ὄρος τὸ Ἡσαῦ, » τουτέστι, τὴν Ἰδουμαίαν. Νοτίαν γὰρ οὖσαν αὐτὴν, κατανεμήσονται πάντως ὡς γείτονα, καὶ ὅμορον οἱ τὰ νότια τῆς Ἰουδαίας κατῳκηκότες. « Οἱ δὲ ἐν τῇ Σεφηλᾷ, » τουτέστιν, οἱ ἐν τῇ πεδινῇ· μοῖρα δὲ καὶ αὕτη τῆς Ἰουδαίων χώρας βορειοτέρα που πάντως, « κληρονομήσουσι τοὺς ἀλλοφύλους. » Λέγει δὲ τοὺς Φιλιστιεὶμ, ἤτοι Παλαιστηνούς. Καθέξουσι δὲ οὐδὲν ἧττον τὸ ὄρος τοῦ Ἐφραΐμ, τὴν Σαμάρειαν, τὴν Βενιαμίν, τὴν Γαλααδῖτιν. Κλῆροι δὲ οὗτοι ταῖς τοῦ Ἰσραὴλ φυλαῖς ἐννεμηθέντες κατὰ καιροὺς, στρατηγοῦντος Ἰησοῦ τοῦ μετὰ Μωσέα. Ἐπειδὴ δὲ ἠρήμωνται διὰ χειρὸς Ἀσσυρίων καὶ πρὶν ἀφικέσθαι τὸν Ναβουχοδονόσορ, ὑπὸ τῶν Φούα καὶ Σαλμανασὰρ βασιλέων, ταύτητοι καὶ αὐτὰς κατοικηθήσεσθαι λέγει καὶ τὴν πάλαι συμβᾶσαν διαφυγεῖν ἐρημίαν.

VIII. Ratus est insipiens Idumæus possessurum se domum Jacob, hoc est progeniem Jacob: quin etiam partiebatur terram cum eam una cum Chaldæis vastasset. Verum res illis improviso in contrarium convertetur, inquit. Possidebuntur siquidem a domo Jacob, et ita consumentur, ut a flamma calamus, seu stipula. Erit namque ignis domus Jacob, domus autem Joseph nullius flammæ viribus cedet. Penitus itaque B devorabuntur, ut in tota tribu, sive gente, ignifer unus inveniri nequeat. Videtur autem apposite ad hunc tropum « ignifer » appellari; domum enim Jacob ignem, domum Joseph flammam nominavit. Ac domus quidem Jacob non absurde, qui sunt ex Juda et Benjamin intelligi possint; domus vero Joseph Samaritæ, hoc est, decem tribus quarum reges aliquando Ephraimitæ fuerunt; Manasses autem et Ephraim ex Joseph nati sunt. In illo, « et possidebunt qui in austro, » hoc significatur: Quando Babylonii, patria sua relicta, Hierosolyma invadebant, insurgente in prælium adversus eos Nabuchodonosor, universam provinciam Judæorum vastari oportuit, eoque miseriarum devolvi, ut ad perfectam solitudinem redigeretur et ab incolis C deserta appareret. Ubi autem Deus miseratus captivitatis laqueos dissolverit, et in patriam redierint, adeo ipsos dilatatum iri dicit, et in tantam multitudinem evasuros, ut vicinarum quoque gentium regiones possideant, nimis angusta, ut par est, Idumæa. Cujus benedictionis a Deo signum minime dubium fuerit. « Qui enim in Ageb, » inquit (hoc est, qui ad austrum: Ageb quippe hoc sonat), « possidebunt montem Esau, » hoc est, Idumæam. Cum namque australis **362** sit, omnino ut vicinam et confinem possidebunt qui australem Judææ partem habitabunt. « Qui autem in Sephela, » hoc est, in campestri, quæ et ipsa Judææ pars est, magis ad aquilonem pertinens, « alienigenas possidebunt. » Quo verbo Philistiim, sive Palæstinos, in- D dicat. Nihilominus montem Ephraim, Samariam et Benjamin, et Galaaditin obtinebunt, quæ olim tribubus Israeliticis in sortem distributæ fuerunt, cum Josue, successor Moysis illarum dux esset. Postquam autem per Assyrios etiam ante adventum Nabuchodonosoris devastati fuerunt, a Phua et Salmanasar regibus videlicet, idcirco ipsas quoque inhabitatum iri et veterem solitudinem effugituras prænuntiat.

Καὶ τῆς μετοικεσίας ἡ ἀρχὴ αὕτη τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, γῆ τῶν Χαναναίων ἕως Σαρεπτῶν, καὶ μετοικεσία Ἱερουσαλὶμ ἕως Ἐφραθά. Καὶ κλη-

Vers. 20, 21. *Et transmigrationis principatus iste filiis Israel, terra Chananæorum usque ad Sarepta, et transmigratio Jerusalem usque ad Ephrata.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Et possidebit civitates ad austrum. Et ascendent salvi ex monte Sion, ut puniant montem Esau, et erit Domino regnum.

IX. Transmigrationem hoc loco Israelitas nominat, id est, ex tota Judæa in Babylonem traductos. Principatum autem eorum fore ait, sortem ac possessionem sub manu et potestate ipsorum futuram ; velut si quis principatum alicujus et imperium sub ipso principe et imperantis esse dicat. Erit igitur, inquit, quondam translatis principatus et sors terra Chananæorum. Intelligit autem Arabiam, « et usque Sarepta, » quæ est Sidoniæ, ut per hoc Phœniciam intelligas. Extendetur autem, inquit, « usque Ephratham, » sive, ut alii interpretes ediderunt, « usque ad Bosphorum, » hoc est, ad orientales partes, austrum maxime respicientes. Subjugabunt autem, inquit, sibi et civitates Ageb, hoc est, austri. Quibus verbis India videtur significari. Sunt enim Indi et eorum regiones imprimis australes. Perindeque est ac si dicat forte, omnia quæ ad austrum, quæque ad boream, quæque ad orientem, quæque ad occidentem spectant, eorum plena erunt, et quamvis simpliciter urbem regionemque possidebunt. Illo, « et ascendent viri, » in summam colligit quodammodo prophetiæ scopum. Incolæ enim Sion, inquit, servati a Deo, et qui perruperunt vincula servitutis, olim ascendent, et facient vindictam in nomen Esau. Bellarunt enim, ut dixi, **363** contra Idumæos post tempora captivitatis, et regnavit super eos universitatis Deus, tametsi eos pridem rejecerat, et a Judæa propter apostasiam recesserat. Servierant enim vitulis et buculis aureis. Miseratus deinde et reconciliatus iterum regnavit super eos.

A *ροκομήσουσι τὰς πόλεις τοῦ Ἀγέβ. Καὶ ἀναβήσονται ἀνασωζόμενοι ἐξ ὄρους Σιὼν τοῦ ἐκδικῆσαι τὸ ὄρος τὸ Ἡσαῦ, καὶ ἔσται τῷ Κυρίῳ ἡ βασιλεία.*

Θ'. Μετοικεσίαν ἐνθάδε φησὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἤγουν τῆς Ἰουδαίας ἁπάσης εἰς Βαβυλῶνα μετῳκισμένους. Ἀρχὴν δὲ αὐτῶν ἔσεσθαί φησι τὸν ὑπὸ χεῖρά τε καὶ ἐξουσίαν ἐσόμενον κλῆρον· οἷον ὡς εἴ τις ἐπ' ἄρχοντος λέγει τὴν τοῦ δεῖνος τυχὸν ἀρχήν. Ἔσται τοίνυν, φησὶ, τοῖς πάλαι μετῳκισμένοις ἀρχή τε καὶ κλῆρος ἡ γῆ τῶν Χαναναίων. Φησὶ δὲ τὴν Ἀραβίαν, « καὶ ἕως Σαρεπτῶν, » ἥτις ἐστὶ τῆς Σιδωνίας, ἵνα διὰ τούτου Φοινίκων ἐννοῇς. Παρεκταθήσεται δὲ, φησὶ, « καὶ ἕως Ἐφραθὰ, » ἤγουν ὡς ἐκδέδοται παρὰ τῶν ἑτέρων ἑρμηνευτῶν, « καὶ μέχρι B Βοσπόρου, » ὅ ἐστι, τὰ νοτιώτατα τῇ ἕῳ μέρη. Ποιήσονται δὲ, φησὶν, ὑφ' αὑτοῖς καὶ τὰς πόλεις τοῦ Ἀγὲβ, τουτέστι, τοῦ νότου. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων ἡμῖν ὁ λόγος τὰ Ἰνδικὰ κατασημαίνεσθαι. Νοτιώτατοι γὰρ οἱ Ἰνδοὶ, καὶ αἱ τούτων χῶραι. Ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι τυχὸν, πάντα αὐτῶν ἔσται πλήρη, τὰ πρὸς νότον, τὰ πρὸς βορρᾶν, τὰ πρὸς ἕω, τὰ πρὸς δύσιν, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς καθέξουσι πόλιν τε καὶ χώραν. Ἐν δὲ τῷ, « καὶ ἀναβήσονται ἄνδρες, » ἀνακεφαλαιοῦται τρόπον τινὰ τῆς προφητείας τὸν σκοπόν. Οἱ γὰρ τῆς Σιὼν οἰκήτορες, φησὶν, ἀνασεσωσμένοι παρὰ Θεοῦ, καὶ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας διαῤῥήξαντες δεσμὰ, κατὰ καιροὺς ἀναβήσονται, καὶ ποιήσουσιν ἐκδίκησιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Ἡσαῦ. Πεπολεμήκασι γὰρ, ὡς ἔφην, πρὸς Ἰδουμαίους μετὰ τοὺς τῆς αἰχμαλωσίας καιροὺς, καὶ βεβασίλευκεν ἐπ' αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καίτοι πάλαι τὸ χρῆμα παρωθούμενος, καὶ τῆς Ἰουδαίας ἀποφοιτῶν διὰ τὴν ἀπόστασιν. Λελατρεύκασι γὰρ μόσχοις, καὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς. Ἐπειδὴ δὲ κατηλέησεν, εἰσεδέξατο πάλιν, καὶ βεβασίλευκεν ἐπ' αὐτούς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΙΩΝΑΝ.

S. P. N. CYRILLI

ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

COMMENTARIUS IN JONAM PROPHETAM.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Α'. Ὁ θεσπέσιος Ἰωνᾶς πατρὸς μὲν ἐξέφυ τοῦ Ἀμαθὶ, ὥρμητό γε μὴν ἐκ Γὲθ Χιβέρ· πολίχνιον δὲ τοῦτο τῆς Ἰουδαίων γῆς ἤτοι κώμη, κατά γε τὸν εἰκότα λόγον. Ἔοικε δὲ τοὺς τῆς προφητείας πεποιῆσθαι λόγους κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ Ὡσηέ τέ φημι καὶ Ἀμὼς, καὶ Μιχαίας, καὶ οἱ λοιποί. Πλεῖστα δὲ ὅσα τοῖς Ἰουδαίων δήμοις κατίδοι τις ἂν αὐτὸν κεχρησμῳδηκότα, καὶ τοὺς ἔνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ διαπορθμεύσαντα λόγους, καὶ τὰ ἐσόμενα σαφῶς προαπηγγελκότα. Ἔγγραφος μὲν οὖν τῆς παρ' αὐτοῦ προφητείας λόγος ἕτερος οὐδεὶς παρὰ τοῦτόν ἐστιν. Ὅτι δὲ διατετέλεκε ταῖς Ἰουδαίων ἀγέλαις τὰ κατὰ καιροὺς ἐσόμενα προαναφωνῶν, μεμαρτύρηκεν ἡ θεόπνευστος Γραφή. Ἐν γὰρ τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν ποιεῖται μὲν τοὺς λόγους τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν περὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ, οὐχὶ δὴ τοῦ πρώτου, καὶ ἐν ἀρχῇ, ὃς ἦν τοῦ Ναβὰτ, « ὃς καὶ ἐξήμαρτε τὸν Ἰσραὴλ, » καθὰ γέγραπται, δαμάλεσι δηλονότι ταῖς χρυσαῖς προσκυνεῖν ἀναπείσας· ἀλλ' ἑτέρου πάλιν Ἱεροβοὰμ μετὰ πολλοὺς γεγονότος, ὃς ἦν τοῦ Ἰωάς. Τίνα δὲ προανήγγειλεν ὁ Ἰωνᾶς, ἄκουσον· « Οὗτος ἀπέστησε τὸ ὅριον Ἰσραὴλ ἀπὸ εἰσόδου Αἰμάθ, ἕως τῆς θαλάσσης τῆς Ἀραβᾶ, κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ, ὃ ἐλάλησεν ἐν χειρὶ Ἰωνᾶ, ὅτι ἀπεῖδε Κύριος ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν Ἰσραὴλ, καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ χειρὸς Ἱεροβοὰμ, » τουτέστι, διὰ χειρός· Ἱεροβοὰμ γὰρ ὁ τοῦ Ἰωνᾶς πεπολέμηκε πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ πόλεις διηρπασμένας τῆς Ἰουδαίων γῆς ὑφ' ἑαυτὸν πεποίηται πάλιν, καὶ βεβοήθηκεν οὐ

A

364 PROŒMIUM.

I. Divinus Jonas patre quidem natus est Amathi, oriundus autem ex Geth in Chopher, quod fuit oppidulum Judææ, seu vicus, ut fertur, et est credibile. Videtur autem munere vaticinandi functus eo tempore, quo et antecessores ejus, Oseas, inquam, Amos, Michæas, et cæteri. Et scire licet plurima sane oracula edidisse Judæorum tribubus, cœlestesque ac Dei voces sæpius apportasse, et futura sane prænuntiasse, quanquam scriptus ejus prophetiæ sermo præter hunc nullus exstat. Perrexisse autem populis Judæis aliquando eventura prædicere, divina Scriptura testatur. Nam in quarto Regum sacræ Litteræ verba faciunt de Jeroboam rege, non de primo illo, quique fuit a principio, filio B Nabat, « qui peccare fecit Israel [17], » ut **365** scriptum est, cum nimirum eidem persuasit ut vitulos aureos adoraret; sed de altero ei cognomine, qui post multos demum regnavit. Quæ autem eventura cecinerit Jonas, audi : « Hic restituit terminum Israel, ab introitu Æmath usque ad mare solitudinis, juxta verbum Domini Dei Israel, quod locutus est in manu servi sui Jonæ filii Amathi, prophetæ; quia vidit Dominus humilitatem Israel, et salvavit eos in manu Jeroboam [18], » hoc est, per manum Jeroboam; siquidem filius Joas bellum cum alienigenis gessit, et urbes Judææ ereptas recuperavit, nec mediocriter Israelitis commodavit, Deo protegente, quanquam ad sortem calamitatis omnium acerbissime devoluti essent. Quamobrem

[17] IV Reg. XIII, 11. [18] IV Reg. XIV, 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quodam tempore et alios Jonæ propheticos fuisse sermones constat. Quæ autem illi contigerunt commode, et provida ratione conscripta sunt. Memorabile certe quomodo scilicet prædicaverit Ninivitis [19], et quæ interim passus sit. Adumbrat autem quodammodo et Salvatoris nostri œconomiæ mysterium, sicut et ipsemet Christus Judæis loquens affirmat. Quare in iis quæ sancto Jonæ acciderunt, Christi mysterium nobis ut imago exprimitur et figuratur. Cæterum illud lectorem monendum duxi. Quando ad spiritualem considerationem sermo informatur, Christi persona quæ repræsentetur proposita et assumpta, prudentem ac peritum necesse est circumspicere, quænam consequenter tanquam ad scopum propositum inutilia, et quæ rursus utilia et necessaria, et majorem in modum auditoribus conducibilia sint. Exemplum sit Moyses ille beatus, qui Deo Israelem commendabat sub monte Sina, eratque sequester, seu mediator Dei atque hominum. Timentes quippe Israelitæ rogabant dicentes: « Loquere, tu, nobis; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur [20]. » Quam rem conciliationem per Christum futuram typo quodam præmonstrasse ipse Deus et Pater docuit his verbis : « Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de fratribus eorum sicut te [21], » mediatorem videlicet, et advocatum generis humani apud Deum, et universis mortalibus Dei Patris ineffabile consilium annuntiantem. « Ponam enim verba mea in ore ejus, et loquar ad eos omnia quæ mandavero ei [22]. » Ad typum igitur Christi gerendum divinus Moyses assumptus est; non tamen omnia Moysis **366** Christo etiam attribuemus, ne quid indecorum facere ac dicere deprehendamur. Confitebatur enim Moyses, se tenui voce et lingua tardiorem, et ad hanc legationem ineptum esse, et alium deligi orabat. Atqui Christus tardus lingua non est, nec voce tenui, sicut ille; sed est ipse magna tuba, quo illum nomine Isaias appellavit. « Et erit: in die illa clangent tuba magna [23]. » Ubique enim annuntiata sunt verba Salvatoris, et audierunt illa quotquot sub sole degunt. Id quod præneoscens David, ait : « Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram ab ortu solis usque ad occasum [24]. » Mediatorem igitur Moyses ait ut typus Christi, sed in eo quod impeditioris est linguæ, typi rationem non habet. Aaron quoque ad præmonstrandum Emmanuelem delectus est, summi sacerdotii circumdatus ornamentis, et in Sancta sanctorum ingrediens, et stolam illam gloriosam atque admirabilem indutus [25]. Tamen non omnia illius Christo applicabimus. Non enim culpa vacabat penitus. Reprehensus enim aliquando fuit, quando semel cum Maria de Moyse detraxit [26]. Nec alioqui extra crimen erat, cum Israelitis in solitudine vitulum conflasset [27]. Non igitur singula quæ scriptis et typis insunt, ad spirituales consi-

μετρίως τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ Θεοῦ προασπίζοντος, καὶ διασώζειν ἐθέλοντος, καίτοι πρὸς λῆξιν ἥκοντας τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ταλαιπωρίας. Οὐκοῦν γεγόνασι μὲν καὶ ἕτεροι προφητείας λόγοι κατὰ καιροὺς τοῦ Ἰωνᾶ, ἀναγέγραπται δὲ τὰ περὶ αὐτοῦ χρησίμως τε καὶ οἰκονομικῶς. Ἀξιάκουστον γὰρ τὸ χρῆμα, τὸ διακηρύξαι φημὶ Νινευίταις, καὶ παθεῖν μεταξύ. Καταγράφει δέ πως ἐν σκιαῖς, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας τὸ μυστήριον, ὡς αὐτὸς ἔφη Χριστὸς Ἰουδαίοις προσλαλῶν. Οὐκοῦν ἐξεικονίζεται μὲν καὶ διαπλάττεταί πως ἡμῖν ὡς ἔν γε τοῖς κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἰωνᾶν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Πλὴν ἐκεῖνο τοῖς ἐντευξομένοις εἰπεῖν οἰήσομαι δεῖν. Ὅτε θεωρίας πνευματικῆς διαμορφοῦται λόγος, προκειμένου προσώπου, καὶ παραληφθέντος εἰς ὑποτύπωσιν Χριστοῦ, δοκιμάζειν ἀναγκαῖον τὸν σοφόν τε καὶ ἐπιστήμονα, τίνα μὲν ἀκόλουθον ὡς ἄχρηστα ποιεῖσθαι τῷ προκειμένῳ σκοπῷ, τίνα δὴ αὖ χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα, καὶ ὠφελεῖν ὅτι μάλιστα πεφυκότα τοὺς ἀκροωμένους, οἷον φέρε εἰπεῖν. Προκείσθω Μωσῆς ὁ μακάριος, ὃς παρέστησε μὲν τὸν Ἰσραὴλ τῷ Θεῷ ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, γέγονε δὲ μεσίτης Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων. Δεδιότες γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἐλιπάρουν λέγοντες· « Λάλει σὺ πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, μή ποτε ἀποθάνωμεν. » Ἀλλ' ὅτι τὸ χρῆμα τὴν διὰ Χριστοῦ μεσιτείαν προανετύπου σαφῶς αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ οὕτω λέγων· « Ὀρθῶς πάντα ἐλάλησαν. Προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ὥσπερ σέ, » μεσιτεύοντα δηλονότι, καὶ παριστάντα τῷ Θεῷ τὸ ἀνθρώπινον γένος καὶ ἀπαγγέλλοντα τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀπόῤῥητον βούλησιν. « Θήσω γὰρ τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λαλήσω αὐτοῖς κατὰ πάντα ὅσα ἐντείλωμαι αὐτῷ. » Παρελήφθη δὴ οὖν ὁ θεσπέσιος Μωσῆς εἰς τύπον Χριστοῦ, ἀλλ' οὐ πάντα τὰ Μωσέως καὶ αὐτῷ προσάψομεν, ἵνα μή τι τῶν ἀτόπων δρῶντές τε ὁμοῦ, καὶ λέγοντες ἀλισκοίμεθα. Ὁμολόγει μὲν γὰρ ὁ Μωσῆς, ὅτι τε ἰσχνόφωνος εἴη, καὶ βραδύγλωσσος, καὶ ἀνικάνως ἔχων πρὸς ἀποστολὴν, καὶ ἐδέετο ἄλλον προχειρισθῆναι. Ἀλλ' οὐ βράδύγλωσσος ὁ Χριστὸς, οὔτε μὴν ἰσχνόφωνος κατ' ἐκεῖνον, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸς ἡ μεγάλη σάλπιγξ. Οὕτω γὰρ αὐτὸν Ἡσαΐας ὠνόμαζε, λέγων· « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ. » Περιαγγέλλεται γὰρ τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, καὶ ἀκουστὸς γέγονε τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ἔφη Δαβίδ· « Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. » Οὐκοῦν μεσιτεύει μὲν ὁ Μωσῆς εἰς τύπον Χριστοῦ, βραδυστομεῖ δὲ οὐκ ἔτι τὸν τύπον δεικνύων ἐν ἑαυτῷ. Παρελήφθη πάλιν ὁ Ἀαρὼν εἰς ὑποτύπωσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, τοῖς τῆς ἀρχιεροσύνης κατεστεμμένος αὐχήμασι, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰστρέχων, καὶ στολὴν ἐκείνην ἀμφιεσάμενος τὴν εὐκλεᾶ τε καὶ ἀξιάγαστον. Ἀλλ' οὐ πάντα πάλιν τὰ αὐτοῦ Χριστῷ παραθήσομεν. Οὐ γὰρ ἦν ἀμώμητος

[19] Matth. XII, 41. [20] Exod. XX, 19. [21] Deut. XVIII, 17, 18. [22] ibid. [23] Isa. XXVII, 13. [24] Psal. XLIX, 1. [25] Exod. XXVIII, passim. [26] Num. XII, 1. [27] Exod. XXXII, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παντελῶς. Ἐπετιμᾶτο γάρ ποτε, καταλαλήσας Μωσέως ὁμοῦ τῇ Μαρίᾳ. Ἦν δὲ καὶ ἑτέρως οὐκ ἀνεύθυνος, μεμοσχοποιηκότος κατὰ τὴν ἔρημον τοῦ Ἰσραήλ. Οὐ πάντα δὴ οὖν τὰ ὡς ἐν γράμμασί τε καὶ τύποις ταῖς πνευματικαῖς θεωρίαις χρήσιμα, ἀλλ' εἰ πρόσωπον φέροιτό τινος ἀνατυποῦντος ἡμῖν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν Χριστὸν, παριππεύσομεν εἰκότως τὰ ἀνθρώπινα, μόνοις δὲ τοῖς ἀναγκαίοις ἐφιζήσομεν, πανταχῇ περιτρέποντες τὸ ὠφελεῖν πεφυκὸς εἰς τὸν τοῦ προκειμένου σκοπόν. Οὕτω γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωνᾶ συνήσομεν. Διαμορφοῖ γὰρ ὥσπερ ἡμῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Πλὴν οὐ πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτῶν νοοῖτ' ἂν εἰς τοῦτο χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα. Οἷον ἀπεστάλη κηρύξαι τοῖς Νινευίταις, ἀλλ' ἐζήτησε φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ κατοκνήσας ὁρᾶται πρὸς ἀποστολήν. Ἀπέσταλται καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ Πατὴρ Υἱὸς διακηρύξων τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐκ ἀπρόθυμος ἦν εἰς διακονίαν, οὔτε μὴν ἐζήτησε φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Παρεκάλει τοὺς ἐμπλέοντας ὁ προφήτης λέγων· « Ἄρατέ με, καὶ ἐμβάλλετε εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ κοπάσει ἡ θάλασσα ἀφ' ὑμῶν. » Κατεπόθη καὶ ὑπὸ τοῦ κήτους, εἶτα ἐξεδόθη τριήμερος. Καὶ μετὰ τοῦτο ἀπῆλθεν εἰς Νινευὶ, καὶ πεπλήρωκε τὴν διακονίαν. Λελύπηται δὲ οὐ μετρίως κατοικτείραντος Θεοῦ τοὺς ὑπὸ τῆς Νινευί. Ὑπέστη καὶ ὁ Χριστὸς ἐκὼν τὸν θάνατον· ἔμεινεν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, ἀνέβιω τε αὖ, καὶ μετὰ τοῦτο ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ πρὸς τὰ ἔθνη κηρύγματος ἐκέλευε ποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν. Πλὴν οὐ λελύπηται σωζομένους ὁρῶν εἰς μετάγνωσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰωνᾶς. Οὐκοῦν εἰ μὴ πάντα τῆς ἱστορίας τὸν λόγον εἰς τὸν πνευματικῆς θεωρίας περιτρέψομεν σκοπὸν, αἰτιάσθω μηδείς. Ὥσπερ γὰρ αἱ μέλιτται λειμῶνάς τε καὶ ἄνθη περιίπτάμεναι τὸ χρήσιμον ἀεὶ συναγείρουσι πρὸς τὴν τῶν κηρίων κατασκευὴν, οὕτω καὶ ὁ σοφὸς ἐξηγητὴς τὴν ἁγίαν καὶ θεόπνευστον ἀνερευνώμενος μυστηρίων ἀεὶ συλλέγων, καὶ συντιθεὶς εὐφυᾶ τε καὶ Γραφὴν, τὸ τελοῦν εἰς διασάφησιν τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀνεπίπληκτον ἀποτελέσει λόγον.

derationes apta sunt; sed si persona afferatur alicujus imaginem quamdam Christi nobis subjicientis, humana merito præteribimus, solisque necessariis immorabimur, undique conquirentes quæ ad scopum rei propositæ conducere possint. Eodem modo in Jona res se habet. Christi namque mysterium nobis forma quadam ante oculos ponit. Verumtamen non omnia quæ illi contigerunt ad hoc accommodata et necessaria intelligi queant. Verbi gratia, missus est prædicare Ninivitis, fugere tamen a facie Dei conatus est, et cernitur ad legationem tergiversari. Missus est etiam a Deo et Patre Filius prædicaturus gentibus, ad quod ministerium se impigrum et alacrem præbuit, nec fugere quæsivit a facie Dei. Hortabatur vectores propheta his verbis : « Tollite me, et mittite in mare, et quiescet mare a vobis [28]. » Et a ceto absorptus, deinde redditus est die tertio [29]. Postmodum abiit Niniven, et munus impositum explevit. Cepit autem dolorem non modicum, ubi Deus Ninivitarum misertus est. Christus etiam volens mortem sustinuit, mansitque in corde **367** terræ dies tres et noctes totidem [30], et revixit, ac deinde in Galilæam se contulit, promulgandique Evangelii inter gentes initium facere jussit [31]. At vero cum propter pœnitentiam salvatos cerneret, non, quemadmodum Jonas nimirum, tristitiam concepit. Quod cum ita sit, si non secundum omnia historiæ hujus sermonem ad spiritualis considerationis finem torqueamus, nemo nobis vitio ascribat. Sicut enim apes prata et flores circumvolitantes ad mellificium utile semper colligunt, ita sapiens explanator, sanctam et a Deo inspiratam Scripturam perscrutans, quod ad declarationem Christi mysteriorum facit semper colligens et componens, doctrinam commodam satis et inculpabilem conficiet.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ἰωνᾶν, τὸν Ἀμαθὶ, λέγων· Ἀνάστηθι, καὶ πορεύθητι εἰς Νινευὶ τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, καὶ κήρυξον ἐν αὐτῇ, ὅτι ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρός με.

A persequente. Nam cum possent in statu felici consistere, perfruique bonis omnibus, si Christum colerent, eum respuentes, multimodis peccaverunt, increduli, contumeliosi, et quid non improbe dicentes facientesque? Itaque nullo persequente, nos ipsos persequamur, et malorum insanabilium animabus nostris auctores facti, ne inique universorum datorem Deum accusemus, sed nos ipsos potius, si quidquam bonæ mentis et judicii habemus.

Πνεῦμα ἔστησε ψεῦδος. Ἐστάλαξέν σοι εἰς οἶνον, καὶ εἰς μέθυσμα.

VERS. 11. *Spiritus statuit mendacium. Stillavit tibi in vinum et in ebrietatem.*

ΚΖ'. Τοῖς τῶν εἰδώλων τεμένεσι προσιζήσαντές τινες τῶν ἐν Σαμαρείᾳ κατεμαντεύοντο πολυτρόπως, καὶ τῶν ἐσομένων ἀκριβῆ τὴν κατάληψιν ἔχειν ὑποπλαττόμενοι, τὰ θυμήρη καὶ φίλα τοῖς προσιοῦσιν ἀπήγγελλον, ψυχρὰ καὶ ἀπόπτυστα ζητοῦντες λήμματα, καὶ ὀλίγων ὀβολῶν, ἢ κλάσματος ἄρτου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ψευδῆ πωλοῦντες ῥήματα. Τοῦτο δὴ μάλιστα κατέφθειρέ τε καὶ ἀπολώλεκε τὸν Ἰσραήλ. Φησὶ οὖν, ὅτι πνεῦμα πονηρὸν ὡς παγίδα τῷ Ἐφραΐμ ἔστησε ψεῦδος, καὶ ὥσπερ τι τῶν δηλητηρίων φαρμάκων ἐνεστάλαξαν οἴνῳ τὴν δαιμονιώδη πλάνησιν, καὶ ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αἰσχίστων εὐκαίροις ἀφορμαῖς μονονουχὶ καταμεθύοντα δέδειχεν αὐτόν.

XXVII. Idolorum fanis quidam Samaritanorum assidentes, vaticinabantur multimodis, et futurorum plenam cognitionem se habere fingentes, grata et jucunda accedentibus nuntiabant, lucella et aversanda lucra quærentes, paucisque obolis, aut fragmento panis, ut scriptum est[48], mendacia vendentes. Hoc potissimum corrupit ac perdidit Israel. Ait igitur, spiritum malignum **414** Ephraimo tanquam laqueum posuisse mendacium, et tanquam venenatorum pharmacorum quidpiam instillasse vino, seductionem dæmoniacam, et ad quidvis turpissimum commodis occasionibus quasi ebrium reddidisse.

Ἐνεστάλαξε δὲ καὶ τοῖς Φαρισαίοις ὁ πονηρὸς δράκων, ὁ ἀποστάτης τὴν ἐπὶ Χριστῷ ψευδοδοξίαν, καὶ ἔκτοπον πλάνησιν. Ποτὲ μὲν γὰρ ἔφασκον· « Εἰ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ Σάββατον· » ποτὲ δὲ καὶ Σαμαρείτην, καὶ μέν τοι καὶ πάροινον ἀποκαλεῖν ἀπετόλμων. Καὶ εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, « Ὡς οὐδεὶς λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦ, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ, » πῶς οὐ ταλαίπωρον ἰδεῖν, ὅτι δὴ μάλιστα παρ' αὐτοῖς πνεῦμα ἔστησε τὸ ψεῦδος; Κατεστάλαξε δὲ καὶ εἰς νοῦν αὐτῶν καὶ καρδίαν, τὴν διὰ πλανήσεως λήθην αὐτοῦ, ἐφ' ἧς δικαίως καὶ ἀπολώλασι, θηριοπρεπῶς ἐπιθρώσκοντες παντὶ θράσει, καὶ δυσφημίᾳ μαχόμενοι.

Instillavit autem etiam Pharisæis malignus et apostata draco falsam opinionem et absurdum errorem de Christo. Aliquando enim dicebant : « Si hic homo esset a Deo, non solveret Sabbatum[49]. » Aliquando et Samaritanum, et vinolentum vocare audebant. Et, si verum est : « Neminem dicere anathema Jesu, nisi in Beelzebub[47], » quomodo non miserum est videre, apud eos potissimum spiritum statuisse mendacium? Instillavit etiam in mentem et cor eorum ejus oblivionem, per errorem quo eos decepit, in qua et juste perierunt, ut feræ bestiæ irruentes, et summa audacia, ac maledicentia belligerantes.

Καὶ ἔσται σοι ἐκ τῆς σταγόνος τοῦ λαοῦ τούτου. Συναγόμενος συναχθήσεται Ἰακώβ. Σὺν πᾶσιν ἐκδεχόμενος ἐκδέξομαι αὐτοὺς, τοὺς καταλοίπους τοῦ οἴκου Ἰσραήλ. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ θήσομαι τὴν ἀποστροφὴν αὐτῶν.

VERS. 12. *Et erit tibi de stilla populi hujus. Congregatus congregabitur Jacob. Cum omnibus exspectans exspectabo ipsos reliquos domus Israel. In idipsum ponam aversionem eorum.*

ΚΗ'. Κατὰ βραχὺ πρὸς αὔξησιν ἰόντα τὰ φαῦλα, καὶ ἐν ὀλίγοις ἀνθήσαντα τὴν ἀρχὴν, καταδράττεταί πως ἀεὶ καὶ τῶν ἔτι πλειόνων, ἐπέκεινά τε τῶν ἐν ἀρχαῖς ἐκτείνεται μέτρων. Ἴδοι δ' ἂν τις ἀτρεκὲς ὃ λέγω, τὰ συμβεβηκότα τῷ Ἐφραΐμ εἴπερ νοεῖν ἔλοιτο λεπτῶς. Πρῶτος μὲν γὰρ Ἱεροβοὰμ, καί τινες τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ τὰς δαμάλεις τοῖς τεμένεσιν ἐνιδρύσαντες, προσκεκυνήκασιν αὐταῖς, καὶ τῶν ἀνοσίων ψευδομάντεων, ἤγουν ψευδοπροφητῶν προσεσχήκασι λόγοις. Εἶτα διέρποντος τοῦ κακοῦ, καὶ ἀεὶ τοῖς πρώτοις προστιθέντος ἕτερα, συνήχθη λοιπὸν, καὶ συνεδεδράμηκεν ὅλως εἰς ἕνα σκοπὸν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ πλημμελήματι κάτοχος ἦν, καὶ οὐκ ἀνὰ μέρος τι, παμπληθεὶ δὲ μᾶλλον καὶ ὁλοτρόπως. Οὐκοῦν ἀπὸ τῆς

XXVIII. Mala sensim aucta et principio in paucis pullulantia serpunt, semperque proxima quæque corripiunt, et ultra primos terminos proferuntur. Quod ex eventis Ephraim verum esse quispiam animadvertat, si rem apud se considerare exactius voluerit. Primus enim Jeroboam, et nonnulli eadem mente et sententia prædili, vitulis per templa constitutis adorationem adhibuerunt, et impiis ac falsis vatibus, sive pseudoprophetis, auscultarunt. Postmodum, malo progrediente et prioribus semper alia addente, Israel ad unum scopum concurrens sese penitus aggregavit, et peccato non in parte aliqua, sed universe et omnimodis constringendum se tradidit. Itaque a stilla, inquit, quam ipsis stillabit mendaciloquorum prophetarum sermo

[48] Prov. xxiii, 1. [49] Joan. ix, 16. [47] I Cor. xii, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

(quamplurimi quippe apud Ephraim hanc consuetudinem habebant), congregabitur universus Jacob, hoc est, in unam sententiam adducetur, et morbus omnia occupabit. Ego vero ipsos ob hoc non sigillatim puniam, sed exspectare malo eos qui jam corruptis accesserint. Hoc enim sibi vult, « Exspectans exspectabo reliquos Israel. » Et tunc, tunc, inquam, simul ab omnibus avertar.

A σταγόνος, φησὶ, ἧς ἂν αὐτοῖς καταστάξειεν ὁ τῶν ψευδομάντεων ὁ λόγος, πλεῖστοι γὰρ ὅσοι παρὰ τῷ Ἐφραΐμ οἱ τοῦτο δρᾷν εἰωθότες, συναχθήσεται, φησὶ, σύμπας ὁ Ἰακὼβ, τουτέστιν, εἰς μίαν συνενεχθήσεται γνώμην, κατανεμηθήσεται δὲ ἅπαντα ἡ νόσος. Ἐγὼ δὲ αὐτοῖς οὐκ ἀνὰ μέρος ἐποίσω τὰς διὰ τοῦτο δίκας, περιμενῶ δὲ μᾶλλον τοὺς τοῖς ἤδη κατεφθαρμένοις ἐπενηνεγμένους. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Ἐκδεχόμενος ἐκδέξομαι τοὺς καταλοίπους τοῦ Ἰσραήλ. » Καὶ τότε δὴ, τότε μίαν ποιήσομαι τὴν κατὰ πάντων ἀποστροφήν.

415 Esto hoc etiam tolerantiæ Dei argumentum, non statim multantis, sed benigne procrastinantis, emendationemque et errantium conversionem exspectantis. Quæ si non sequatur, sed morbum potius augescere appareat, tum demum et cunctando avertitur. A quibus autem avertitur, eos omnino esse miseros oportet. Quare et divinus David psallit : « Ne avertas faciem tuam a me, et ne declines in ira a servo tuo [48]. » Sciendum porro Beelzebub falsam et sinistram de Christo opinionem Scribis et Pharisæis instillasse, et morbum quodammodo possedisse omnes, principumque fallaciis reliquam multitudinem inescatam. Quocirca et unam, damnationis videlicet et aversionis, sententiam subeuntes, pro delictorum gravitate pœnas dabunt.

Ἔνδειξις δὲ καὶ τοῦτο ἂν εἴη ἐνούσης ἀνεξικακίας Θεῷ, μὴ κολάζοντος εὐθὺς, ὑπερτιθεμένου δὲ χρηστῶς, καὶ τὴν ἐπανόρθωσιν περιμένοντος, καὶ τῶν πλανωμένων τὴν ἐπιστροφήν. Εἰ δὲ δὴ μὴ γένοιτο, φαίνοιτο δὲ μᾶλλον εἰς αὔξην ἰὸν τὸ ἀῤῥώστημα, τότε δὴ μάλιστα, καὶ ὀκνηρῶς ἀποστρέψεται. Ἕψεται δὲ πάντως ταῖς ἀποστροφαῖς τὸ χρῆναι ταλαιπωρεῖν, τοὺς τοῦτο παθόντας. Τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος ψάλλει Δαβίδ· « Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου. » Ἰστέον δὲ, ὅτι ἔσταξεν ὥσπερ τοῖς Γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις ὁ Βεελζεβοὺλ τὴν ἐπὶ Χριστῷ ψευδῆ καὶ ἀπαίσιον δόξαν, κατενεμήθη δὲ ὥσπερ καὶ ἅπαντας ἡ νόσος, καὶ συνδεδράμηκε ταῖς τῶν ἡγουμένων ἀπάταις ἡ ἑτέρα πληθύς. Τοιγάρτοι καὶ μίαν ὑπομεμενηκότες ψῆφον, τὴν εἰς κατάκρισιν λέγω, καὶ ἀποστροφὴν, ἰσοπαλεῖς τοῖς ἡμαρτημένοις ἀποτίσουσι δίκας.

B

Verse 13. *Sicut oves in tribulatione. Quasi grex in medio cubilis sui exsilient ex hominibus per diversionem ante faciem eorum. Diviserunt, et transiverunt portam, et exiverunt per eam. Et egressus est rex eorum ante faciem eorum, quia Dominus dux fuit eorum.*

Ὡς πρόβατα ἐν θλίψει. Ὡς ποίμνιον ἐν μέσῳ κοίτης αὐτοῦ ἐξαλοῦνται ἐξ ἀνθρώπων διὰ τῆς C *διακοπῆς πρὸ προσώπου αὐτῶν. Διέκοψαν, καὶ διῆλθον πύλην, καὶ ἐξῆλθον δι' αὐτῆς. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν πρὸ προσώπου αὐτῶν, ὅτι Κύριος ἡγήσατο αὐτῶν.*

XXIX. Consueverunt sancti prophetæ sæpenumero etiam videre quo pacto olim evenient quæ ab ipsis prænuntiantur, et ea quasi præsentia et reipsa intueri, quæ multis post temporibus patebunt. Ut beatus propheta Isaias, quæ Christo eventura essent enarrans, atque ad salutarem passionem euntem oculis ipsis propemodum aspiciens, « Sicut ovis ad occisionem ductus est, inquit, et sicut agnus coram tondente se obmutuit [49]. » Interrogat autem, quodammodo clavorum loca contemplans, et ait ad illum, fortasse Dominum nostrum Jesum Christum : « Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? » Respondet ipse : « Quibus plagatus sum in domo dilecti mei [50]. » Divinus autem Jeremias cum bellum urbi Hierosolymitanæ prædixisset, jamque magnam Judæorum multitudinem prostratam videret, prophetico spectaculo videlicet, ingemiscit et exclamat : « Heu mihi, quoniam defecit anima mea [51]! » Sic item beatus propheta Michæas futurum in civitatibus Samariæ tumultum, consternatosque jam complures, alios fugientes, murosque ac fossas transilientes, et ipsos hostium globos portas **416** perrumpentes, et cum ipsis ducibus se in-

Κθ'. Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις καὶ ἐν θεωρίαις αὐταῖς γίνεσθαι πολλάκις, τῶν ὡς ἔσονται κατὰ καιροὺς προαπηγγελμένων, μονονουχὶ δὲ παρόντα τε καὶ ἐνεργούμενα βλέπειν, τὰ καὶ πολλοῖς ὕστερον ὀφθησόμενα χρόνοις. Οἷον ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας τὰ περὶ Χριστοῦ διηγούμενος, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀποκομιζόμενον βλέπων ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. » Ἐρωτᾷ δὲ ὥσπερ τοὺς τῶν ἥλων τόπους καταθεώμενος, καί φησι πρὸς αὐτὸν, τάχα που τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν· « Τί αὗται αἱ πληγαὶ ἀνὰ μέσον τῶν χειρῶν σου; » Ὁ δὲ εἶπεν· « Ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου. » Ἱερεμίας γε μὴν ὁ θεσπέσιος τὸν ἐσόμενον κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ προαναφωνήσας πόλεμον, καὶ πληθὺν ἤδη τῶν Ἰουδαίων πολλὴν κειμένην ἰδὼν, ὡς ἐν θεωρίαις δὲ δηλονότι ταῖς προφητικαῖς, κατοιμώζει λέγων· « Οἴμοι ἐγὼ, ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου, ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις. » Οὕτω καὶ ὁ μακάριος προφήτης Μιχαίας, ἔοικέ πως, ὁρᾷ τὸν ἐν ταῖς πόλεσι τῆς Σαμαρείας ἐσόμενον θόρυβον, πτοουμένους τε ἤδη πολλοὺς, φεύγοντας δὲ ἑτέρους τείχη τε καὶ τάφρους ὑπερθέοντας, καὶ αὐτὰ τὰ τῶν πολε-

[48] Psal. LXXXVII, 15. [49] Isa. LIII, 7. [50] Zachar. XIII, 5, 6. [51] Jerem. IV, 31.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μίων στίφη διαῤῥηγνύντα μὲν πύλας, εἰσχεόμενα δὲ δι' αὐτῶν τοῖς κρατοῦσιν ὁμοῦ, μονονουχὶ Θεοῦ προασπίζοντος, καὶ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐπιθήγοντος, ὡς λελυπημένου. Οὐκοῦν οὕτω, φησὶ, καταπτοηθήσονται, ὡς ἂν εἰ καὶ πρόβατον ἐν θλίψει γένοιτο τυχὸν, ἦγουν ὅλον ποίμνιον, εἰ κοιτάζοιτο μὲν ἐν τόποις, εἶτά τινες βούλοιντο λαβεῖν, ἄνω τε καὶ κάτω πηδῶντα τὰ θρέμματα καταθεῷτό τις ἄν, καὶ εἴπερ ἂν γένοιτο διακοπὴ, δι' αὐτῆς ἰόντα. Οὕτω, φησὶ, κἀκεῖνοι, καθ' ὧν ἂν ἴοι τῶν Βαβυλωνίων ὁ πόλεμος. Διακόπτοντες δὲ καὶ πύλας, ὁρώντων αὐτῶν, ἤτοι πρὸ προσώπου αὐτῶν εἰσελεύσονται καὶ ἐξελεύσονται δι' αὐτῶν, τουτέστιν, ἀμογητὶ, καὶ δίχα φόβου παντὸς εἰσελεύσονται τὰς πόλεις, αὐτὸν ἔχοντες ἡγούμενον τὸν τῶν ὅλων Κύριον, ὅτι μὴ τῆς ἐκείνων ἰσχύος ἔργον ἦν τὸ κρατῆσαι τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ παραδόντος Θεοῦ. Ταῦτα συμφῆναί φαμεν, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπαρῳνηκόσι τὸν Ἐμμανουήλ. Πεπόρθηνται γὰρ αἱ παρ' αὐτῶν πόλεις τε καὶ κῶμαι Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου κρατούντων τότε, καὶ τὸν θεῖον ἐπ' αὐτοῖς πληρούντων θυμόν.

fundentes, tantum non Deo pro illis propugnante, et adversum Israelitas, ut exacerbato, eos acuente, quodammodo aspicere videtur. Itaque sic pavescent, velut si ovis forte in tribulatione esset, aut totus grex cubaret in locis suis; deinde quidam vellent eum abducere, sursum et deorsum exsilientes pecudes cerneret, et, si fieret divisio, si daretur transitus, per ipsam incedentes. Perinde, inquit, illi quibus arma Babylonii inferent. Dividentes autem portas, spectantibus ipsis, sive ante faciem eorum, ingredientur et egredientur per eas, hoc est, sine labore et sine timore omni ingredientur in urbes, ipsum universitatis Dominum ducem habentes, quoniam non eorum roboris opus erat Israelem subigere, sed permittentis, et eos tradentis Dei. Hoc contigisse autumamus etiam iis qui in Emmanuelem debacchati sunt. Vespasiano enim et Tito victoribus, divinæque in ipsos iræ morem gerentibus, eorum urbes ac vici devastati sunt.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Καὶ ἐρεῖ· Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, αἱ ἀρχαὶ οἴκου τοῦ Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραήλ. Οὐχ ὑμῖν ἐστι τὸ γνῶναι, τὸ κρῖμα; οἱ μισοῦντες τὰ καλὰ, καὶ ζητοῦντες τὰ πονηρὰ, ἁρπάζοντες τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὀστέων αὐτῶν; Ὃν τρόπον κατέφαγον τὰς σάρκας τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν ἐξέδειραν, καὶ τὰ ὀστέα αὐτῶν συνέθλασαν, καὶ ἐμέρισαν ὡς σάρκας εἰς λέβητας, καὶ ὡς κρέα εἰς χύτραν· οὕτως κεκράξονται πρὸς τὸν Κύριον, καὶ οὐκ εἰσακούσεται αὐτῶν· καὶ ἀποστρέψει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἀνθ' ὧν ἐπονηρεύσαντο ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν ἐπ' αὐτούς.

CAP. III.

VERS. 1-4. *Et dicet : Audite igitur hæc, principatus domus Jacob, et reliqui domus Israel. Nonne vobis est scire judicium, qui odistis bona, et quæritis mala, diripientes pelles eorum ab ipsis, et carnes eorum ab ossibus eorum? Sicut devoraverunt carnes populi mei, et pelles eorum ab ipsis excoriaverunt, et ossa eorum confregerunt, et diviserunt sicut carnes in lebetes, et sicut carnem in ollam : sic clamabunt ad Dominum, et non exaudiet eos, et avertet faciem suam ab eis in tempore illo, eo quod impie egerunt in adinventionibus suis super ipsos.*

Α'. Τοῖς πολεμοῦσι τὸν Ἰσραὴλ ἀνοιγνὺς τὰς πύλας, ὁ πάντα καταλεαίνων αὐτοῖς, καὶ τὰ δυσχερῆ καταστρέφων, ὡς ἂν δύναιντο λοιπὸν δι' εὐκαιρίας ἱέναι πολλῆς, καὶ ἀκονιτὶ καταδράττεσθαι τῶν ἀνθεστηκότων, ὁ ἡγούμενος αὐτῶν Κύριος αὐτός. « Καὶ ἐρεῖ τοῖς ἄρχουσι, καὶ τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ· » τὸ, Ἐρεῖ, τέθεικεν ἀντὶ τοῦ, προδιαλεχθήσεται. Καὶ τοῖς μὲν διέπουσι τὰς ἀρχὰς ἐγκαλεῖ τὸ ῥᾴθυμον, καὶ ὅτι τῶν ὑπὸ χεῖρα κατημεληκότες, ὀλέθροι γεγόνασι, καὶ φθόροι. Τοῖς γε μὴν ὑπεστραμμένοις, καὶ ταῖς τῶν κρατούντων δυστροπίαις ἡπατημένοις, οὕτω δίδωσι νοεῖν, ὅτι τῶν εἰς αὐτοὺς ἕνεκα πλημμελημάτων ἀπορῥίπτεται δίκη τοῖς ἡμαρτηκόσι. Κήδεται γὰρ καὶ τῶν πλανωμένων ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ κτίσας τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς καὶ « Προητοίμασεν, ὡς θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ἵνα καὶ περιπατῶμεν ἐν αὐτοῖς. » Τί τοίνυν; φησίν· « Οὐχ ὑμῖν ἐστι τὸ γνῶναι τὸ κρῖμα; » Κρῖμα δέ φησιν ἤτοι τὴν ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένην ὁσίαν τε καὶ ἀμώμητον ψῆφον, ἦγουν τὴν κρίσιν· πρέποι δ' ἂν ἐν τούτοις νοεῖσθαι τὴν τοῦ κρίματος εἴδησιν οὐχ ὡς ἐν μαθήσει μόνον; τί γὰρ ἂν τοῦτο τοῖς ἐκείνα πεπλημ-

XXX. Qui oppugnantibus Israelem portas reserat, et omnia illis complanat, et molesta tollit, ut de cætero multa commoditate procedere et citra laborem potiri resistentium queant, dux illorum est Dominus ipse. « Et dicet principibus, et reliquis populi. » Dicet, posuit pro, alloquetur. Et magistratus quidem gerentibus socordiam exprobrabit, quodque neglectis quos in ditione habebant, pestes et perditores eorum facti **417** sint. Subditos autem et principum perversitatibus seductos ita monet, propter peccata in ipsos admissa, supplicium reis immissum iri. Curat enim et errantes universorum opifex, qui condidit hominem propter opera bona, quæ, ut a divino Paulo scriptum est [81], « Præparavit Deus, ut ambulemus in eis. » Quid igitur? inquit, « Nonne vobis est scire judicium? » Judicium vocat, seu super ipsis latam justam inculpatamque sententiam; seu judicationem. Convenit autem in his intellig judicii notitiam, non cognitionis tantum: quid enim istud illorum peccatorum reis nocuisset? aut quomodo impietatem alligatis ægre fecisset? sed quatenus experiundo ipsi qui peccare solent pœnas futuras

[81] Ephes. II, 10.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

punitoribus persolventes, tunc demum et potestatis quam illi habent magnitudinem, et Dominicorum judiciorum vim cognoscere dicuntur. Necesse est igitur, inquit, vos potissimum per eventura discere judicium : vos, semper ad mala inclinatos, studium boni nullum capessentes; vos quæ mea sunt atrocem et sævum in modum invadentes, atque ab immanissimis feris nihil distantes, oves excoriantes, carnes dilacerantes, nihilque parcendo concidentes, et tanquam in ollis coquentes. Per hæc porro avaritiæ, inexplebilis cupiditatis et dominationis, seu tyrannidis, genus omne significat. Quoniam autem hæc fecerunt, et ipsi clamabunt, inquit; et neque inspectione mea illos dignabor : neque si clamaverint misericordiam implorantes, eam illis impertiam. Maligne enim subjectos et ipsi tractarunt, et omne genus improbitatis, acerbarumque et impiarum adinventionum molitionumque in eos exprompserunt.

Hæc eadem aptissime ad Scribas et Pharisæos transferas licet. Qui populorum duces, et gregum præfecti in gregarios simul, velut in oves, impotenter insiluerunt, in fideles Christi scilicet, quos tantum non excoriantes discerpserunt, et sanctos comederunt, immitibus bestiis nihil mitiores. Quamobrem etiam audierunt, per Isaiæ vocem ita loquente Deo : « Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis : et cum multiplicaveritis obsecrationem, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt [53]. »

418 VERS. 5. *Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent in dentibus suis, et prædicant super eos pacem, et non est data in ore eorum, excitaverunt super eum prælium.*

XXXI. Accusabat vehementer Israelitas, ut qui sponte se in exitium præcipitassent, et semetipsos in miserias ultro conjecissent, desidiaque et languore multo tenerentur. Addebat item graviter multatos, semper ipsos decipiente, et in fraudem impellente nequam et impuro dæmone. Sic autem aiebat : « Propinquate montibus æternis. Surge, et ambula, quoniam non est tibi hæc requies. Propter immunditiam corrupti estis corruptione. Fugistis nemine persequente. Spiritus statuit mendacium. Stillavit tibi in vinum et in ebrietatem [54]. » Hanc ob causam imperium in populum sortitos non leviter objurgavit. At nunc opportune ad prophetas et vates ipsorum sermonem dirigit, qui propemodum quæ a maligno immundoque dæmone habebant, in vinum ipsis instillabant, mendacia et imposturas videlicet. Sic jam quasi quadam ebrietate implicitos, a sanitate mentis deturbabant. Mordebant enim, nec parum lædebant, persuadentes servi onibus suis, cos

[53] Isa. I, 15. [54] Mich. II 10 11.

A μελησόσι διελυμήνατο; ἢ πῶς ἂν λελύπηκε τοὺς ἠσεβηκότας; ἀλλ' ὡς διὰ πείρας αὐτοὶ τῶν συμβησομένων ἀποτίνοντες τοῖς κολάζουσι δίκας, οἱ πλημμελεῖν εἰωθότες, τότε δὴ, τότε μανθάνειν λέγονται καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἐξουσίας τὸ ὑπερφερὲς, καὶ δεσποτικῶν κριμάτων τὴν δύναμιν. Ἔστι δὴ οὖν ἀναγκαῖον ἡμᾶς δὴ μάλιστα, φησὶ, διὰ τῶν συμβησομένων τὸ κρῖμα μαθεῖν· ὑμᾶς, τοὺς ἀεὶ μὲν τοῖς φαύλοις προσκεκλιμένους, ἀποσπουδάζοντας δὲ τὸ ἀγαθόν· ὑμᾶς τοὺς ἀγρίαν τινὰ, καὶ ἀνήμερον κατὰ τῶν ἐμῶν πραγμάτων ποιουμένους τὴν ἔφοδον, καὶ τοῖς τῶν θηρίων ἀπηνεστάτοις παραχωροῦντας οὐδὲν, τοὺς ἀποδέροντας μὲν τὰ πρόβατα, καταξαίνοντας δὲ τὰς σάρκας, καὶ καταμερίζοντας ἀφειδῶς, καὶ οἷον ἕψοντας διὰ χύτρας. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων πᾶν B εἶδος πλεονεξίας, ἁπληστίας τε καὶ δυναστείας. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα δεδράκασι, καὶ αὐτοὶ κεκράξονται, φησί· καὶ οὔτ' ἂν ἐποπτείας ἀξιώσαιμι τῆς παρ' ἐμαυτοῦ· οὔτ' ἂν εἰ κεκράξειαν αἰτοῦντες τὸν ἔλεον, ὑπεζευγμένων καὶ πᾶν εἶδος αὐτοῖς ἐπενηνόχασι ἐγχειρημάτων.

Ἐφαρμόσαι δ' ἄν τις τὰ τοιαῦτα καὶ μάλα εἰκότως τοῖς Γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις. Οἱ λαῶν ἡγούμενοι, καὶ ποιμνίων προεστηκότες, τοῖς ἀγελαίοις ὁμοῦ καθάπερ τισὶ προβάτοις, ἐπέθρωσκον ἀφειδῶς τοῖς πιστεύουσι εἰς Χριστὸν, μονονουχὶ δὲ καὶ ἐκδέροντες κατεμέριζον, καὶ κατεδηδόκασι τοὺς ἁγίους θηρῶν ἀγρίων διενεγκόντες οὐδέν. Τοιγάρτοι καὶ ἤκουον προαναφωνοῦντος Θεοῦ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Ὅταν C τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρὸς μὲ, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. »

Τάδε λέγει Κύριος ἐπὶ προφήτας, τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου, τοὺς δάκνοντας ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, καὶ κηρύσσοντας ἐπ' αὐτῶν εἰρήνην, καὶ οὐκ ἐδόθη εἰς τὸ στόμα αὐτῶν, ἡγειραν ἐπ' αὐτὸν πόλεμον.

ΛΑ'. Κατητιᾶτο λίαν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὡς ἑθελουσίων μὲν ἀνατλάντας ὄλεθρον, σφᾶς δὲ αὐτοὺς αὐτοκλήτως ἐνιέντας κακοῖς, καὶ πολὺ βλέποντας εἰς τὸ ῥᾴθυμον. Προσετίθει δὲ, ὅτι καὶ ἠδίκηται σφόδρα, τοῦ πονηροῦ, καὶ ἀκαθάρτου δαίμονος ἀεὶ φενακίζοντος, καὶ ἀπατῶντος αὐτούς. Ἔφη δὲ οὕτως· « Ἐγγίσατε ὄρεσιν D αἰωνίοις. Ἀνάστηθι, καὶ πορεύου, ὅτι οὐκ ἔστι σοι αὕτη ἀνάπαυσις. Ἕνεκεν ἀκαθαρσίας διεφθάρητε φθορᾷ. Κατεδιώχθητε, οὐδενὸς δώκοντος. Πνεῦμα ἔστησε ψεῦδος. Ἐστάλαξέ σοι εἰς οἶνον, καὶ μέθυσμα. » Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπέσκηψε μὲν οὐ μετρίως τοῖς καθηγεῖσθαι λαχοῦσι. Μεθίστησι δὲ νυνὶ χρησίμως τοὺς λόγους ἐπὶ τοὺς ὄντας παρ' αὐτοῖς ψευδοπροφήτας τε καὶ μάντεις, οἳ μονονουχὶ καὶ εἰς οἶνον αὐτοῖς κατεστάλαξαν, τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ τε καὶ ἀκαθάρτου δαίμονος, ψευδοεπείας δὲ δηλονότι, καὶ φενακισμοὺς, οὕτω τε λοιπὸν οἷά τινι μέθῃ περιβεβλημένους ἐξέστησαν λογισμοῦ τοῦ σώφρονος. Ἔδακνον μὲν γὰρ, καὶ οὐ μετρίως ἠδίκουν, ἀναπεί-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

θοντες τοῖς παρ' αὐτοῖς προσκεῖσθαι λόγοις, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τοῖς παρὰ Θεοῦ διὰ προφητῶν ἁγίων. Κατεψεύδοντο δὲ, λέγοντες, ὡς καταβιώσονται μὲν ἐν εἰρήνῃ, καὶ εὐημερίαις, παρενοχλήσει δὲ ὅλως τῶν ἀνιᾷν πεφυκότων οὐδέν. Ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ὁ οἷς τοῦτο λόγος οὐ παρὰ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἂν ἀκαθάρτοις ἐδόθη γλώτταις τὸ χρῆναι λαλεῖν τὰ οὕτω λαμπρά τε καὶ ἀξιόληπτα. Ἐπειδὴ δὲ ἀναπεπείκασι προσέχειν αὐτοῖς, ἤγειραν ἐπ' αὐτοὺς πόλεμον, οὐκ αὐτοὶ τοὺς Ἀσσυρίους εἰς τοῦτο διανιστῶντες ποθὲν, καταθήγοντες δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὁσίαν ὀργήν. Ὅτι γὰρ ἐκείνοις προσεσχήκασιν ἐπενήνεκται δικαίως καὶ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακά.

Ἔγκλημα δὴ τοῦτο τῶν ὅτι μάλιστα καὶ ἀληθῶν, καὶ πρεπωδεστάτων τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ Φαρισαίοις, οἷς ἡ ἀθλία τῶν Ἰουδαίων πληθὺς κατακολουθήσασα διώλωλέ τε καὶ κατεφθάρη· γέγονε γὰρ δυσσεβὴς, καὶ κυριοκτόνος.

Διὰ τοῦτο νὺξ ὑμῖν ἔσται ἐξ ὁράσεως, καὶ σκότος ὑμῖν ἔσται ἐκ μαντείας. Καὶ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας, καὶ συσκοτάσει ἐπ' αὐτοὺς ἡ ἡμέρα.

ΛΒ'. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἐσταλάξατε τὸ ψεῦδος εἰς οἶνον, καὶ μέθυσμα τῷ λαῷ, καὶ κατεδάκνετε μὲν ὡς θῆρες, εὐηγγελίζεσθε δὲ τὴν εἰρήνην, ψευδοεποῦντες αὐτῷ, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ἁλῶναι παρεσκευάσατε, ταύτητοι δικαίως νὺξ ἐφ' ὑμᾶς ἔσται, καὶ σκότος, καίτοι καὶ ὁρᾷν ὑποκρινομένους, καὶ ὥσπερ οἴεσθε κατὰ σφᾶς, ἀριστά τε καὶ ὀψευδῶς τὸ μαντεύεσθαι μεμελετηκότας. Δύσεται γὰρ ὑμῖν ὁ ἥλιος, καὶ αὐτὸ δὲ τῆς ἡμέρας συσκοτάσει τὸ φῶς. Καὶ οὐ δή πού φαμεν, ὡς συνέστειλεν ἀληθῶς ἐπ' αὐτοῖς ὁ ἥλιος τὰς αὐγὰς, ἤγουν τῆς ἠοῦς κατεσκοτίσθη τὸ φῶς, ἀλλ' ὅτι τῆς συμφορᾶς τὸ μέγεθος οἱονεὶ σκότος αὐτοῖς, καὶ νὺξ ἀφεγγὴς, καὶ ἡλιακῆς ἀκτῖνος κατάδυσις, καὶ φωτὸς συστολὴ, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων γενέσθαι συμβέβηκε. Τὰ γάρ τοι δεινὰ, καὶ ἐξαίσια τῶν κακῶν καταμεθύσκει τὸν νοῦν, καὶ καταθολοῖ τὴν καρδίαν, ἐμπίπλησι δὲ καὶ σκότους.

Φαίη δ' ἄν τις ἀληθῶς, ὅτι καὶ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις ἐμπαροινήσασι τῷ Χριστῷ κατέδυ λοιπὸν ὁ ἥλιος νοητῶς, οὐκέτι Θεοῦ καταλάμποντος, οὐκέτι τῆς νοητῆς ἡμέρας διαυγαζούσης αὐτοῖς, ἀλλ' οἷον νυκτὸς κατασκιδναμένης αὐτῶν τῆς πτώσεως. Πεπώρωνται γὰρ, ὡς ὁ Παῦλός φησι, « Καὶ ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. Φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. » Καὶ ὅτι ταῦτα συμβήσεται παθεῖν αὐτοῖς, προκαταμεμήνυκε λέγων αὐτοῖς ὁ Χριστός· « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ ἵνα μὴ σκότος ὑμᾶς καταλάβῃ. » Ἐπειδὴ δὲ τὸ θεῖον οὐ προσίεντο φῶς, τουτέστι, Χριστὸν, κατελήφθησαν ὑπὸ τῆς σκοτίας, καὶ νὺξ αὐτοῖς γέγονεν ἐξ ὁράσεως, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Τοῦτο δὲ αὐτὸ συμβήσεται καὶ τοῖς τῶν αἱρέσεων εὑρεταῖς, οἳ βλέπειν ὑποκρινόμενοι, διατεινόμενοί τε

A assentiri potius quam a Deo per sanctos prophetas profectis. Mentiebantur autem, dicentes, eos in pace et rebus secundis vitam traducturos, nec quidquam triste molestiam illis creaturum. Verum hic eorum sermo non manabat a Deo. Nec adeo splendida et acceptabilia proloqui linguis impuris concessum est. Quoniam vero eos ut sibi obtemperarent permoverunt, bellum in eosdem concitarunt : non quia ipsi Assyrios alicunde huc impulerint, sed quia justam in Israelitas iram Dei incenderunt. Quia namque illis aures dederunt, etiam cladibus bellicis merito cumulati sunt.

Hoc igitur crimen principibus sacerdotum et Pharisæis verissime et rectissime objectum est, quos B infelix Judæorum populus secutus, impius, et Domini sui interfector evasit, atque ita periit, et occidit.

VERS. 6. *Propterea nox vobis erit ex visione, et tenebræ vobis erunt ex divinatione. Et occumbet sol super prophetas, et contenebrescet super eos dies.*

XXXII. Quoniam enim, inquit, stillastis mendacium in vinum, et ebrietatem populo, **419** et momordistis ut feræ, et annuntiastis pacem mendacium illi loquentes, atque ita belli calamitatibus opportunum effecistis, idcirco jure nox superveniet vobis, et tenebræ, quamtumvis videntium personam induatis, et judicio vestro optime citraque mendacium vaticinari studeatis. Occidet enim vobis sol, et C ipsum dici lumen contenebrescet. Non quod revera sol super ipsis radios suos contraxerit, aut auroræ lumen obtenebratum sit : sed quod calamitatis acerbitas ipsis instar tenebrarum, et obscuræ noctis, et radii solaris occasus, et lucis contractio, et quid non hujuscemodi tandem fieri contigit. Dira enim et immensa mala mentem inebriant, et turbulentum reddunt cor, et tenebris implent.

At potest vere dici, Judæorum populo in Christum petulanter injurioso, solem intelligibili quadam ratione occubuisse, Deo non amplius illustrante; sed velut nocte peccati iis offusa. Excæcati sunt enim, D ut Paulus ait, « Et quando legitur Moses, velamen super cor eorum positum est [55]. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et obscuratum est insipiens cor eorum [56]. » Quos talia passuros Christus prædixit : « Dum lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ vos comprehendant [57]. » Quoniam autem divinum lumen, puta Christum, non admiserunt, comprehensi sunt a tenebris, et nox secundum prophetæ verbum ex visione illis facta est. Idipsum inventoribus hæresum eveniet, qui se videre simulantes, et Christi mysterium penetrare intelligentia posse asseverantes, mentiuntur miseri, fallaciarumque suarum detrimenta simpliciorum cordibus quo-

[55] II Cor. III, 23. [56] Rom. I, 22. [57] Joan. XII, 35.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dammodo instillant. Deinde ipsos a dogmatum veritate distrahunt. Erit igitur ipsis ex visione nox, et tenebræ, abibuntque in exteriores tenebras, cum peccaverint in fratres, et percusserint infirmam eorum conscientiam, « pro quibus Christus mortuus est [58]. »

νοεῖν δύνασθαι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ψευδοεποῦσιν οἱ δείλαιοι, καὶ τὰ ἐξ ἀπάτης βλάβη μονονουχὶ κατα· στάζουσι ταῖς τῶν ἁπλουστέρων καρδίαις. Εἶτα τῶν τῆς ἀληθείας αὐτοὺς ἀποφέρουσι δογμάτων. Ἔσται δὴ οὖν αὐτοῖς ἐξ ὁράσεως νὺξ, καὶ σκότος, κατοιχοί-σονται δὴ οὖν εἰς τὸ ἐξώτερον σκότος, ἁμαρτήσαντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν ἀσθενοῦσαν τὴν συνείδησιν, « ὑπὲρ ὧν Χριστὸς ἀπ-έθανε. »

Vers. 7. *Et confundentur qui vident somnia, et irridebuntur arioli, et obloquentur eis omnes, quia non est exaudiens eos.*

Καὶ καταισχυνθήσονται οἱ ἐρῶντες τὰ ἐνύπνια, καὶ καταγελασθήσονται οἱ μάντεις, καὶ καταλα-λήσουσι κατ' αὐτῶν πάντες αὐτοὶ, διότι οὐκ ἔσται ὁ ἐπακούων αὐτῶν.

XXXIII. Multam enim fore pacem vaticinabantur, et, frigidis quibusdam somniis familiares [420] rapientes, sic afficiebant, ut omnia sibi ad voluntatem fluxura, et quæ optarent omnino eventura crederent. Postquam autem eventum rerum cum eorum dictis pugnare compertum est, et prorsus contra quam speraverant accidit, necessario pro falsidicis, pro assentatoribus et impostoribus damnati sunt; quin etiam tantam ignominiæ labem contraxerunt, ut animum illis advertere nemo vellet. Quomodo enim, aut cur, cum bona quidem loquerentur, seductos autem in improvisam calamitatem, et a bonis speratis quam remotissimam conjicerent?

ΛΓ'. Οἱ μὲν γὰρ ἐμαντεύοντο τὴν εἰρήνην ὡς ἔσται πολλὴ, καὶ ψυχροῖς ὀνειρατίοις τοὺς προσιόν-τας αὐτοῖς συναρπάζοντες διακεῖσθαι παρεσκεύαζον, ὡς βαδιεῖται πάντα κατὰ νοῦν αὐτοῖς, καὶ κρατήσει τὰ ἐν εὐχαῖς. Ἐπειδὴ δὲ οἷς ἔφασκον ἡ πεῖρα μαχο-μένην ἔδειξε τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν, καὶ εἰς πᾶν αὐτοῖς τοὐναντίον τὰ τῆς ἐλπίδος ἐκβέβηκε, κατ-εγινώσκοντο λοιπὸν ἀναγκαίως, ὡς ψευδοπεῖς, ὡς βωμολόχοι τε καὶ φένακες· καὶ δὴ καὶ εἰς τοῦτο δυσκλείας κατώλισθον, ὡς μηδένα βούλεσθαι προσ-έχειν αὐτοῖς. Πῶς γὰρ, ἢ πόθεν, οἵ γε χρηστὰ μὲν ἐλάλουν, ἐμβεβλήκασι δὲ τοὺς ἠπατημένους εἰς ἀδόκητον συμφορὰν, καὶ τῶν ἐλπισθέντων ὡς ἀπω-τάτω;

Vers. 8. *Nisi ego implevero virtutem in spiritu Domini, et judicio, et potentia, ut annuntiem Jacob impietates suas, et Israel peccata sua.*

Ἐὰν μὴ ἐμπλήσω ἐγὼ ἰσχὺν ἐν πνεύματι Κυ-ρίου, καὶ κρίματος, καὶ δυναστείας, τοῦ ἀπαγ-γεῖλαι τῷ Ἰακὼβ ἀσεβείας αὐτοῦ, καὶ τῷ Ἰσραὴλ ἁμαρτίας αὐτοῦ.

XXXIV. Demonstrat penitus, penitusque mentiri oportere falsam prophetiæ opinionem habentes. Qui enim vera loquatur, qui in Deo, qui est veritas, non loquitur [59]? De Cain alicubi Christus ait: « Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia mendax est, sicut et pater ejus [60]. » Patrem dat illi, mendacii quoque inventorem, nempe Satanam. Ex diabolico autem spiritu, quæ ille suggerit loquentibus mentiendum esse, quinam dubitari potest? Qui vero per Deum loquuntur, illi non possunt non optime loqui, et vera dicere, quoniam in se veritatem habent. Inquit igitur, quomodo sermo quorumdam propheticus non sit mendacii ac deceptorius, si eum per spiritum meum potentia quadam, et justitia, sive judicio non implevero, ut intrepide et fidenter peccatoribus adversetur, eosque redarguat? Opus est enim, ut existimo, de divinis disserentibus audacia virili, eaque plurima. Reprehendunt enim nonnunquam populos totos, atque etiam reges, et vel opibus vel honoribus eminentes, qui potissimum rectoribus morum infesti sunt, et orationem utilitatem apportantium invisam reddunt. Delassati sunt beati prophetæ, imo pericula adierunt, et ira scelerata eorum quos erudiebant nonnunquam in se irritata, varie necati sunt. Flagellati sunt quoque divini discipuli. Nam pleni virtute, et judicio, et justitia in Christo, per fidem in Christum ad Deum Judæorum

ΛΔ'. Δείκνυσιν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ψευδο-επεῖν ἀναγκαῖον τοὺς κατάπλαστον ἔχοντας τὴν τῆς προφητείας δόξαν. Πῶς γὰρ ἀληθεύσειεν ὁ μὴ ἐν Θεῷ λαλῶν, ὅς ἐστιν ἀλήθεια; Περὶ μὲν γὰρ τοῦ Κάϊν ἔφη που Χριστός· « Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. » Πατέρα δίδωσιν αὐτῷ τὸν καὶ ψεῦδος ἐξευρηκότα, τουτέστι, τὸν Σα-τανᾶν. Ὅτι δὲ ἀνάγκη, τοὺς ἐκ διαβολικοῦ λαλοῦντας πνεύματος τὰ ἐκείνου λέγοντας ψεύδεσθαι, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν; Οἵ γε μὴν διὰ Θεοῦ, πάντη τε καὶ πάντως ἀριστοεποῦσί τε καὶ ἀληθεύουσιν· ἔχουσι γὰρ ἐν αὐτοῖς τὴν ἀλήθειαν. Οὐκοῦν πῶς ἂν γένοιτο, φη-σὶν, οὐ διεψευσμένος παρά τισι τῆς προφητείας ὁ λόγος, εἰ μὴ ἐμπλήσαιμι διὰ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, δυνάμεώς τινος καὶ δικαιοσύνης, ἤτοι κρίματος, ὥστε ἀδεῶς, καὶ τεθαρρηκότως κατεξανίστασθαι τῶν ἡμαρ-τηκότων, καὶ διελέγχειν αὐτούς; Δεῖ γάρ, οἶμαι, τοῖς λαλοῦσι τὰ περὶ Θεοῦ, πλείστης τε ὄσης καὶ ἀγαθῆς εὐτολμίας. Ἐλέγχουσι γὰρ ἔσθ' ὅτε δήμους τε ὅλους, καὶ μέν τοι καὶ βασιλεῖς, καὶ τοὺς ὄντας ἐν ὑπεροχαῖς, οἳ δὴ μάλιστα τοῖς ἐπανορθοῦν ἐθέλουσιν ἐπιτρίβουσι, καὶ οὐκ οἰστὸν ποιοῦνται τὸν τῶν ὠφε-λούντων λόγον. Κεκμήκασι γὰρ οἱ μακάριοι προφῆ-ται, μᾶλλον δὲ κεκινδυνεύκασι, καὶ ἀνῄρηνται πολυ-τρόπως ταῖς τῶν παιδαγωγουμένων ἀνοσίοις ὀργαῖς κατὰ καιροὺς περιπίπτοντες. Ἐμαστίζοντο δὲ καὶ

[58] 1 Cor. VIII, 11. [59] Joan. XIV, 10. [60] Joan. VIII, 44.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Πλήρεις γὰρ ὄντες δυνάμεως, καὶ κρίματος, καὶ δικαιοσύνης τῆς εἰς Χριστὸν, προσεκόμιζον τῷ Θεῷ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀγέλας. Ἀλλ' ἕχαιρον αἰκιζόμενοι, καὶ τρυφῶντες τῶν συνεδρίων ἐξῄεσαν, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀτιμασθῆναι. Ἴδεσαν ὅτι συμπεπονθότες Χριστῷ, καὶ συμβασιλεύσουσιν αὐτῷ.

A cœtus adducebant [61]. Verum cæsi gaudebant, et flagella in **421** deliciis numerantes, de concilio exibant, quandoquidem digni essent habiti pro nomine ejus contumeliam pati [62]. Sciebant, Christo compassos, etiam cum illo regnaturos.

Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, οἱ ἡγούμενοι οἴκου Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραήλ. Οἱ βδελυσσόμενοι κρῖμα, καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες. Οἱ οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασι, καὶ Ἰερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις.

Vers. 9, 10. *Audite hæc, duces domus Jacob, et reliqui domus Israel. Qui abominamini judicium, et omnia recta pervertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Jerusalem in iniquitatibus.*

ΛΕ'. Ἀγαθὸς ὢν λίαν ὁ Δημιουργὸς, εἶτα τῶν συμβησομένων αὐτοῖς τὸ μέγεθος οὐκ ἠγνοηκὼς, διὰ παντὸς ἔρχεται τρόπου, καὶ πᾶν εἶδος εἰσηγήσεώς τε καὶ ἀπειλῆς εἰσφέρει, εἰ τάχα πως ἂν ἀναπεισθεῖεν οἱ ἡμαρτηκότες, καὶ μετανοεῖν ἔλοιντο τὰ αἴσια μεταμανθάνοντες, καὶ κατορθοῦν ἠρημένοι, τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς ἀκονιτὶ δύνασθαι διαδράναι τὰ ἐξ ὀργῆς. Εἰδέναι γε μὴν ἀναγκαῖον τὸν φιλομαθῆ, καὶ φιλολογώτατον, ὅτι συνεχῆς μὲν τῶν προφητῶν ὁ λόγος ἐν βιβλίοις τε καὶ συγγραφεῦσι, γέγονε δὲ κατὰ καιροὺς καὶ ἀνὰ μέρος. Ὥστε κἂν εἰ φαίνοιντο ταυτοεποῦντες ἔσθ' ὅτε, ἀλλ' οὖν ἀκόλουθον ἐννοεῖν, ὡς οὐ καθ' ἕνα καιρὸν, ὡς ἔφην, οὔτε μὴν τοῖς αὐτοῖς, τοιάδε προσεφώνουν, μακρῶν δὲ πολλάκις παρεισβεβληκότων διαστημάτων, ἄλλοτε ἄλλοις, καὶ κατὰ καιρὸν προσελάλουν. Ἔδει γὰρ πάντα εἰδέναι τὰ συμβησόμενα, καὶ κοινῆς συμφορᾶς τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν γενέσθαι τὴν προαγόρευσιν. Πρὸς ὑμᾶς δὴ οὖν ὁ λόγος, φησὶ, τοὺς εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀφιγμένους ἐμβροντησίας, ὡς βδελύττεσθαι τὸ κρῖμα, τουτέστι, τὴν δικαιοσύνην, καὶ διεστραμμένον ἀποφαίνειν τὸν εἰς εὖδησιν ἀγαθὴν κατορθοῦντα νόμον. Πρὸς ὑμᾶς τοὺς οἰομένους τάχα που ταῖς μιαιφονίαις, καὶ ἀδίκοις αἵμασιν ἀνορθοῦν τὴν Σιὼν, καὶ εὐκλεᾶ, καὶ περίοπτον τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀποφαίνειν. Ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἐννοεῖν, ὅτι καταστρέφουσι μᾶλλον αὐτὴν, καίτοι τιθέμενοι πρὸς οἰκοδομὴν, καὶ εἰς ἐπανόρθωσιν, ἅτε δὴ καὶ τῶν ποιμνίων προεστηκότες, ἱερεῖς τε καὶ νομοφύλακες παρὰ Θεοῦ τεταγμένοι.

XXXV. Cum sit tam bonus ille opifex, et magnitudinem adversorum casuum qui illos oppressuri B sint non ignoret, omnes modos tentat, et omne genus admonitionis comminationisque usurpat, si forte persuadeantur qui peccarunt, et perceptis tandem melioribus agere pœnitentiam non recusent, et ea officia complectentur, per quæ illos citra difficultatem irrogandas ex ira Dei pœnas effugere posse consentaneum esset. Tenendum est porro discendi cupido, et litterarum amantissimo, continentem prophetarum sermonem in Bibliis et historicis sacris expositum, divisis temporibus et sigillatim esse habitum. Itaque etiamsi idem interdum loqui videantur, tamen ratio postulat intelligere, non uno tempore, sicut dixi, neque iisdem talia, sed sæpe, longis spatiis interpositis, alias aliis et C pro tempore elocutos. Omnia enim eventura scire conveniebat, communemque calamitatem omnibus per orbem mortalibus prænuntiari. Ad vos itaque sermo est, inquit, qui jam eo stuporis venistis, ut judicium, hoc est, justitiam detestemini, et legem ad scientiam bonam probe ducentem pervertatis. Ad vos, qui cædibus et sanguine per scelus effuso instaurari posse Sion, et Jerusalem inclytam et conspicuam reddi forsitan arbitramini. Sed æquius erat illos cogitare eversores fore potius, quanquam ad ædificationem et emendationem constitutos, velut nimirum et gregum præfectos, sacerdotesque, et custodes legum a Deo lectos.

Καθηρήκασι δὲ ἀληθῶς τὴν Σιὼν ἐν αἵμασιν. Ἀπεκτόνασι γὰρ τοὺς προφήτας, προσέθεσαν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, φημὶ δὴ τὸν Χριστόν. Οἰκοδόμοι γὰρ ὄντες τῆς Σιὼν, ἀπεδοκίμαζον αὐτόν· καίτοι Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἰδοὺ τίθημι εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον, » καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ἀλλ' ὡς ἔφην, οἱ τῆς Σιὼν οἰκοδόμοι τὸν ἐκλεκτὸν, καὶ ἔντιμον ἀπεδοκίμασαν λίθον. « Πλὴν εἰς κεφαλὴν τίθεται γωνίας. » Βεβασίλευκε γὰρ ἐθνῶν, καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς ὁ Χριστὸς, οὓς καὶ ἔκτισεν εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ ὥσπερ τινὰ γωνίαν συνείρων εἰς ὁμοψυχίαν ἐν πνεύματι. Γέγραπται γάρ· « Ὅτι τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν καρδία καὶ ψυχὴ μία. » Ἐπειδὴ δὲ σύμμορφοι γεγόνασι δι' ἁγιασμοῦ

Vere autem Sion in sanguinibus everterunt. Occiderunt enim prophetas, et universorum Domi- D num, Christum, inquam, illis addiderunt. Nam cum essent ædificatores Sion, ipsum reprobarunt; quanquam Deo aperte dixerit : « Ecce pono in fundamenta Sion lapidem electum, angularem, pretiosum [62], » et credens in eum non confundetur. Sed, ut dixi, ædificatores Sion electum et pretiosum lapidem reprobarunt. « At enim in caput anguli factus est [63]. » **422** Regnavit enim super gentes et circumcisos Christus, quos et in unum novum hominem condidit, faciens pacem per crucem, et quasi unum angulum in concordiam spiritus connectens. Scriptum est enim : « Quia multitudinis credentium cor erat unum et anima una [64]. » Quoniam autem per sanctificationem et fidem summe

[61] Act. v, 26 seqq.; xxii, 1 seqq. [62] Act. v, 41. [63] Isa. xxviii, 16. [64] Matth. xxi, 42. [65] Act. iv, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et pretiosissimo angulari lapidi conformes facti sunt, et bene et sapienter divinus Petrus scribit : « Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini domus spiritualis, in templum sanctum, in habitaculum Dei in Spiritu [66]. » Habitat enim Deus in cordibus credentium. Et de ipsis alicubi per os prophetæ dicit : « Inhabitabo in eis, et inambulabo, et ero eorum Deus, et ipsi erunt mihi populus [67]. »

VERS. 11-12. *Duces eorum cum muneribus judicabant, et sacerdotes eorum cum mercede respondebant, et prophetæ eorum cum argento divinabant, et super Dominum requiescebant, dicentes : Nonne Dominus in nobis est ? Non venient super nos mala. Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur, et Jerusalem ut pomorum custodia erit, et mons domus in nemus saltus.*

XXXVI. Exsecrandum negotium, et Deo omnium purissimo etiam atque etiam vehementerque exosum, judicium injustum, et acceptio munerum. Scriptum est enim : « Accipientis munera in similibus injuste, non prosperantur viæ [68]. » Adeo enim quidam a detestanda lucri cupiditate superati sunt, ut pervertere justitiam et venumdare veritatem pro nihilo ducant. Quemadmodum autem qui pulverem oculis accipiunt, facultate videndi imbecilliore utuntur : sic et qui in Christo mutilantur aut debilitantur, nihil vident : munera enim, juxta Scripturam, « Excæcant oculos sapientum, et pervertunt verba justorum [69]; » qui vero justitiam adulterant, in divinæ dignitatis sinceram elegantiam injuriosi reperiuntur. Solum quippe Deum decet judicium. Et hoc sciens beatus Moses ait : « Non accipies personam in judicio, quia Dei judicium est [70]. » Ast qui se ad inique judicandum exercet, antum non divinum et altissimum thronum invadit, et in ipsam ineffabilem glóriam se peccare sciat, quæ recte et juste judicare novit. Dei enim judicium est, ut dicebam. Ad hæc nefarium plane est, pietatem quæstus occasionem facere [71], et res divinas acquirendæ pecuniæ viam arbitrari. Video enim quemadmodum inaccusatos haud **423** prætereat prophetam, et sacerdotem, mercedem captantes, ut consulentibus renuntiari juberent, vellentne mercedem et munera afferre. Puto autem pseudoprophetarum, et non prorsus secundum legem, ac vere sacerdotio fungentium : sed qui solerent in tales honores callide irrepere, et gloriam istam pretio sibi comparare, mentionem hic denuo induci. Neque enim sanctus propheta, seu verus sacerdos, hujusmodi delictis animam suam obstringeret. Deinde cum sic peccarent, inquit, super Dominum requiescebant dicentes : « Nonne Dominus est in nobis ? Non venient super nos mala. » Erat quidem sine controversia in Israel omnium Dominus ; eruit ipsos e miseriis Ægyptiis, in terram promissionis

καὶ πίστεως τῷ ἀκρογωνιαίῳ καὶ ἐντιμοτάτῳ, καλῶς καὶ σοφῶς καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Πέτρος· « Καὶ ὑμεῖς ὡς λίθοι ἐποικοδομεῖσθε ζῶντες, οἶκος πνευματικὸς εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν Πνεύματι. » Κατῴκησε γὰρ ὁ Χριστὸς, ἐν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις. Καὶ περὶ αὐτῶν πού φησι διὰ προφήτου φωνῆς, ὅτι « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. »

Οἱ ἡγούμενοι αὐτῶν μετὰ δώρων ἔκρινον, καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῶν μετὰ μισθοῦ ἀπεκρίνοντο, καὶ οἱ προφῆται αὐτῶν μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο, καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπανεπαύοντο, λέγοντες· Οὐχὶ Κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν; Οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ἡμᾶς κακά. Διὰ τοῦτο δι' ὑμᾶς Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριασθήσεται, καὶ Ἰερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἔσται, καὶ τὸ ὄρος τοῦ οἴκου ὡς ἄλσος δρυμοῦ.

ΛΖ'. Βδελυρόν τι χρῆμα, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα κατεστυγημένων τῷ πανάγνῳ Θεῷ κρίσις ἄδικος, καὶ δωροδοκία. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Λαμβάνοντος δῶρα ἐν κόλποις ἀδίκως οὐ κατευοδοῦνται ὁδοί. » Ἥττηνται γὰρ ὧδέ τινες τῆς ἐπαράτου φιλοκερδίας, ὡς ἠγεῖσθαι παρ' οὐδὲν τὸ παρευθύνειν τὸ δίκαιον, καὶ πιπράσκειν τὴν ἀλήθειαν. Ὥσπερ δὲ κόνιν λαβόντες εἰς ὀφθαλμοὺς ἀτονοῦσαν ἔχουσι τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν, οὕτω κἀκεῖνοι τὴν εἰς Χριστὸν δεχόμενοι πήρωσιν, ὅτι τὰ γὰρ δῶρα « Ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καθὼς γέγραπται, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια· οἱ δὲ δὴ τὸ δίκαιον παρευθύνοντες, τῶν θείων ἀξιωμάτων τὸ εἰλικρινὲς ἀδικοῦσι κάλλος. Πρέπει γὰρ μόνῳ τὸ κρίνειν Θεῷ, καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ μακάριος ἔφη Μωσῆς· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστιν. » Ὁ δὲ κρίνειν ἄδικα μελετηκὼς, μονονουχὶ τῶν θείων, καὶ ὑπερτάτων ἅπτεται θρόνων, καὶ εἰς αὐτὴν ἵστω πεπλημμεληκὼς τὴν ἀπόῤῥητον δόξαν, ἣ κρίνειν οἶδεν ὀρθῶς, καὶ δικαίως. Θεοῦ γὰρ ἡ κρίσις, ὡς ἔφην. Πάνδεινον δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὸ κέρδους ἀφορμὴν ποιεῖσθαι τὴν εὐσέβειαν, καὶ πορισμὸν ἡγεῖσθαι τὰ παρὰ Θεοῦ. Ὁρῶ γὰρ ὅπως ἀκαταιτίατον οὐκ ἐᾷ προφήτην, καὶ ἱερέα μισθοφορεῖν ἐθέλοντα, ὡς τοῖς προσιοῦσιν ἀπαγγέλλεσθαι λέγειν, εἰ δὴ προσκομίζειν ἕλοιντο μισθούς τε καὶ δῶρα. Οἶμαι δὲ ὅτι ψευδοπροφητῶν ὁ λόγος διαμένηται πάλιν εἰς τὸ παρὸν, καὶ οὐχὶ πάντως ἱερουργούντων ἐκ νόμου, καὶ ἀληθινῶς, ἀλλ' οἷς ἦν ἔθος τὰς τοιάσδε τιμὰς ὑποτρέχειν, καὶ ὠνητὴν ἑαυτοῖς πεποιῆσθαι τὴν δόξαν. Οὐ γὰρ ἂν προφήτης ἅγιος, ἢ γοῦν ἱερεὺς ἀληθῶς, τοῖς τοιοῖσδε πταίσμασι τὴν ἰδίαν ἔνοχον καθίστη ψυχήν. Εἶτα, τοιαῦτα πλημμελοῦντες, φησὶν, ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπανεπαύοντο, λέγοντες· « Οὐχὶ Κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν; Οὐ μὴ ἐπέλθῃ κακὰ ἐφ' ἡμᾶς. » Ἦν μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἐν τῷ Ἰσραὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐξεῖλετο δὲ αὐτοὺς τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ταλαιπωρίας, εἰσκεκόμικεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, κρείττους, καὶ ἀλκιμωτέρους ἔδειξεν ἐχθρῶν. Ἀλλ'

[66] I Petr. II, 5. [67] Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16. [68] Prov. XVII, 23. [69] Deut. XVI, 19. [70] Deut. I, 7. [71] I Tim. VI, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔδει που πάντως ἐννοεῖν, ὅτι πλημμελοῦσι δεινῶς, καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐκτόποις κατεγνωσμένοις, οὐκ ἂν ἠνέσχετο συνεῖναι Θεός. Ἀσύμβατον γὰρ τῷ βεβήλῳ τὸ ἅγιον, καὶ ἀσυναφὲς τῷ ῥυποῦντι τὸ καθαρόν. Ὅτι τοίνυν μάταια πεφρονήκασιν, οἰηθέντες, ὅτι κἂν εἰ τῆς φαυλότητος εἶεν ἐργάται, κἂν δρᾷν ἕλοιντο τὰ παντὸς ἐπέκεινα κακοῦ, συνέσται πάλιν αὐτοῖς οὐδὲν ἧττον Θεὸς, ἐξ αὐτῶν ἐπιγνώσεσθαί φησι τῶν συμβησομένων. « Ἀροτριασθήσεται μὲν γὰρ ἡ Σιὼν, » ἔσται δὲ « ὡς ὀπωροφυλάκιον » ἡ διαβόητος Ἱερουσαλὴμ, τουτέστιν, ἠρημωμένη, καὶ κατεστραμμένη. Καὶ αὐτὸ δὲ « τὸ ὄρος τοῦ οἴκου, » τουτέστιν, ὁ ἐφ' ὑψηλοῦ γηλόφου νεὼς, « εἰς ἄλσος δρυμοῦ, » ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, θηρίων ἀγρίων ἐγκύλωμα, καὶ δρακόντων χειαί. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς δρυμοῖς κατοικοῦσιν οἱ θῆρες, καὶ τὰ τῶν ἑρπετῶν ἀτίθασσα γένη, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἠρημωμένοις τῶν τόπων, καὶ ἔνθαπερ πολλὰ λίαν φαίνοιντο τὰ συμπεπτωκότα.

Συμβέβηκε δὲ ταυτὶ τοῖς τῶν Ἰουδαίων δήμοις, ὅτι καὶ εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι τὸν Ἐμμανουήλ. Τότε γὰρ, τότε διολώλασι παντελῶς, καὶ λίθος οὐ μεμένηκεν ἐπὶ λίθῳ, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Ἀρόσιμος δὲ ἡ γῆ καὶ τοῖς γηπονοῦσιν ἐπιτηδεία δέδεικται λοιπὸν ἡ πάλαι σεπτὴ, καὶ ἀξιάγαστος Σιών. Πλὴν ἰστέον, ὅτι Θεὸς ἔσται καὶ ἐν ἡμῖν, οὐ πίστιν ἔχουσι μόνην, οὐδὲ οἷον ἐπ' αὐτὴν ἀναπαυομένοις διὰ τοῦτο, ἀλλ' εἰ προσγένοιτο τῇ πίστει καὶ τὸ ἐξ ἔργων εὐδοκιμεῖν. « Ἡ γὰρ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Συνθεόντων δὲ τῶν ἔργων τοῖς τῆς πίστεως ἀγαθοῖς, τότε δὴ, τότε καὶ συνέσται Θεὸς, καὶ ἀναῤῥώσει ῥᾳδίως, καὶ φίλους ἡγήσεται, καὶ ὡς γνησίους εὐφρανεῖ, καὶ παντὸς ἀπαλλάξει κακοῦ.

introduxit, hostibus potentiores ac fortiores ostendit. Cogitare nihilominus oportebat omnino, graviter peccantibus, et ob hujuscemodi nefanda facinora damnatis neutiquam adesse Deum. Inconvenions enim profano sanctum, et intactile sordenti quod purum est. Vanas igitur fuisse cogitationes ipsorum, quamvis cum improbitate commercium haberent, et supra modum nequam esse vellent, nihilominus Deum cum ipsis, ut ante, futurum, ex ipsis eventis cognituros inquit. « Arabitur enim Sion ; » erit autem « ut pomorum custodia » illa laudata Jerusalem, hoc est, desolata et diruta. Et ipse « mons domus, » hoc est, in sublimi colle templum, « in nemus saltus ; » perinde ac si dicat, ferarum agrestium latibula, et draconum speluncæ. Sicut enim in montibus et saltibus habitant belluæ, et serpentium fera genera, sic et in locis ad solitudinem redacti, et ubi multæ parietinæ visuntur.

Jam vero ista Judæorum genti acciderunt, quoniam ipsum quoque Emmanuelem injuriis divexarunt. Tunc enim revera funditus perierunt, nec lapis mansit super lapidem [71], juxta vocem Salvatoris. Et illa veneranda quondam atque admiranda Sion, terra arabilis et rusticationi idonea evasit. Verumtamen sciendum, Deum etiam in nobis fore, non fidem solam habentibus, nec velut in ipso propterea requiescentibus : sed si fidei bonorum quoque operum ornamenta copulaverimus. « Fides enim sine operibus mortua est, » ut scriptum exstat [72]. Operibus autem cum bonis fidei conspirantibus, tunc, tunc et Deus aderit, et facile nos refocillabit, et amicos ducet, et ut legitimos exhilarabit, et ab omni malo liberabit.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος οἴκου Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ σπεύσουσι πρὸς αὐτὸν λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἐπ' αὐτὸν ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ.

424 CAP. IV.

VERS. 1, 2. *Et erit in diebus novissimis manifestus mons domus Domini, præparatus super verticem montium, et elevabitur super colles, et festinabunt ad eum populi, et ibunt gentes multæ, et dicent : Venite, ascendamus in montem Domini, et in domum Dei Jacob, et ostendent nobis viam ejus, et ambulabimus in semitis ejus.*

ΑΖ'. Σαφὴς ἐν τούτοις ὁρᾶται λοιπὸν τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἡ προαγόρευσις. Ἐκ μέσου γὰρ ὥσπερ γεγενημένου τοῦ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, καὶ θυσιῶν πεπαυμένων τῶν κατὰ τὸν νόμον, ἠρεμούσης δὲ καὶ ἱερωσύνης τῆς ἐξ αἵματος τοῦ Λευΐ, καὶ αὐτοῦ δὲ λοιπὸν τοῦ διαβοήτου κατεμπρησθέντος νεὼ, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ καθηρημένης, ἀνέδειξεν ὁ Χριστὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, καὶ ὡς ἐν λοίσθῳ καιρῷ, τουτέστιν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου· τότε γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς. Ὄρος δὴ οὖν ὀνομάζει τὴν Ἐκκλησίαν, « ἥτις ἐστὶν οἶκος Θεοῦ ζῶντος. » Ὑψηλὸν δὲ, ὅτι παντελῶς χθαμαλὸν ἐν αὐτῇ οὐδέν· ἀλλ' αἴρεται

XXXVII. In verbis ipsis, jam nunc Ecclesiæ ex gentibus congregandæ prædictio perspicue apparet. Israele enim secundum carnem velut sublato e medio, sacrificiisque in lege præscriptis cessantibus : deserto item sacerdotio familiæ Leviticæ, et ipso demum templo illo fama nobili exusto, et Hierosolyma destructa, Christus Ecclesiam ex gentibus instituit, et velut in novissimo tempore, hoc est, in fine hujus sæculi, tunc enim nostri similis factus est. Montem ergo appellat Ecclesiam, « quæ est domus Dei viventis [73]. » Sublimem vero, quoniam in ea humile ac depressum prorsus nihil est, sed

[71] Luc. XIX, 24. [72] Jac. II, 20. [73] I Tim. III, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

divinorum dogmatum notitia, sublime tollitur; ipsa præterea vita justificatorum in Christo, et sanctificatorum in Spiritu, alte ædificata est. Non enim reperitur in illis quod in terram pronum spectet, et usque ad brutorum animalium naturam abjectum sit, quod nimirum etiam in iis qui sunt de circumcisione, videre queas : illos enim amor carnalium et turpis quæstus subegit, cædium insuper injustarum, et aliorum quamplurimorum peccatorum damnati sunt. « Qui autem sunt Jesu Christi, juxta vocem divini Pauli, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis [75]. » A desiderio autem cumulandarum opum sic abhorrent, ut libere exclamantes audire possis : « Habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti erimus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa, et inutilia, quæ mergunt homines in interitum et perditionem [76]. » Tantopere item cædibus abstinent, ut ferientibus in maxillam dexteram præbeant et sinistram [77]. Montem vero et aliter accipere licet, Ecclesiam scilicet cum Græcorum dogmatibus comparatam. Illi namque lapides, et ligna, et ipsam creaturam adorare oportere stolidissime docent. Hæc natura et vere Deum **425** qui totam hanc universitatem architectatus est, et ut bene sit, conservat, et ut Deus, omnium rerum est Dominus, liquido cognosci facit. Elevatum porro montem Domini super montes et colles, esseque præparatum, quasi in loco undequaque conspicuo consitam et positam esse significat. Nam quod in monte positum est, ex omni parte cernitur, oculisque objicitur, et nulli fortasse, quamquam procul absenti, ignotum est. Cupidissime autem ad illam properaturos, propheticus sermo clare demonstrat. Idipsum testatus est, et verum esse probavit eventus. « Festinabunt enim, inquit, ad illum populi, » haud dubium quin ad domus Dominum, ad Christum videlicet. Et quid dicent? « Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei nostri : et ostendent nobis viam ejus, et ambulabimus in ea. » Audis quomodo quasi hostibus terga dantes inter se hortantur, dicuntque, « ascendamus. » Recte enim et prudenter dixerim, humilitatis et abjectionis Græcorum dogmatum non ignaros, illud Ascendamus exclamare, ut deinceps in altum exsilientes, quod ad cognitiones de eo qui natura et vere Deus est, pertinet. Appetunt porro justitiam, et sitiunt discere viam Domini. Quinetiam perstudiose in ejus semitis ingressuros pollicentur. Quinam autem horum doctores et monitores sint? Qui, nisi discipuli Salvatoris, quibus mandatum est divinitus, ad quos Christus dixit : « Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis [77]? »

μὲν ὑψοῦ τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων τῇ γνώσει, ἀνῴκισται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ βίος τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων, καὶ ἡγιασμένων ἐν Πνεύματι. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς τὸ χαμαιῤῥιφὲς, καὶ πεπατημένον εἰς ζῶον, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ περιτομῆς κατίδοι τις ἄν. Οἱ μὲν γὰρ ἥττηνται φιλοσαρκίας, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν, ἡλίσκοντο δὲ φονῶντες ἀδίκως, πλείσταις τε ὅσαις καὶ ἑτέραις πλημμελείαις ἔνοχοι. « Οἱ δὲ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθώς φησι ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Μεμισήκασι δὲ οὕτω χρῆναι πλουτεῖν, ὥστε καὶ ἀνακεκραγότων ἐκ παῤῥησίας ἐπαΐοι τις ἄν· « Ἔχοντες διατροφὰς, καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδας, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς, καὶ ἀνονήτους, αἵ τινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον, καὶ ἀπώλειαν. » Ἀφεστήκασι δὲ ὧδε τοῦ φονᾶν, ὥστε καὶ τοῖς παίουσιν εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέφειν καὶ τὴν ἑτέραν. Ὅρος δ' ἂν νοοῖτο καὶ ἑτέρων ἡ Ἐκκλησία τοῖς Ἑλλήνων παραβαλλομένη δόγμασιν. Εἰ μὲν γὰρ λίθοις, καὶ ξύλοις, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ κτίσει χρῆναι προσκυνεῖν ἀσυνετώτατα δογματίζουσιν. Ἡ δὲ καθίστησιν ἐναργῆ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, ὃς τόδε τὸ σύμπαν διετεκτήνατο, καὶ πρὸς τὸ εὖ εἶναι συνέχει, καὶ ἔστι τῶν ὅλων Κύριος ὡς Θεός. Ἐπῆρθαί γε μὴν τὸ ὄρος Κυρίου ἐπ' ὄρη τε καὶ βουνούς, εἶναί τε ἕτοιμον, τὸ οἷον ἐν περιφανείᾳ πολλῇ κεῖσθαί τε καὶ εἶναι διὰ τούτου σημαίνει. Περίοπτον γὰρ τὸ ἐν ὄρει κείμενον, ἕτοιμόν τε λίαν ἰδεῖν, καὶ οὐδενί πω τάχα καὶ τῶν ἀποκειμένων ἀγνοούμενον. Ὅτι δὲ καὶ μάλα προθύμως διάττειν ἔμελλον ἐπ' αὐτὸ, διαμεμήνυκεν ἐναργῶς τῆς προφητείας ὁ λόγος. Μεμαρτύρηκε δὲ τοῦτο, καὶ ἀτρεκὲς ὂν ἀπέφηνε καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις. « Σπεύσουσι γὰρ, φησὶν, ἐπ' αὐτὸν λαοί, » δῆλον δὲ ὅτι τὸν τοῦ οἴκου Δεσπότην, τουτέστι τὸν Χριστόν. Τί δὲ καὶ ἐροῦσι; « Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. » Ἀκούεις ὅτι προτροπάδην ἀλλήλοις διακελεύονται, τὸ « ἀναβῶμεν » λέγοντες. Ὀρθῶς τε καὶ νουνεχῶς· φαίην γὰρ ὅτι τῶν παρ' Ἕλλησι δογμάτων τὸ χθαμαλὸν, καὶ κατερῤῥιμμένον οὐκ ἠγνοηκότες τὸ Ἀναβῶμεν λέγουσιν, ὡς ὑψοῦ λοιπὸν ἀναθρώσκοντες, ὅσον ἧκει εἰς ἔννοίας ἐπί γε τῷ φύσει, καὶ ἀληθεῖ ὄντι Θεῷ. Γλίχονται δὲ τῆς δικαιοσύνης, καὶ δεδιψήκασι μαθεῖν τὴν ὁδὸν Κυρίου. Καὶ δὴ καὶ ἰέναι κατεπαγγέλλονται, καὶ λίαν ἐσπουδασμένως, ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ. Καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ τῶν τοιούτων εἰσηγηταί; Ἢ δηλονότι τοῦ Σωτῆρος οἱ μαθηταὶ, οἷς τὸ θεῖον ἐγχειρίσται πρόσταγμα, πρὸς οὓς ἔφη Χριστός· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. »

Vers. 3. *Quia de Sion exibit lex, et verbum Do-*

Ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος

[75] Galat. v, 24. [76] I Tim. VI, 8, 9. [77] Matth. v, 39. [77] Matth. XXVIII, 19, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀναμέσον A *mini de Jerusalem. Et judicabit inter populos mul-*
λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυρὰ, ἕως εἰς
γῆν μακράν.

ΛΗ'. Αἱ μυρίαι τε καὶ ἀναρίθμητοι τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι, αἱ βαδίζουσαι μὲν ἐπ' ὄρος Κυρίου, τουτέστι, τὴν Ἱερουσαλὴμ, γλιχόμεναί τε μαθεῖν τὴν ὁδὸν Κυρίου, καὶ δι' αὐτῆς ἰέναι προθύμως ὑπισχνούμεναι, τὴν αἰτίαν ἐνθάδε φασὶ, τοῦ μὴ θέλειν ἔτι μονονουχὶ τελεῖσθαι τῷ νόμῳ, καὶ προστρέχειν Ἰουδαϊσμῷ. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, ἔτι τῶν κατὰ τὸν νόμον ἑστώτων ἐθνῶν, προσῄεσάν τινες τῶν πεπλανημένων, καὶ τοῖς τῆς εἰδωλολατρίας κακοῖς ἐρρῶσθαι φράζοντες, εἶτα τὴν σάρκα περιτεμνόμενοι, τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἔθεσί τε καὶ νόμοις διαζῆν ἐσπούδαζον. Ἀριθμοῦ δὲ κρείττων παρ' αὐτοῖς ἡ τοιάδε πληθύς. Καὶ γοῦν ὁ Σολομῶν, ὅτε τὸν ἐν B τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀνορθοῦν ἐσκέπτετο ναὸν, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα χιλιάδας λατόμων τε καὶ ἐργατῶν, καὶ τῶν προσηλύτων προεχειρίζετο· γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν ταῖς Παραλειπομένοις. Τύπος ἦν ἄρα μυστηρίου τὸ δρώμενον· ἔμελλον γὰρ ἀναδείμασθαι τῷ Θεῷ τὸν ἀληθῆ, καὶ περίοπτον ναὸν, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, οὐκ Ἰουδαῖοι δὲ μᾶλλον, ἀλλ' οἱ ἐξ ἐθνῶν, τὸν ἐν τῷ κρυπτῷ περιφέροντες Ἰουδαῖον, καὶ περιτομὴν ἔχοντα οὐ τὴν ἐν σαρκὶ μᾶλλον, ἀλλὰ τὴν ἐν πνεύματι. Οὐκοῦν πρὸ μὲν τῆς ἐπιδημίας προσῄεσάν τινες τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ τοῖς Ἰουδαίων διέζων νόμοις. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεδείχθη λοιπὸν τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου τὸ περίοπτον ἀληθῶς, ἐπ' αὐτὸ δὴ μᾶλλον ἔενται, χαίροντές τε καὶ λέγοντες· « Ὅτι ἐκ Σιὼν C ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ. » Ἐοίκασι δὲ βούλεσθαι δηλοῦν, κἀκεῖνό που διακεκραγέναι σαφῶς, ὡς ἔρημος ἔσται καὶ αὐτοῦ νόμου Σιὼν, καὶ γυμνὴ τῶν θεῖων λόγων ἡ Ἱερουσαλήμ. Οἱονεὶ γάρ πως ἐκπεφοίτηκεν αὐτῶν ὁ δι' ἀγγέλου λαληθεὶς λόγος Θεοῦ. Κατήργηται γὰρ ἡ σκιὰ, καὶ πέπαυται τὰ ἐν τύποις, ἀνῄρηνται δὲ καὶ αἱ θυσίαι, καὶ πάντα λοιπὸν τὰ διὰ Μωσέως συμπεπέρασταί πως, ὅσον ἧκει εἰς τὸ γράμμα φημί. Ὅτι δὲ ἔμελλεν ὁ Χριστὸς κρίναι τε καὶ διελέγχειν ἔθνη πολλὰ, μονονουχὶ προφητεύουσι, καὶ προαγορεύουσι κρίναι τε καὶ ἐλέγχειν· ὅπως τε, καὶ τίνα τρόπον, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἀναπείθων γὰρ τῶν τῆς πλανήσεως ἀπέχεσθαι τρόπων, καὶ καταδεικνὺς ἐναργῶς, ὅτι σπεύδουσιν εἰς ἀπώλειαν, εἰ μὴ ἕλοιντο βιοῦν ὀρθῶς, καὶ τῶν ἀρ- D χαίων πλημμελημάτων ἀπομάττεσθαι τὰ ἐγκλήματα, κρίνει τε καὶ ἐλέγχει τρόπον τινὰ, καὶ οὐχὶ μόνον ἔθνος ἕν, « Ἀλλ' ἕως εἰς μακρὰν γῆν, » τουτέστι, μέχρι τερμάτων τῆς ὑπ' οὐρανόν· πανταχοῦ γὰρ ὁ σωτήριος ὑμνεῖται λόγος. « Κηρυχθήσεται γὰρ, φησὶ, τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. » Ἔοικε δέ τι καὶ ἕτερον ἡμῖν ἰσχνὸν, καὶ κεκρυμμένον μυστήριον ὁ προφητικὸς ὑποφαίνειν λόγος. Ἀφηγεῖται γὰρ ὥσπερ τινὰ δὴ τρόπον οἱ ἐξ ἐθνῶν εἰσδεχθεῖεν ἄν, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀφέντες πλάνησιν βαδιοῦνται λοιπὸν ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, τουτέστι, τὴν Ἐκκλησίαν. Ἐκ γάρ τοι, φησὶν, τῆς ἄνω Σιὼν, καὶ

tos, et arguet gentes fortes, usque in terram longinquam.

XXXVIII. Immensæ et innumerabiles gentium catervæ, petentes montem Domini, hoc est, Jerusalem, cupientesque discere viam Domini, et per eam se ituras alacriter promittentes, causam hoc loco exponunt cur nolint ultra legis pœnæ vectigales fieri, et ad judaïsmum accurrere. Ante adventum quippe Salvatoris, stantibus adhuc gentium legibus et institutis, quidam de errori servientibus accedebant, et idololatriæ nocumentis valere jussis, carnemque circumcisi, Judæorum moribus et legibus se dicabant. Talium apud eos innumera multitudo visebatur. Itaque Salomon Hierosolymis **426** templum illud augustum meditans, centum quinquaginta millia lapicidarum, et operarum, proselytorumque delegit : sic enim in Paralipomenis legimus [78]. Sane quod tum agebatur, typus erat et adumbratio mysterii : verum enim et undique spectabile templum, puta Ecclesiam, Deo constructuri erant, non Judæi magis quam qui ex gentibus essent, eum qui in abscondito est Judæum circumferentes : et circumcisionem habentem non illam quæ in carne, sed quæ in spiritu est. Itaque ante adventum quidam idololatræ ad Judæos se conferebant, eorumque legibus vivebant. Ast ubi postea mons Domini, vere conspicuus exhibitus est ac demonstratus, majore ejus cupiditate exarserunt, gaudentes et dicentes, « Quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem. » Videntur autem velle significare, et illud non obscure proclamare, et Sion ab ipsa lege desertum, et Jerusalem divinis oraculis nudatum iri. Quodammodo enim ab ipsis abscessit lex, et sermo Dei habitus per angelum. Umbra siquidem evacuata est, et quæ per typos gerebantur, desierunt, sacrificia sublata sunt, et omnia demum Mosaica quantum ad litteram, inquam, simul finita sunt. Quoniam autem Christus judicaturus et redarguturus erat gentes multas, aliquo modo prophetant, et prænuntiant, judicaturum quidem, ac redarguturum; quomodo autem et qua ratione id facturus sit, dicere necesse est. Suadens enim abstinere erroribus, et manifeste ostendens eos properare ad perniciem, nisi velint recte vivere, veterumque peccatorum maculas abstergere, judicat, et redarguit quodammodo, nec unam gentem duntaxat, « Sed usque in terram longinquam, » hoc est, usque ad terminos orbis terrarum : ubique enim salutis verbum prædicatur, « Prædicabitur Evangelium hoc, inquit, in toto mundo [79]. » Videtur autem propheticus sermo adhuc aliud subtile et occultum mysterium subostendere. Narrat enim quasi quo pacto ex gentibus venientes verbum Dei recepturi, desertoque errore antiquo, deinceps ad montem Domini, hoc est, ad Ecclesiam accessuri sint. Nam ex superne Sion, inquit, et Jerusalem quæ sub intelligentiam

[78] II Paral. II, 17. [79] Matth. XXVI, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cadit, egredietur lex, et verbum Domini. Devenit enim ad nos de cœlo Verbum Dei, factumque est nobis lex, et legislator, et ipsum « judicabit inter populos multos, et redarguet gentes fortes in terram longinquam. » Quid autem sibi velit, « judicabit, et arguet, » dicam quod mihi in mentem venit. **427** Tyrannidem in omnes exercebat Satanas, et una cum nequam potestatibus suis totum sub sole mundum oppugnabat, omnibusque avaritiæ suæ jugo imposito, mortalium genus a Deo segregabat. Sed apparuit nobis Deus, ut scriptum est [80]; visus est aliquando bonus pastor [81], et seductos ejus aviditati eripuit, seductores condemnavit, et qui nocuerant, eos redarguit, hoc est, principatus et potestates principis mundi sæculi hujus, « Spiritualia nequitiæ, in cœlestibus [82]. » Et hoc nobis Christus ipse manifestat, cum ait : « Nunc judicium est mundi. Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego, si exaltatus fuero, omnes traham ad me ipsum [83]. » Jus enim dixit populis multis et innumerabilibus, nempe injuste habitis, et justificavit eos in miseratione et fide. Ejecit autem principem hujus mundi, et a dominatu in nos abegit, ut nefarium et homicidam, ut totum orbem sibi vindicare conatum redarguens. Redargutæ sunt cum illo omnino aliæ quoque dæmoniorum gentes, olim infestæ et validæ, nec urbem circumeuntes, sed usque in terram longinquam, hoc est, usque ad fines orbis dispersæ. Terram enim velut distribuerunt, nec mortalium quisquam illorum perversitatem effugere poterat.

τῆς νοητῆς Ἱερουσαλὴμ ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου. Καταπεφοίτηκε γὰρ εἰς ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Ὃς καὶ γέγονεν ἡμῖν νόμος τε καὶ νομοθέτης, καὶ αὐτὸς « κρινεῖ ἀνὰ μέσον λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυρὰ εἰς γῆν μακράν. » Τί δ' ἂν βούλοιτο δηλοῦν τὸ, « κρινεῖ, καὶ ἐλέγξει, » κατά γε τὸ εἰς νοῦν ἦκον ἐρῶ. Τετυράννευκε κατὰ πάντων ὁ Σατανᾶς, καὶ ὁμοῦ ταῖς σὺν αὐτῷ δυνάμεσι πονηραῖς τῆς ὑφ' ἥλιον κατεστρατεύετο, καὶ πᾶσιν ἐπιθεὶς τῆς πλεονεξίας τὸν ζυγὸν, ἀπεδουκόλησε Θεοῦ τὸ τῆς γῆς γένος. Ἀλλ' ἐπέφανεν ἡμῖν Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὥφθη λοιπὸν ὁ ἀγαθὸς ποιμὴν, καὶ τῆς μὲν ἐκείνου πλεονεξίας ἐξέλετο τοὺς πεπλανημένους, κατεδίκασε δὲ τοὺς πλανήσαντας, καὶ διήλεγξε τοὺς ἠδικηκότας, τουτέστι, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας τοῦ κοσμοκράτορος τοῦ αἰῶνος τούτου, « τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. » Καὶ τοῦτο ἡμῖν αὐτὸς ὁ Χριστὸς καθίστησιν ἐναργὲς, λέγων· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Δεδίκακε γὰρ πολλοῖς, καὶ ἀναριθμήτοις λαοῖς, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς ἠδικημένοις, καὶ δεδικαίωκε μὲν αὐτοὺς ἐν ἐλέῳ, καὶ πίστει. Ἐκβέβληκε δὲ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἀπεσόβησεν ἀρχῆς, ἐλέγχων ὡς ἀνόσιον, ὡς ἀνθρωποκτόνον, ὡς πλεονεκτήσαντα τὴν ὑπ' οὐρανόν. Συνηλέγχοντο δὲ αὐτῷ πάντως που καὶ τὰ ἕτερα τῶν δαιμονίων ἔθνη, τὰ πάλαι δεινά τε καὶ ἰσχυρὰ, καὶ οὐ μίαν περιφοιτῶντα πόλιν, ἀλλ' ἕως εἰς γῆν μακρὰν κατεσκεδασμένα, τουτέστι, μέχρι περάτων τῆς ὑπ' οὐρανόν. Διενείμαντο γὰρ ὥσπερ τὴν γῆν, καὶ οὐδεὶς ἦν ὅλως τῆς ἐκείνων δυστροπίας ἄπειρος.

Vers. 4. *Et concident gladios suos in aratra, et spicula sua in falces, et non ultra tollet gens contra gentem gladium, et nequaquam discent ultra belligerare. Et requiescet unusquisque sub vite sua, et unusquisque sub ficu sua, et non erit qui exterreat, quia os Domini omnipotentis locutum est hæc.*

Καὶ κατακόψουσι τὰς ῥομφαίας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ῥομφαίαν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. Καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν, διότι τὸ στόμα Κυρίου παντοκράτορος ἐλάλησε ταῦτα.

XXXIX. Omnia in Christo nova facta sunt; et verum dicit Paulus : « In Christo nova creatura, et vetera transierunt [84]. » Transiit enim in melius, et ipsa rerum conditio, non amplius bella, et pugnas patiens, quæ profecto propter omne genus calamitatis quod apportant, nemini non intolerabiliter veniunt. Nam instrumenta belli ad usum operum a rusticis transformari, et unumquemque requiescere, sicut ait propheta, « sub ficu » atque etiam sub « vite sua, » et neminem esse « qui exterreat, » quid aliud nobis indicat, quam altam et perennem pacem, et otium ab armis fore? Quæ temporibus adventus completa sunt. Proinde Christus ipse aiebat : « Pacem meam **428** do vobis [85]. » Quando autem aut quomodo mundo pax contigit? Postquam Romanorum principatus, imperiumque clarissimum orbem terrarum subegit, sub unum jugum

Αθ'. Πάντα γέγονεν ἐν Χριστῷ καινά· καὶ ἀληθεύει λέγων ὁ Παῦλος, ὅτι « ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε. » Μετακεχώρηκε γὰρ ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ αὐτὴ ἡ τῶν πραγμάτων κατάστασις, οὐκέτι πολέμους, καὶ μάχας ὠδίνουσα, δύσοιστον ἔχοντα, καὶ παμμόχθηρον ἀληθῶς κατὰ πάντων τὴν ἔφοδον. Τὸ γὰρ μεταπλάττεσθαι μὲν τὰ πολέμου, πρὸς ἔργα γεηπόνοις, καὶ ἕκαστον δὲ ἀναπαύεσθαι, καθὼς φησιν ὁ προφήτης, « ὑποκάτω συκῆς ἰδίας, » καὶ μὴν καὶ « ἀμπέλου, » μηδένα τε εἶναι « τὸν δειττόμενον, » τί δὴ ἕτερον ἡμῖν ὑποφήνειεν ἄν, ἢ ὅτι βαθεῖά τις ἔσται, καὶ ἄληκτος ἡ εἰρήνη, καὶ καιρὸς ἀπόλεμος; Τετέλεσται δὲ ταυτὶ κατὰ τοὺς ἐπιδημίας καιρούς. Καὶ γοῦν αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Χριστός· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. » Πότε δὲ, ἢ πῶς καὶ ἡ ἐν κόσμῳ γέγονεν εἰρήνη; Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ὑπ' οὐρανὸν κατεκράτησε λοιπὸν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ,

[80] Tit. III, 4. [81] Joan. X, 11, 17. [82] Ephes. VI, 12. [83] Joan. XII, 31, 32. [84] II Cor. V, 17. [85] Joan. XIV, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καὶ εὐκλεεστάτη βασιλεία, συνηνέχθησάν τε καὶ ὑφ' ἕνα ζυγὸν γεγόνασι τὰ ἔθνη πάντα, καὶ κατέληξαν μὲν τοῦ πρὸς ἄλληλα πολέμου, ἐτράποντο δὲ πρὸς τὰ τῆς εἰρήνης ἔργα, δῆλον δὲ ὅτι πρὸς γεωπονίας, ἕκαστοί τε ἀσφαλῶς τὰς ἑαυτῶν οἰκοῦσι πόλεις. Οὔπω μὲν γὰρ τῆς Ῥωμαίων χειρὸς κατακρατούσης αὐτῶν, πόλεμοί τε καὶ ἐξαναστάσεις χωρῶν τε καὶ πόλεων γεγόνασι πανταχοῦ, καὶ προὔκειτο μὲν τοῖς ἐθέλουσιν οὓς ἂν ἕλοιντο καταδῃοῦν, ἄγειν τε καὶ φέρειν τὰ ἑτέρων ὡς νενικηκόσι, καὶ ἦν ἀνάγκη τοῖς τοῦ πολέμου σκεύεσιν ἐνηρμόσθαι καλῶς τοὺς ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ τε καὶ πόλει, καὶ μελέτην ποιεῖσθαι τὰ τακτικὰ, σφίσι τε αὐτοῖς ἐπαμύνειν καὶ τέκνοις. Ἐπειδὴ δὲ ἠδρύνθη λοιπὸν ἡ τῆς βασιλείας ἰσχὺς, πέπαυται τὰ τοιάδε. καὶ τοῦ πολέμου τὰ σκεύη σκεπάναι, καὶ δρέπανα, καὶ μὴν, καὶ ἄροτρα γεγόνασιν, καὶ εἰς ἕτερα ἅττα τὰ τοιάδε λοιπὸν μετεπλάττοντο.

A gentes universæ conductæ ac devinctæ, et armis vicissim depositis, et ad opera pacis, ad agriculturam videlicet, conversæ sunt, singulique suas urbes tuto habitarunt. Antequam enim sub manu et potestate Romanorum essent, ubique bella fervebant, et regionibus urbibusque mutuo pellebant, licebatque volentibus populando vexare quos liberet, et aliena tanquam victoribus diripere : et cujusque regionis atque urbis indigenas scienter arma tractare, et in militia exerceri, seque liberosque suos defendere oportebat. At ubi postea imperium est corroboratum, ista desierunt, et instrumenta bellica in bipennes, et falces, et vomeres, et aratra migrarunt, et in alia quædam hujusmodi deinceps mutata sunt.

Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο πνευματικῶς τοῖς προκειμένοις προσβαλεῖν, συνήσει πάλιν, ὅτι ἐκ τῆς ἰδίας ἡμῖν ἡμερότητος εἰρήνην βραβεύοντος Χριστοῦ, καὶ καταργοῦντος τὰς ἀρχὰς, καὶ τοὺς πάλαι μαχομένους τοῖς ἐθέλουσιν εὐσεβεῖν, κατελήξαμεν δειμάτων, ἔξω τε γεγόναμεν ἐφόδου, καὶ μάχης, τετραμμένοι τε πρὸς γεωργίαν τῶν πνευματικῶν, καὶ τοὺς τῆς δικαιοσύνης καρποὺς συναγείρομεν, ἀναπεπαύμεθά τε λοιπὸν ὑποκάτω συκῆς, καὶ ἀμπέλου. Καὶ συκῆ μὲν ἔσται γλυκύτητος σύμβολον, ἄμπελος δέ γε τῆς νοητῆς εὐφροσύνης. Γλυκὺς γὰρ λίαν τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, καὶ κατευφραίνειν εἰδὼς καρδίαν ἀνθρώπου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Γλυκεῖα δὲ δὴ πρὸς τούτῳ καὶ εὐφροσύνης ἐπίμεστος ἡ εἰς τὸ μέλλον ἐλπὶς, ἣν ἐν Χριστῷ πεπλουτήκαμεν.

B Quod si quis ista spiritualiter intueri velit, intelliget præterea, Christo ex sua benignitate pacem nobis dispensante, et principatus quique olim pietati deditos lacessebant destruente, terroribus expeditos impressionem, et pugnam evasisse, ad spiritualiumque agriculturam conversos, justitiæ fructus colligere : et in posterum sub ficu et vite requiescere. Ac ficus quidem dulcedinis, vitis gaudii, quod mente cernitur, symbolum esto. Prædulcis enim est sermo Salvatoris, et qui noverit exhilarare cor hominis, ut scriptum est [85*]. Dulcis item et lætitia plena futurorum spes, qua in Christo ditati sumus.

Ὅτι πάντες οἱ λαοὶ πορεύσονται, ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν εἰς αἰῶνα, καὶ ἐπέκεινα.

C Vers. 5. *Quia omnes populi ibunt, unusquisque viam suam, nos autem ibimus in nomine Domini Dei nostri in æternum, et ultra.*

Μ'. Οἱ σπουδὴν πεποιημένοι τὸ ἀναφοιτᾷν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ ἀναμανθάνειν ἐθέλοντες τὰς τρίβους αὐτοῦ, τὸ εὐήνιον ἐπαγγέλλονται, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ἀποδέχονται τὰ αὐχήματα, καὶ ὅτι τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων παντὶ σθένει μεταποιήσονται, διὰ τούτων ἡμῖν εὖ μάλα κατασημαίνουσιν. Ἕκαστος γὰρ, φησὶ, τῶν ἐν πάσῃ χώρᾳ τε καὶ πόλει, ἣν ἂν αὐτὸς ἕλοιτο διαστείχοι τρίβον, διαβιώσῃ δὲ αὖ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, ἤ καὶ εὖ ἔχειν ὑπειλημμένον. Ἡμῖν δὲ φροντὶς ὁ Χριστὸς, καὶ τρίβον ὀρθὴν ποιησόμεθα τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα, συμβαδιούμεθα δὲ ὥσπερ αὐτῷ, καὶ οὐχὶ δὴ μόνον εἰς αἰῶνα τὸν ἐνεστηκότα καὶ παρῳχημένον, ἀλλ' ἔτι πολὺ καὶ ἐπέκεινα. Ἀτρεκὴς ὁ λόγος. Οἱ γὰρ νυνὶ συμπάσχοντες, συνελεύσονται διαπαντὸς, καὶ συνδοξασθήσονται, καὶ συμβασιλεύσουσι. Φροντίδα γε μὴν ποιοῦνται Χριστὸν οἱ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης προτιθέντες οὐδὲν, οἱ καταλήγοντες μὲν τῶν εἰκαίων τοῦ κόσμου περισπασμῶν, ζητοῦντες δὲ μᾶλλον τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὸ ἀνδάνον αὐτῷ, καὶ τὸ διαπρέπειν ἐν ἀρεταῖς, ὁποῖός τις ἦν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Γράφει γοῦν, ὅτι « Χριστῷ συνεσταύρωμαι. Ζῶ δὲ

D XL. Qui contendunt ascendere in montem Domini, voluntque discere vias ejus, promptam obedientiam pollicentur, et præclara vitæ in Christo instituta approbant, et se totis viribus in studia pietatis abituros per hæc nobis pulcherrime indicant. Unusquisque enim, inquit, eorum qui in tota regione et civitate **429** sunt, quæ placuerit, via ambulaverit, et pro arbitratu, aut prout ipsi conducere visum fuerit, vitam et mores suos instituerit. Nobis autem curæ est Christus, et ejus oracula viam rectam existimabimus, cum quo velut gradiemur non in præsenti modo sæculo et præterito, sed multo etiam ulterius. Verus est sermo. Qui enim nunc compatiuntur, semper simul ambulabunt, et conglorificabuntur, et conregnabunt. Curæ autem ac sollicitudini est Christus iis qui ejus dilectioni nihil anteferunt, qui ab inanibus mundi distractionibus desinunt, magisque justitiam quærunt, et quod illi placeat, et excellere virtutibus, qualis et divinus Paulus erat. Scribit igitur, « Christo confixus sum cruci. Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus [86]. » Et iterum : « Non enim ju-

[85*] Jerem. xv, 16. [86] Galat. II, 19, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicavi me aliquid scire inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum [87]. »

οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Καὶ πάλιν· « Οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. »

Vers. 6, 7. *In die illa, dicit Dominus, congregabo contritam, et ejectam recipiam, et quos repuleram. Et ponam contritam in reliquias, et repulsam in gentem potentem, et regnabit Dominus super eos in monte Sion ex nunc et usque in sæculum.*

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, συνάξω τὴν συντετριμμένην, καὶ τὴν ἐξωσμένην εἰσδέξομαι, καὶ οὓς ἀπωσάμην. Καὶ θήσομαι τὴν συντετριμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰς ἔθνος δυνατὸν, καὶ βασιλεύσει Κύριος ἐπ' αὐτοὺς ἐν ὄρει Σιὼν ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τοὺς αἰῶνας.

XLI. Spe omni minime excidere posse Israelem, rursum docet. Contritus quidem fuit, et rejectus sive propter plurimam impietatem explosus, utpote adversarius Dei, et idolorum cultor, exsecrandus et profanus, et homicidii criminibus non parum obnoxius. Occiderunt enim prophetas [88], et postremo ipsum universorum Salvatorem et Liberatorem in crucem egerunt; verumtamen propter patres misericordiam et salutem consecutæ reliquiæ [89], factæ sunt in gentem magnam. Etenim multitudinem in Christo justificatorum, gentem maximam intelligi, verum et omnino æquum est. Excellentia autem, et ob quæ in admirationem venire possit, sunt ejus bona animi, et honestamento cordis, hoc est, sanctificatio, spes in Christum, germana fides, admirabilitas virtutis, stupenda patientia, et regnum esse ipsius Christi, et ipsi adhærere magistro. « Unus enim magister noster Christus [90]. » Ubi autem mortui resurrexerint, « Et nos qui vivimus, qui relinquimur, simul cum ipsis rapiemur in nubibus in occursum Christi in aera : et sic semper **430** cum Domino erimus [91]. » Montem autem Sion supernam Jerusalem appellat, primogenitorum matrem, in qua et una cum Christo erimus.

ΜΑ'. Ὅτι τῆς ἐλπίδος ἥκιστά γε διολισθήσειεν ἂν ὁλοτρόπως ὁ Ἰσραὴλ, ἀποφαίνει πάλιν. Συνετρίβη μὲν γὰρ, γέγονε δὲ καὶ ἀπόπεμπτος, ἤγουν ἀποβέβληται διὰ πολλὴν ἄγαν ἀσέβειαν· θεομάχος γὰρ καὶ εἰδωλολάτρης, βδελυρός τε καὶ βέβηλος ἦν, καὶ τοῖς τῆς μιαιφονίας ἐγκλήμασιν οὐ μετρίως ἐνισχημένος. Ἀπεκτόνασι γὰρ τοὺς προφήτας, εἶτα τελευτῶντες καὶ αὐτὸν ἐσταύρωσαν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, πλὴν ἠλέηται διὰ τοὺς πατέρας, καὶ σέσωσται τὸ κατάλειμμα, γέγονέ τε καὶ εἰς ἔθνος μέγα. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὡς ἔθνος ἂν νοοῖτο πάμμεγα, καὶ μάλα εἰκότως, ἡ τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων ἁγία πληθύς. Ἐξαίρετα δὲ αὐτῆς, καὶ τὰ ἐφ' οἷς ἂν ἔχοι τὸ χρῆναι θαυμάζεσθαι, τὰ εἰς νοῦν ἀγαθὰ, τὰ εἰς καρδίαν αὐχήματα, τουτέστιν, ὁ ἁγιασμὸς, ἡ εἰς Χριστὸν ἐλπὶς, τὸ ἐν πίστει γνήσιον, τὸ τεθαυμασμένον ἐν ἀρεταῖς, τὸ ἀξιάγαστον ἐν ὑπομονῇ, καὶ τὸ ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸν ποιεῖσθαι καθηγητήν. « Εἷς γὰρ ἡμῶν καθηγητὴς ὁ Χριστός. » Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐγερθεῖεν οἱ νεκροὶ, « Καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. » Ὄρος δὲ Σιὼν τὴν ἄνω φησὶ Ἱερουσαλὴμ, τὴν τῶν πρωτοτόκων μητέρα, ἐν ᾗ καὶ αὐτῷ συνεσόμεθα τῷ Χριστῷ.

Vers. 8. *Et tu, turris gregis squalidi, filia Sion. Ad te veniet et ingredietur principatus primus, regnum ex Babylone filiæ Jerusalem.*

Καὶ σὺ πύργος ποιμνίου αὐχμώδους, θυγάτηρ Σιών. Ἐπὶ σὲ ἥξει καὶ εἰσελεύσεται ἀρχὴ ἡ πρώτη, βασιλεία ἐκ Βαβυλῶνος τῇ θυγατρὶ Ἱερουσαλήμ.

XLII. Quæ mansuetudinis opera sunt, his qui labores toleraverunt, nuntiantur. Ait porro se contritam olim suscepturum, et in gentem magnam positurum. Verumtamen accusat interea, et quod prorsus ærumnosa evaserit, contritaque et abjecta sit, utiliter exprobrat. Nam, ut beatus Paulus ait : « Tristitia secundum Deum pœnitentiam in salutem stabilem operatur [92]. » Percutit igitur ex charitate, et quoniam curæ illi non fuit ne quidquam durum et acerbum sponte sua et ultro experiretur, ideo eam objurgatione ferit. Gregis autem squalidi turrim Sion, sive ipsam Jerusalem nominat, veluti cum affectu dicens, et tantum non tristis ejus causa. O Sion, sive Jerusalem, misera filia, o mearum ovium miserum et obscurum habitaculum, exponeris omnino etiam invita inimicis. Veniet enim, veniet, et non multo post tempore, super te regnorum

ΜΒ'. Ἐξαγγέλλεται μὲν τὰ ἐξ ἡμερότητος τοῖς πεπονηκόσιν. Ἔφη δὲ ὅτι κατὰ καιροὺς εἰσδέξεται τὴν συντετριμμένην, θήσει τε αὐτὴν καὶ εἰς ἔθνος μέγα. Πλὴν αἰτιᾶται τῷ μεταξὺ, καὶ ὅτι τεταλαιπώρηκεν ὅλως, συντετρίβη τε καὶ ἀποβέβληται, κατονειδίζει χρησίμως. Ὡς γὰρ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· « Ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον ἐργάζεται. » Πλήττει δὴ οὖν ἐξ ἀγάπης, καὶ ὅτι οὐ μετὸν οὐδενὸς τῶν λελυπηκότων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν ἐθελουσίοις εἰς τοῦτο καθιεῖτο ῥοπαῖς. Ποιμνίου δὲ πύργον αὐχμώδους τὴν Σιὼν, ἤγουν καὶ αὐτὴν ὀνομάζει τὴν Ἱερουσαλὴμ, οἱονεί πως ἐν ἤθει λέγων, μονονουχὶ δὲ καὶ ἐπιστυγνάζων αὐτῇ. Ὦ Σιὼν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, ἀθλία θυγάτηρ, ὦ τῶν ἐμῶν προβάτων ἄθλιον, καὶ ἀφεγγὲς ἐνδιαίτημα, προκείσῃ δὴ πάντως καὶ οὐκ ἐθέλουσα τοῖς ἐχθροῖς. Ἥξει γὰρ, ἥξει, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, ἐπὶ σοὶ τῶν

[87] I Cor. II, 2. [88] Luc. XI, 49-52. [89] Isa. X, 22; Rom. IX, 27. [90] Matth. XXIII, 10. [91] I Thess. IV, 16. [92] II Cor. VII, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐπὶ γῆς βασιλειῶν ἡ προὔχουσα, καὶ εὐσθενεστέρα, τουτέστιν, ἡ Βαβυλωνίων. Πύργον δὲ αὐχμώδη, καὶ σκοτεινὸν ἐνδαίτημα τὴν Σιὼν ἀποκαλεῖ, ἤτοι τὴν Ἱερουσαλήμ, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ οἷον ἐν σκότῳ περιπατεῖν, ἀπὸ τοῦ μὴ βούλεσθαι λύχνον ὥσπερ τινὰ ποιεῖσθαι καὶ φῶς τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ φωτισμὸν εἰσδέχεσθαι κατὰ νοῦν. Ἦν γὰρ οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως, καὶ ἁπλανῆ δύνασθαι διάττειν ὁδὸν, καὶ βόθρον ἀποφοιτᾷν, καὶ διαπηδᾷν ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς μεταξὺ περιπίπτουσι μὴ περιπταίειν κακοῖς. A

terrestrium præcipuum et robustius, nempe Babyloniorum. Turrim autem squalidam, tenebrosum habitaculum Sion, sive Jerusalem nuncupat, quod omnes ejus incolæ velut in tenebris ambulent, quia nolint tanquam lucernam et lumen sibi facere legem Dei, et illuminationem ejus in pectus admittere. Sic enim, et non aliter et tutam ab errore viam currere, et foveam vitare, et transilire peccatum, et in incidentia mala non offendere licebat.

Ψάλλωμεν δὴ οὖν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ λέγοντες πρὸς τὸν Θεόν· « Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον, μή ποτε εἴπῃ ὁ ἐχθρός· Ἰσχυσα πρὸς αὐτόν. » Φωτὶ γὰρ τῷ θείῳ καταυγασμένοι, καὶ τῆς ἄνωθεν παρὰ Θεοῦ σοφίας λαβόντες εἰς νοῦν τὸ σέλας, ἀνάλωτοι μὲν ἐσόμεθα τοῖς ἐχθροῖς, διεκδύνοντες τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, ἐν καλῷ δὲ ἐσόμεθα τῆς ἄνωθεν εὐθυμίας, καὶ ἐν Χριστῷ δὴ πάντως εὐημερήσομεν. B

Cantemus itaque et nos, dicentes Deo : « Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum [93]. » Lumine enim divino collustrati, et, superno fulgore sapientiæ divinæ in animum accepto, capi ab hostibus non poterimus, et pœnas iræ divinæ effugiemus : bonum autem supernæ jucunditatis possidebimus, et in Christo plane ex sententia ac feliciter vivemus.

Καὶ νῦν ἵνα τί ἔγνως κακά; Μὴ βασιλεὺς οὐκ ἦν ἐν σοί; ἢ βουλή σου ἀπώλετο, ὅτι κατεκράτησάν σου ὠδῖνες, ὡς τικτούσης; Ὠδίνε, καὶ ἀνδρίζου, καὶ ἔγγιζε, θυγάτηρ Σιών, ὡς τίκτουσα, διότι νῦν ἐξελεύσῃ ἐκ πόλεως, καὶ κατασκηνώσεις ἐν πεδίῳ, καὶ ἥξεις ἕως Βαβυλῶνος. Ἐκεῖθεν ῥύσεταί σε, καὶ ἐκεῖθεν λυτρώσεταί σε Κύριος ὁ Θεός σου, ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν σου.

Vers. 9, 10. *Et nunc quare cognovisti mala? Numquid rex non erat in te, aut consilium tuum periit, quia obtinuerunt te dolores ut parturientis? Dole, et viriliter age, et appropinqua,* **431** *filia Sion, ut pariens, quia nunc egredieris ex civitate, et habitabis in campo, et venies usque Babylonem. Inde liberabit te, et inde redimet te Dominus Deus tuus de manu inimicorum tuorum.*

ΜΓ'. Ἀφίξεται μὲν οὖν ἐπὶ σὲ, φησὶ, ἀρχὴ ἡ πρώτη. Πλὴν τίς ἄρα ἐστὶν ἡ πρόφασις, δι' ἣν τοῖς οὕτω δεινοῖς περιθραύῃ κακοῖς, ἤγουν τοῖς κακοῦν εἰωθόσι, φημὶ δὴ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς; « Μὴ ἄρα σοι βασιλεὺς οὐκ ἦν; » Ἢ οὐ μεμελέτηκας βουλεύεσθαι σοφὰ, καὶ ἀρίστας σὺν σαυτῇ ποιεῖσθαι τὰς σκέψεις; Ὑποπλήττει δὲ πάλιν εὐφυῶς, καὶ κατονειδίζει πλαγίως ὡς καὶ ἀσύνετον κομιδῇ, καὶ θεῷ προσκρούειν οὐ παραιτουμένην. Καὶ τίς ὁ τρόπος, βραχυλογήσας ἐρῶ. Βεβασίλευκε μὲν γὰρ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν ἀρχῇ, μεσιτεύοντος τοῦ πανσόφου Μωσέως, εἶτα μετ' ἐκεῖνον Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ παραληφθέντος εἰς στρατηγίαν. Εἶτα διὰ τῶν κατὰ καιροὺς ἀναδεδειγμένων κριτῶν, καὶ μετ' ἐκείνους διὰ τοῦ μακαρίου Σαμουήλ. Ἐχόντων δὲ ὧδε τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, καὶ ἐν τάξει τῇ παναρίστῃ κειμένων, πικρὰ καθ' ἑαυτῶν οἱ δείλαιοι πεφρονήκασιν. Ἀποσειόμενοι δὲ τῆς ὑπὸ Θεοῦ βασιλείας τὸν ζυγὸν προσῄεσαν, λέγοντες τῷ μακαρίῳ Σαμουήλ· « Ἰδοὺ σὺ γεγήρακας, καὶ οἱ υἱοί σου οὐ πορεύονται τῇ ὁδῷ σου, καὶ νῦν κατάστησον ἐφ' ἡμᾶς βασιλέα, δικάζειν ἡμᾶς, καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη. Καὶ ἦν, φησὶ, πονηρὸν τὸ ῥῆμα ἐν ὀφθαλμοῖς Σαμουήλ, ὡς εἶπε· Δὸς ἡμῖν βασιλέα δικάζειν ἡμᾶς. Καὶ προσηύξατο Σαμουὴλ πρὸς Κύριον· καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Σαμουήλ· Ἄκουε τῆς φωνῆς τοῦ λαοῦ, καθὼς ἂν λαλήσωσι πρὸς σὲ, ὅτι οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἢ ἐμὲ ἐξουθενήκασι, τῷ μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτῶν. » Εἶτα τοῦ μακαρίου Σαμουὴλ τὸ δικαίωμα τῆς βασιλείας καταγγέλλοντος C

XLIII. Veniet igitur ad te, inquit, principatus primus. At enim quæ est occasio propter quam adeo diris conflictare malis, seu belli calamitatibus, inquam, in quibus est afflictio? « Num igitur tibi rex non erat? » An non studuisti tibi sapienter consulere, et optime providere? Subobjurgat rursum dextere, et exprobrat oblique, ut magnopere insipienti, et Deum offendere non recusanti. Modum breviter declarabo. Regnabat in Israel principio universorum Deus, mediatore et internuntio Mose sapientissimo ; deinde post ipsum Jesu Nave in militiæ ducem assumpto ; postmodum per tempora creatis judicibus, et post illos beato Samuele. Cum res eorum hunc cursum tenerent, et florerent maxime, miseri in semet dire consuluerunt, abjectoque jugo regni Dei, ad beatum Samuelem adierunt cum his verbis : « Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis; et nunc constitue super nos regem, ut judicet nos, sicut et reliquæ habent nationes. Et displicuit sermo in oculis Samuelis, inquit, eo quod dixissent · Da nobis regem qui judicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum ; et respondit Dominus Samueli, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi; non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos [94]. » Deinde beato Samuele jus regis illis annuntiante, multosque admodum terrores illis inculiente. et ab hujusmodi frivolis et impiis commentationibus acerrime revocante, nihilominus urgebant, dicentes : D

[93] Psal. xii, 4, 5. [94] I Reg. viii, 5, 6.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

« Non, sed rex erit super nos, et erimus nos sicut et cæteræ gentes, et judicabit nos rex noster, et egredietur ante faciem nostram, et pugnabit bellum nostrum[98]. » Itaque vetera illa et periculosa consilia in memoriam illis redigit, et quodammodo dissimulanter casum eorum irridet, aitque : « Quomodo cognovisti mala? An non erat tibi rex? an consilium tuum periit? » Nonne petivisti regem, inquit, cum diceres : « Egredietur ante faciem nostram, et bellum nostrum bellabit? » **432** Nonne igitur bene tunc consuluisti? Ecce rerum eventus consilium tuum quam commodum et necessarium fuerit ostendit. Abjecisti jugum regni Dei. « Ecce obtinuerunt te dolores ut parientis. Dole igitur, et viriliter age, filia Sion. » Rursum morata est oratio. Ait enim: O bona filia, patiens esto ad dolores, dura ad molestias; appropinqua ad partum : hoc est, non longe aberis ab iis quæ expetuntur, sed velut mulier partui vicina jam ejulabis præ doloribus, relictisque urbibus bene munitis, « habitabis in tentorio, in campo, » et manebis, inquit, in solitudine. Venies autem in Babylonem ipsam. Sed enim non penitus consolatione destitutam reliquit : addit enim fuga elapsuram, et a Deo miserante transportatam iri.

Consultissimum igitur sub Deo manere, et eum regem pati, et sibi virtutem, protectorem et auxiliatorem facere, ipsi soli animæ cervicem submittere, ex ejus voluntate vivere, et ipsi placita, ante omnia magni ducere. Quod si hoc non faciamus, omnimodis Babyloniorum, qui animo comprehenduntur, jugum sustinebimus, adversarias dico, et immundas potestates, et primum principatum, id est, Satanam, et velut ejecti ex urbe sancta, cujus opifex et conditor Deus est, Babyloniorum habitabimus. In confusione enim, et tumultu erimus, vanæ hujus vitæ distractionibus. Babylon *confusionem* interpretatur.

VERS. 11-13. *Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, dicentes : Exsultabimus, et inspicient in Sion oculi nostri. Ipsi autem non cognoverunt cogitationem Domini, et non intellexerunt consilium ejus, quia congregavit eos, ut manipulum areæ. Surge, et tritura eos, filia Sion, quoniam cornua tua ponam ferrea, et ungulas tuas ponam æreas, et minues populos multos, et consecrabis Domino multitudinem eorum, et robur eorum Domino universæ terræ.*

XLIV. Non semel diximus, regnum Hierosolymis obtinente Ezechia, Samariæ vastitatem intulisse Senacherib, et cum illa multas quoque Judææ urbes evertisse. Deinde misit ex Lachis Rabsacen, qui adversus gloriam Dei immodice blateravit, quando manu **433** angelica una nocte centum octoginta

[98] I Reg. 19, 20. [99] IV Reg. XIX, 35.

ἐρήμοις. Ἀφίξῃ δὲ καὶ εἰς Βαβυλῶνα αὐτήν. Πλὴν καὶ ἀναφεύξεται, καὶ διακομισθήσεται παρὰ Θεοῦ

A αὐτοῖς, καὶ πολλοῖς ἄγαν καταπτοοῦντος δείγμασιν, ἀφιστάντος τε καὶ μάλα γοργῶς τῶν οὕτω σαθρῶν, καὶ ἀνοσίων σκεμμάτων, οὐδὲν ἧττον ἐπεφύοντο, λέγοντες· « Οὐχὶ, ἀλλ' ἢ βασιλεὺς ἔσται ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐσόμεθα καὶ ἡμεῖς καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, καὶ δικάσει ἡμᾶς βασιλεὺς ἡμῶν, καὶ ἐξελεύσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, καὶ πολεμήσει τὸν πόλεμον ἡμῶν. » Οὐκοῦν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς ἀνάφέρει τῶν ἀρχαίων ἐκείνων, καὶ ἐπισφαλῶν βουλευμάτων, καὶ οἷον κατειρωνεύεται τὸ συμβάν, καί φησι· « Πῶς ἔγνως κακά; Μὴ οὐκ ἦν σοι βασιλεύς; ἢ ἡ βουλή σου ἀπώλετο; » Οὐ βασιλέα, φησὶν, ἠτήσω, λέγων· « Προπορεύσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, καὶ τὸν πόλεμον ἡμῶν πολεμήσει. » Μὴ ἄρα καλῶς ἐβουλεύσω τότε; Ἰδοὺ τῶν πραγμάτων τὸ πέρας τὴν σὴν ἔδειξε

B βουλὴν, ὡς ἀρίστη τε εἴη, καὶ ἀναγκαία. Ἀπόβλητον ἐποιήσω τῆς ὑπὸ Θεῷ βασιλείας τὸν ζυγόν. « Ἰδοὺ κατεκράτησάν σου ὠδῖνες ὡς τικτούσης. Ὠδινε οὖν, καὶ ἀνθρίζου, θύγατερ Σιών. » Ἐν ἤθει πάλιν ὁ λόγος. Ὦ γὰρ, χρηστὴ θύγατερ, φησὶ, τλημαθὴς ἔσο πρὸς τὰς ὠδῖνας, διακαρτέρει πρὸς τὰς λύπας, ἔγγιζε τῷ τίκτειν, τουτέστιν, οὐκ ἔσῃ μακρὰν τῶν προσδοκωμένων· ἀλλ' οἷον ἐπίτεξ ἤδη γυνὴ κατολολύξεις ἐκ πόνων, ἀφιεῖσα δὲ πόλεις τὰς εὐπυργοτάτας, « κατασκηνώσεις ἐν πεδίῳ, » καταυλισθήσῃ, φησὶν, ἐν ἀπαράκλητον οὐκ ἐξ παντελῶς, προστέθεικε γὰρ, ὅτι κατοικτείροντος.

C Κάλλιστον οὖν ἄρα τὸ ὑπὸ Θεῷ μένειν καὶ βασιλεύεσθαι καὶ αὐτὸν ποιεῖσθαι δύναμιν, ὑπερασπιστήν τε καὶ ἀρωγὸν αὐτῷ, καθυφεῖναι μόνῳ τῆς ψυχῆς τὸν αὐχένα, τοῖς αὐτοῦ θελήμασι βιοῦν, καὶ λόγου παντὸς ἀξιοῦν τὸ αὐτῷ δοκοῦν. Ἢ εἰ μὴ τοῦτο δρῴημεν, πάντη τε καὶ πάντως ὑπὸ νοητοὺς ἐσόμεθα Βαβυλωνίους, ἀντιτεταγμένους λέγω, καὶ ἀκαθάρτους δυνάμεις, καὶ ὑπὸ τὴν πρώτην ἀρχὴν, τουτέστι, τὸν Σατανᾶν, πόλεως δὲ ὥσπερ τῆς ἁγίας ἐξερριμμένοι, ἧς ἐστι τεχνίτης, καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, τὴν Βαβυλωνίων οἰκήσομεν. Ἐν συγχύσει γὰρ, καὶ θορύβοις ἐσόμεθα τοῖς εἰκαίοις τοῦ παρόντος βίου περισπασμοῖς. Σύγχυσις ἡ Βαβυλὼν ἑρμηνεύεται.

Καὶ νῦν ἐπισυνήχθησαν ἐπὶ σὲ ἔθνη πολλὰ, D *λέγοντες· Ἐπιχαρούμεθα, καὶ ἐπόψονται ἐπὶ Σιὼν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὸν λογισμὸν Κυρίου, καὶ οὐ συνῆκαν τὴν βουλὴν αὐτοῦ, ὅτι συνήγαγεν αὐτοὺς ὡς δράγμα ἅλωος. Ἀνάστηθι, καὶ ἄλοα αὐτοὺς, θυγάτηρ Σιών, ὅτι τὰ κέρατά σου θήσομαι σιδηρᾶ, καὶ τὰς ὁπλάς σου θήσομαι χαλκᾶς, καὶ λεπτυνεῖς λαοὺς πολλοὺς, καὶ ἀναθήσεις τῷ Κυρίῳ τὸ πλῆθος αὐτῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς.*

ΜΔ'. Πλειστάκις ἤδη προείπομεν, ὅτι τὴν βασιλείαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις διέποντος Ἐζεχίου, κατεδῄωσε μὲν τὴν Σαμάρειαν ὁ Σεναχηρεὶμ, πολλὰς δὲ αὐτῇ καὶ τῆς Ἰουδαίας συνῄρηκε πόλεις. Εἶτα μετεπέμψεν ἐκ Λαχὶς τὸν Ῥαψάκην, ὃς οὐ μετρίως τῆς θείας κατεφλυάρησε δόξης, ὅτε καὶ ἀπολώλασιν

ἐν μιᾷ νυκτὶ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδες ἀγγελικῇ χειρί. Ταυτησὶ τῆς ἱστορίας διαμέμνηται πάλιν. Συνήχθησαν γὰρ ἔθνη πολλὰ κατὰ σοῦ, φησὶ, μονονουχὶ καὶ ἀθύροντα, καὶ ὅσον οὐδέπω κεισομένης κατορχησόμενα. Πλὴν οὐκ ἔγνωσαν ἃ βεβούλευται Θεός. Συνεκομίσθησαν γὰρ ὡσεὶ εἰς ἅλως, καὶ δράγματος δίκην τοῖς σοῖς ὑποκείσονται ποσίν. « Ἀνάστα δὴ οὖν, καὶ ἀλόα αὐτούς, » κέρατα γὰρ ἕξεις σιδηρᾶ, καὶ ὁπλὰς χαλκᾶς, τουτέστι, δυσκαταγώνιστος ἔσῃ, καὶ ἄμαχος τοῖς ἐχθροῖς, μονονουχὶ δὲ καὶ καταπατήσεις τοὺς ἀνθεστηκότας. Ἐπειδὴ γὰρ ἄλω τε καὶ δράγματος πεποίηται μνήμην, τετήρηκε τῇ μεταφορᾷ τὸν πρέποντα τρόπον, καὶ ὡς ἐπὶ μόσχου φησὶ κέρατα, καὶ ὁπλάς, ἐπεὶ οὐκ ἀνθρωπείᾳ χειρὶ δεδαπάνηνται, ἀλλ' ἔργον ἦσαν οἱ κείμενοι τῆς θείας ὀργῆς. Μὴ σαυτῷ, φησὶν, ἀνάψῃς τὰ ἐπὶ τούτοις αὐχήματα, ἀνατίθει δὲ μᾶλλον τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς τό τε πλῆθος αὐτὸ, καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν ἀπολωλότων. Ἀλλ' οὑτοσὶ μὲν τῆς ἱστορίας ὁ νοῦς. Θορυβήσει δὲ ἴσως τῶν ἐντευξομένων τινὰς τὸ οὕτως ἀγχίστροφον τῶν προφητικῶν κηρυγμάτων. Ἄρτι μὲν γὰρ ἠκούομεν λέγοντος· « Ἐπὶ σὲ ἥξει, καὶ εἰσελεύσεται ἡ ἀρχὴ ἡ πρώτη βασιλεία Βαβυλωνίων, » καὶ ὁ τῆς αἰχμαλωσίας ἡμῶν ἐγράφετο τρόπος. Εἶτα σεσωσμένην ὁρῶμεν εὐθὺς, καὶ καταπατοῦσαν τοὺς ἐχθρούς. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα τῆς τῶν χρόνων εὐδιακρίτου διαστολῆς· ἔσται γὰρ οὕτως ἀσύγχυτος, καὶ σαφὴς τῶν λεγομένων ἡ θεωρία. Ἐζεχίου μὲν γὰρ βασιλεύοντος, ἀνέβη Σεναχηρεὶμ κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων. Εἶτα μετὰ Ἐζεχίου θάνατον, τέσσαρες γεγόνασι βασιλεῖς, καὶ πέμπτος Ἰεχονίας. Τότε καὶ πᾶσαν εἶλε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ αὐτὰ Ἱεροσόλυμα Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἀπεκόμισεν εἰς αἰχμαλωσίαν πάντα Ἰσραήλ. Γράφει δὲ σοφῶς τὴν ἐπὶ τούτοις ἡμῖν ἱστορίαν ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας.

quinque millia dispericrunt[96]. Hujus historiæ rursum meminit. Congregatæ sunt, inquit, super te gentes multæ, tantum non ludentes super te, et jamjam procubituræ pedibus insultaturæ. Verumtamen non cognoverunt quid statuerit Deus. Comportati sunt enim velut in aream, et instar manipuli pedibus tuis subjicientur. « Surge igitur, et tritura eos : » cornua enim ferrea habebis, et ungulas æreas, hoc est, inexpugnabilis et invicta eris hostibus tuis, et tantum non conculcabis qui restiterint tibi. Quoniam enim areæ et manipuli mentionem fecit, decorum metaphoræ servavit, et tanquam de vitulo cornua et ungulas dicit : siquidem non humana manu consumpti, sed ira divina confecti erant, qui jacebant mortui. Ne tibi laudem istam ascribas, inquit : sed consecra potius Domino universæ terræ, et multitudinem eorum, et robur interfectorum. Et hic quidem sensus est historiæ. Turbabit autem quosdam lectorum fortassis tanta propheticarum promulgationum mutabilitas. Modo quippe dicentem audiebamus, « Ad te veniet, et ingredietur principatus primus regnum Babyloniorum ; » et captivitatis modus nobis describebatur. Deinde salvatam mox, et hostes suos conculcantem cernimus. Proba igitur temporum distinctione opus est : sic enim quæ dicuntur citra confusionem et obscuritatem considerabuntur. Regnante enim Ezechia, ascendit contra Jerusalem Senacherib. Post, Ezechia mortuo, quatuor reges usque ad quintum Jechoniam intercesserunt. Tunc universam Judæam, et Hierosolymam ipsam Nabuchodonosor in potestatem redegit, totumque Israel captivum abduxit. Quam historiam apte beatus propheta Jeremias nobis descriptam reliquit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Νῦν ἐμφραχθήσεται θυγάτηρ Ἐφραὶμ ἐμφραγμῷ· συνοχὴν ἔταξεν ἐφ' ἡμᾶς. Ἐν ῥάβδῳ πατάξουσι ἐπὶ σιαγόνα τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.

ΜΕ'. Ἐπισυναχθήσονται μὲν γὰρ ἐπὶ Σιὼν ἔθνη πολλὰ, εἶτα κατορχήσεσθαι, καὶ καταμειδιάσειν αὐτῆς προσδοκήσαντα, ἠλόηνταί τε καὶ συνετρίβησαν, Θεοῦ τοῖς ποσὶ τῶν νικησάντων, παραῤῥιπτοῦντος αὐτοὺς ὡς ἐν εἴδει δράγματος. Ἦλω δὲ, καὶ ἀπόλωλεν ἡ Σαμαρειτῶν, καὶ δεδαπάνηται τῷ πολέμῳ, καὶ περὶ αὐτῆς φησι, ὡς ἐμφραχθήσεται, καὶ ἐνσχεθήσεται καθορίζοντος δηλονότι Θεοῦ τὸ ἐν συνοχῇ γενέσθαι, καὶ χρῆναι παθεῖν αὐτήν. Θυγατέρα δὲ τοῦ Ἐφραὶμ ὀνομάζει τὴν Σαμάρειαν, ἤγουν τὴν ἐν Σαμαρείᾳ πλῆθύν· ἔοικε γάρ πως ἐν τάξει κεῖσθαι Πατρὸς τοῖς ὑποκειμένοις ὁ βασιλείαν πεπιστευμένος. Βεβασίλευκε δὲ τῆς Σαμαρείας ὁ ἐξ Ἐφραΐμ. Ἔσται δὴ οὖν, φησὶ, περίσχετος, καὶ διεζωσμένη τοῖς τῶν πολεμίων δήμοις ἡ Σαμαρειτῶν, οἳ μονονουχὶ καὶ πατάξουσιν εἰς σιαγόνας αὐτὴν, οὐ χερσὶ ῥαπίζοντες ἐχομέναις φειδοῦς, ἀλλὰ ῥάβδοις συντρίβοντες καὶ καταικιζόμενοι σφοδρῶς. Σημαίνει δὲ διὰ τούτου πρὸς ταῖς ἀτιμίαις καὶ δύσοιστον ὄντα τῆς αἰχμαλωσίας τὸν πόνον, Ἀτι-

CAP. V.

Vers. 1. *Nunc circumsepietur filia Ephraim septo. angustiam posuit super nos. In virga percutient super maxillam tribus Israel.*

XLV. Congregabuntur enim super Sion gentes complures. Deinde cum sperarent se illi cum irrisione insultaturos, comminutæ et contritæ sunt, Deo victorum pedibus eas in speciem manipuli substernente. Capta est, et periit Samaria, 434 et bello absumpta est, ac de ea dicit, circumseptum et obstrictum iri, decernente videlicet Deo, ut in angustiam redacta omnino affligeretur. Filiam autem Ephraim Samariam, sive Samariæ multitudinem nominat : videtur enim subjectis quasi loco patris esse, cui regnum committitur. Regnavit porro in Samaria, qui erat de tribu Ephraim. Erit igitur, inquit, circumquaque septa, et cincta hostium populis Samaritanorum regio, qui propemodum percutient ipsam in maxillas, non manibus cedentes, quæ parcius verberant, sed virgis conterentes, et verberantes valide. Significat per hoc, præter ignominiam laborem quoque captivitatis intolerabilem fore. Ignominiæ enim signum non dubium est ictus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in faciem. Id si per virgam intelligatur fieri, omnino miserum ac servile erit. Contempta igitur esto, inquit, et in plagis ac doloribus, quæ a tribu Ephraim regitur Samaria.

Sed ferientis manus feriabitur, nec experiemur verbera, si totis viribus in nosmet iram Domini universitatis per actiones nefarias, et studiosam consectationem illi odiosorum exacuere, quantum possumus, cavebimus. Potius autem probitate illum honorantes felices erimus, conspicuamque et vere amplectendam vitam transigemus.

VERS. 2. *Et tu, Bethlehem, domus Ephratha minima es, ut sis in millibus Juda. Ex te mihi egredietur ut sit in principem in Israel, et egressus ejus ab initio ex diebus sæculi.*

XLVI. Rerum nostrarum reditum ad principia propheticus sermo nobis his verbis evangelizat. Scitissime autem meminit instaurationis quæ in Christo facta dicitur. Nam « in ipso nova creatura, » sicut scriptum est [97]. Et vetera quidem transierunt, facta sunt autem per eum nova transformantem humana, et in antiquam bonitatem restituentem. Rex enim denuo factus est, et optabile in omnia imperium rursus acquisivit. Universum autem etiam per particulatim administrata exprimitur. Regebatur enim regali imperio Israel initio, ut dixi, sub Deo, sanctis, ut administris, interjectis. Deinde non multo post stultitia laborans, et sub Deo vivere contemnens, humana potius imperia suspexit. **435** Itaque Saul sibi regem petivit. Qua in re graviter peccarunt: universorum quippe Deus moleste ferens, beato Samueli dixit: « Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos [98]. » Nequaquam vero istud profuisse illis, sed acerbum, et detrimentosum, et otiosum potius fuisse ipsa experientia docuit, nec id ullam dubitationem habet. Nam ob hoc in tetra et inevitabilia incommoda inciderunt. Itaque tanquam reducens Israel ob id quod fuit in principio, ut Deum regem haberent, Christum in Bethlehem natum ipsis fore Salvatorem et Redemptorem ante proclamat.

Non abiret a scopo qui putaret generatim quasi verba fieri. Postquam enim terrestres nos regiam Dei in nos potestatem abjecimus, peregrinum nobis jugum imposuimus, et Dominum nobis ascivimus, non natura Dominum, sed superbum potius, et apostatam, Satanam dico, in omne genus malorum devenimus. Sed, ut modo dixi, « Complacuit Deo et Patri omnia in Christo instaurare, quæ in cœlis, quæque in terris sunt [99]; et liberavit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ in lumine [1]. »

μίας μὲν γάρ ἐστι σημεῖον οὐκ ἀμφίβολον τὰ εἰς σιαγόνας ῥαπίσματα. Εἰ δὲ δὴ νοοῖτο καὶ διὰ ῥάβδου γενέσθαι, φορέσει πάντως τὸ μοχθηρὸν, καὶ τὸ οἰκεῖον οἰκέτῃ πρέπον. Ἄτιμος οὖν ἔστω, φησὶ, καὶ ἐν αἰκίαις, καὶ πόνοις ἡ ὑπὸ τῆς φυλῆς Ἐφραΐμ βασιλευομένη Σαμάρεια.

Ἀλλ' ἤ γε τοῦ παίοντος ἀργήσει χειρ, ἄγευστοι δὲ μενοῦμεν αἰκίας, εἰ παντὶ δὴ σθένει παραιτοίμεθα τὸ καταθήγειν ἐφ' ἑαυτοῖς εἰς ὀργὰς τὸν τῶν ὅλων Κύριον διά τοι τοῦ δρᾶν ἃ μὴ θέμις, καὶ ποιεῖσθαι περισπούδαστον τὸ ἀπηχθημένον αὐτῷ. Τιμῶντες δὲ μᾶλλον ταῖς ἐπιεικείαις ἐσόμεθα ταῖς εὐημερίαις ἐν καλῷ, λαμπρόν τε καὶ ἀξιόληπτον ἀληθῶς διαζήσομεν βίον.

Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τῷ Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος.

ΜΖ'. Τὴν εἰς τὴν ἐν ἀρχαῖς ἀναφοίτησιν τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ὁ προφητικὸς ἡμῖν ἐν τούτοις εὐαγγελίζεται λόγος. Διαμέμνηται δὲ μάλα σοφῶς τῆς ἀνακεφαλαιώσεως τῆς ἐν Χριστῷ γεγενῆσθαι λεγομένης. « Καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν αὐτῷ, » καθὼς γέγραπται· Καὶ τὰ μὲν ἀρχαῖα παρῆλθε, γέγονε δὲ δι' αὐτοῦ καινὰ, μεταστοιχειοῦντος τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἀνακαινίζοντος εἰς τὸ εὖ εἶναι πάλιν αὐτά. Βεβασίλευται γὰρ, καὶ περιπεποίηται πάλιν αἱρετὸν τὴν κατὰ πάντων ἀρχήν. Σημαίνεται δὲ τὸ καθόλου καὶ διὰ τῶν μερικῶς οἰκονομουμένων. Ἐβασιλεύετο γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ Ἰσραὴλ ἐν ἀρχαῖς ὑπὸ Θεοῦ, μεσολαβούντων ἁγίων. Εἶτα μετ' οὐ πολὺ νοσήσας τὸ εὐηθες, ἀτιμάσας τε τὸ πράττειν ὑπὸ Θεῷ, τὰ ἀνθρώπινα μᾶλλον τετιμήκασι κράτη. Καὶ γοῦν ᾔτησεν ἐφ' ἑαυτῷ βασιλέα τὸν Σαούλ. Εἶτα προσκεκρούκασιν οὐ μετρίως· λελυπημένος γὰρ ἔφασκεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῷ μακαρίῳ Σαμουήλ· « Οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἢ ἐμὲ ἐξουθενήκασι, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτούς. » Ὅτι δὲ τὸ χρῆμα αὐτοῖς ὀνησιφόρον μὲν οὐδαμῶς, πικρὸν δὲ, καὶ ἐπιζήμιον, καὶ ὀλέθρου πρόξενον, αὐτὴ δέδειχεν ἡ πεῖρα. Πῶς δ' ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Περιπεπτώκασι γὰρ δεινοῖς, καὶ ἀφύκτοις διὰ τοῦτο κακοῖς. Οὐκοῦν ἀνακομίζων ὥσπερ τὸν Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς, φημὶ δὴ τὸ ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐκ Βηθλεὲμ αὐτοῖς ἐσόμενον Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν προανακηρύττει Χριστόν.

Ἴοι δ' ἂν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ κἂν εἴ τῳ δοκῇ γενικὸν ὥσπερ τινὰ τὸν λόγον ποιεῖσθαι, Ἐπειδὴ γὰρ ἀποπεπτώκαμεν τῆς ὑπὸ Θεῷ βασιλείας, οἱ ἐπὶ τῆς γῆς, ὀθνεῖον ἑαυτοῖς καταστήσαντες ζυγὸν, καὶ Δεσπότην ἐπιγραψάμενοι τὸν οὐ φύσει Δεσπότην, μᾶλλον δὲ ἀλαζόνα, καὶ ἀποστάτην, φημὶ δὴ τὸν Σατανᾶν, ἐν παντὶ γεγόναμεν κακῷ. Ἀλλ' ὡς ἔφην ἀρτίως, « Εὐδόκησεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, μετέστησε δὲ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ ἐν τῷ φωτί. »

[97] II Cor. v, 17. [98] I Reg. VIII, 7. [99] Ephes. II, 10. [1] Coloss. I, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ποιεῖται δὲ οὖν τὸν λόγον πρὸς τὴν Βηθλεὲμ, ἤτοι τὸν οἶκον τοῦ Ἐφραθᾶ. Καὶ καλεῖται μὲν ὁ χῶρος Ἐφραθᾶ, Βηθλεὲμ δὲ, τὸ πολίχνιον, ἤγουν ἡ ἐν τῇ χώρᾳ κώμη, ὅθεν ἦν Ἰεσσαὶ καὶ Δαβὶδ, καὶ αὖτη πάλιν ἡ ἁγία Παρθένος, ἡ τὸ θεῖον ἡμῖν ἐκτέτοκε βρέφος τὸ παιδίον τὸν Ἰησοῦν· « Οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. » Βεβασίλευκε γὰρ διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐπειδὴ γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ταύτητοι, καθώς φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, « Ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵν' ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. » Ὦ τοίνυν Βηθλεὲμ, φησὶν, οἶκος Ἐφραθᾶ, εἰ καὶ « Ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, » τουτέστι, μυρίαι μὲν ὅσαι λαμπραὶ, καὶ μεγάλαι τῆς Ἰουδαίας αἱ πόλεις, καὶ πολυανδρίᾳ πληθύῃ τῶν ἐνοικούντων καταμεθύουσαι. Ἀλλ' εἰ καὶ ὀλίγοι παντελῶς οἱ σε κατοικοῦντες, καὶ νεμόμενοι, σὺ γενήσῃ τροφὸς, καὶ κληθήσῃ πόλις τοῦ βασιλεύσαντος ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ οὔτι που πάντως τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ· ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἐπαγγελίαις προεπηγγελμένων τῷ Ἀβραάμ. Ἔφη γάρ που πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. » Τὸ δὲ « Ἐν Ἰσαὰκ » ἐξ ἐπαγγελίας φησί. Βεβαία τοίνυν ἡ ὑπόσχεσις οὐχὶ μόνον τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ ταῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. Οὗτοι γὰρ ὁ Ἰσραὴλ, « Ὅτι τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται ὡς σπέρμα. » Ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγοι, κατάρξαι παντὸς τοῦ πιστεύοντος εἰς αὐτὸν, καὶ προσοικειοῦντος ἑαυτὸν ἐμοὶ δι' αὐτοῦ. Προσενηνέγμεθα γὰρ τῷ Πατρὶ δι' Υἱοῦ, καὶ μαρτυρήσει λέγων αὐτός· « Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. » Ἀνεδείχθη τοίνυν ἐκ Βηθλεὲμ ὁ Χριστὸς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ ἐν κήποις ἡμᾶς καταβόσκων, καὶ κρίνοις, καὶ τὴν τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων εὐοσμίαν παρατιθεὶς, καὶ οἷον ἄνθη προσάγων ὥριμα τὰ καθ' ἑαυτὸν, ταῖς ἐθέλουσιν ἀποδρέπεσθαι. Ἔφασκε γάρ· « Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων· » Ἀπ' ἀρχῆς δὲ εἶναί φησι τὰς ἐξόδους αὐτοῦ, καὶ ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, ἤτοι τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν τὴν Λόγου σημαίνων. Ἔστι γὰρ συναΐδιος τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, καὶ αὐτὸς τῶν αἰώνων ὁ ποιητὴς, ἤγουν ὅτι γέγονε μὲν ἄνθρωπος ὡς ἐν λοίσθῳ τοῦ αἰῶνος καιροῦ, προώρισταί γε μὴν ὡς ἐν προγνώσει Πατρὸς καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον. Ἐξόδους οὖν φησιν ἢ τὴν ἄχρονον τοῦ Θεοῦ ἐκ Πατρὸς γέννησιν εἰς ἰδίαν ὕπαρξιν τοῦ Υἱοῦ· ἤτοι τὴν ἀνάδειξιν, τὴν ἐν καιροῖς ἐσομένην, ὅτε γέγονε σάρξ· εἰ καὶ ἐξ ἡμερῶν προώριστό τε καὶ τέθειτο παρὰ τοῦ Πατρὸς Σωτήρ τε καὶ Λυτρωτὴς, οὐκ ἠγνοηκότος τὰ μεταξὺ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει συμβησόμενα διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν.

A Alloquitur ergo Bethlehem, sive domum Ephratha. Et vocatur quidem regio Ephratha, Bethlehem autem oppidulum, sive vicus regionis, unde oriundi Jesse, et David, et præterea sancta Virgo, quæ divinum nobis infantem peperit, puerulum Jesum : « Cujus imperium factum est super humerum ejus, et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus [2]. » Regnavit enim per crucem. Et quoniam factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, ideo, ut est apud divinum Paulum, « Deus ipsum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus est in gloria Dei Patris. Amen [3]. » Ait ergo : O Bethlehem B domus Ephratha, tametsi « minima es, ut sis in millibus Juda, » hoc est mille et amplius sunt in Judæa splendidæ et amplæ civitates, et incolarum infinitate refertissimæ. Sed quanquam pauci sunt plane cives, et incolæ tui, tu eris nutrix et vocaberis civitas regnantis **436** super Israel, nec super eos tantum utique qui sanguine sunt Israelitæ, sed super eos insuper qui in promissionibus Abrahamo prædicti sunt. Ait enim illi alicubi Deus : « In Isaac vocabitur tibi semen [4]. » Illud autem, « in Isaac, » ex promissione dicit. Firma est igitur promissio non solum iis qui sunt de sanguine Israel, sed etiam iis qui in præputio per vestigia fidei patris nostri Abraham ingrediuntur. Hi enim sunt Israel, « quoniam filii promissionis reputantur in semine [5]. » Ac si dicat, rector erit cujusvis in eum credentis, et mihi se per ipsum conciliantis. Oblati enim sumus Patri per Filium, et testatur id ipse his verbis : « Nemo C venit ad Patrem nisi per me [6]. » Editus est igitur in Bethlehem Christus pastor ille bonus [7], qui in hortis et liliis nos pascit [8], et evangelicorum oraculorum suaveolentiam apponit, et sua tanquam flores maturos decerpere volentibus exhibet. Dixit enim : « Ego flos campi, et lilium convallium [9]. » Egressus autem ejus a principio esse inquit, et ex diebus sæculi ; aut omnibus sæculis antiquiorem Verbi existentiam significans : est enim coæternus Patri suo, et ipsemet sæculorum conditor; aut quia homo natus est quidem quasi in extrema ætate sæculi : D mysterium autem in ipso peragendum in præscientia Patris ante constitutionem mundi prædestinatum est. Egressus itaque appellat aut temporis expertem Dei Filii ex Patre in propria subsistentia generationem, aut exhibitionem ejus in tempore futuram, quando caro factus est : aut etiam ex diebus sæculi prædefinitus et constitutus est Salvator et Redemptor, a Patre, qui quæ in medio humano generi per transgressionem Adam eventura erant non ignorabat,

[2] Isa. IX, 6. [3] Philipp. III, 8-11. [4] Gen. XXI, 12. [5] Rom. IX, 8. [6] Joan. XIV, 6. [7] Joan. X, 14-16, Cant. VI, 1. [8] Cant. II, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 3. *Propterea dabis eos usque ad tempus parientis. Pariet, et reliqui fratrum eorum convertentur ad filios Israel.*

XLVII. Videtur propheta cogitare secum forte, ratiocinarique, et dicere, non loquetur falsum Deus, et ad finem prorsus deducet quæ promisit. Et quia Israel in tam insigni spe est, et nascetur illis dux, regnabitque, et ab omni eos malo liberabit, cur tandem in manus hostium veniet? Deinde cogitato tempore promissionis, et ita, ut præsens concepto, sibi quodammodo respondet in hæc verba: Quoniam promissionis tempus diu procrastinabitur, ipsi autem in delictis non levibus sunt, **437** et neutiquam peccare desinunt, « idcirco dabis eos, » id est, trades, hostibus, o Domine, « usque ad tempus parientis, » donec divinus ille infans in visceribus virgineis concipiatur. Tunc enim erit redemptio, et felicitate stabili perfruentur, nihil ipsis omnino ad jucunditatem deficiente. Hæc propheta tunc volutante, et veluti apud se susurrante, subauscultans Deus, pariet, inquit, et ad fidem ipsum corroborat. Simile huic ad prophetam Habacuc dixit: « Adhuc pusillum, et qui venturus est, veniet, et non tardabit [10]. » Nascetur enim omnino, inquit, « reliqui autem fratrum ejus revertentur ad filios Israel [11]. » Suscepit enim fidem in Christum Judæorum ingens numerus, et ante alios beati discipuli: exciderunt autem spe qui in contumacia sua Christum contumeliosissime multaverunt. Cæterum in extremis temporibus cum aliis inferentur, et quasi cursu subeuntes, vix tandem eo accurrent, quo eos ab initio venisse præstiterat.

καιροῖς προσεπενεχθήσονται τοῖς ἄλλοις, καὶ οἷον ἐξ ἄμεινον ἐλθεῖν ἐν ἀρχαῖς.

VERS. 4. *Et stabit, et videbit, et pascet gregem suum in fortitudine Dominus, et in gloria nominis Domini Dei sui erunt. Quia nunc magnificabuntur usque ad terminos terræ, et hæc erit pax.*

XLVIII. Stabit, dicit, pro ἐπιστατήσει, *præerit*, suarumque ovium ipsemet pastorem aget, nec alteri cuipiam earum institutionem mandabit, sicut olim beato Mosi, sed ipse per semetipsum operam hanc præstabit. Verum est enim, non a legato quopiam, non ab angelo, sed ab ipso Deo nos salvatos esse. Pascet autem nos in fortitudine, citra omnem sudorem laboremque nostrum. Quasi enim defensorem pro nobis se objiciet, et salvabit strenue: nec sinet illegitimos pastores ex fallaciis suis celebritatem adipisci: nec feras immites in greges insilire; nec malignas et adversarias potestates patietur, quemadmodum olim, fidelibus robore prævalere, quibus dabit potius « super aspidem et basiliscum ambulare, leonemque et draconem conculcare [12]. » Per ipsum enim inclyti evasimus, et cum claritate

[10] Habac. II, 3. [11] Mich. V, 3. [12] Psal. XC, 13.

Διὰ τοῦτο δώσεις αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης. Τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.

ΜΖ'. Ἔοικεν ὁ προφήτης ἐντεθυμῆσθαι καθ' ἑαυτὸν ἐκεῖνο τάχα που, διαλογίζεσθαί τε καὶ λέγειν· Οὐ ψευδοεπήσει Θεὸς, ἀποπερανεῖ δὲ πάντως τὰ ἐπηγγελμένα. Καὶ εἴπερ ἐστὶν ἐν λαμπραῖς οὕτως ἐλπίσιν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ἀποτεχθήσεται μὲν αὐτοῖς ὁ ἡγούμενος, κατάρξει δὲ, καὶ παντὸς ἀπαλλάξει κακοῦ, τί καὶ ὅλως ἔσται δορύληπτος (1); Εἶτα τῆς ἐπαγγελίας ἐννενοηκὼς τὸν χρόνον, οὕτω τε παρόντα συνεὶς, ἑαυτῷ τρόπον τινὰ καὶ ἀπολογεῖται, λέγων· Ἐπεὶ γὰρ ἐν ὑπερθέσει μέν ἐστι μακρὸς τῆς ἐπαγγελίας ὁ χρόνος, αὐτοὶ δέ εἰσιν ἐν οὐ μετρίοις πταίσμασι, καταλήγουσι δὲ πλημμελοῦντες οὐδαμῶς, « ταύτητοι δώσεις αὐτοὺς, » τουτέστι, παραδώσεις ἐχθροῖς, ὦ Δέσποτα, « ἕως καιροῦ τικτούσης, » ἄχρις ἂν κυηθῇ, φησὶ, τὸ θεῖον ἐκεῖνο βρέφος ἐκ λαγόνων παρθενικῶν. Τότε γὰρ ἔσται λύτρωσις, καὶ ἐν βεβαίῳ κείσονται τῆς εὐημερίας, οὐδενὸς αὐτοῖς παντελῶς τῶν εἰς εὐθυμίαν ἐκλελοιπότος. Ταυτὶ τοῦ προφήτου διενθυμουμένου τέως, καὶ οἱονεὶ διαψιθυρίζοντος ἐν ἑαυτῷ, προσυπακούει Θεὸς, τέξεται, φησὶ, καὶ εἰς πίστιν αὐτὸν ἑδραῖον ἀποτελεῖ. Ὅμοιον δὲ τούτῳ πρὸς τὸν προφήτην Ἀμβακούμ· « Ἔτι μικρὸν ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. » Τεχθήσεται μὲν γὰρ πάντη τε καὶ πάντως, φησὶ, « οἱ δέ γε κατάλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. » Παρεδέξαντο μὲν γὰρ τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν τῶν Ἰουδαίων οὐκ εὐαρίθμητοι, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ μακάριοι μαθηταί· διωλισθήκασι δὲ τῆς ἐλπίδος οἱ ταῖς ἀπειθείαις περιυβρίσαντες. Πλὴν ἐν ἐσχάτοις ὑποδρομῆς ἀναδραμοῦνται μόλις, πρὸς ὅπερ ἦν

Καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ Κύριος, καὶ ἐν τῇ δόξῃ ὀνόματος Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι. Διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἔσται αὕτη ἡ εἰρήνη.

ΜΗ'. Τὸ « στήσεται » φησὶν ἀντὶ τοῦ καὶ ἐπιστατήσει, καὶ ἔσται τῶν ἰδίων προβάτων αὐτουργὸς ὁ ποιμὴν, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τὸ παιδαγωγεῖν ἐπιτρέψας, καθὼς καὶ πάλαι τῷ μακαρίῳ Μωσεῖ, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ· καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς ὡς οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς ἐν ἰσχύϊ παντὸς ἄνω τιθεὶς ἱδρῶτος, καὶ πόνου. Προβεβλήσεται γὰρ ὥσπερ, καὶ διασώσει γενναίως, οὐ ψευδοποιμέσιν ἐπιτρέπων ἐξ ἀπάτης εὐδοκιμεῖν, οὐ θηρσὶν ἀγρίοις ἐπιθρώσκειν ἀγέλαις· οὐ ταῖς πονηραῖς, καὶ ἀντικειμέναις δυνάμεσι συγχωρῶν, καθάπερ ἀμέλει καὶ πάλαι, κατανεανιεύεσθαι τῶν πεπιστευκότων, διδοὺς δὲ μᾶλλον αὐτοῖς « ἐπ' ἀσπίδα, καὶ βασιλίσκον ἐπιβαίνειν, λεόντά τε καὶ δράκοντα καταπατεῖν. » Εὐκλεεῖς γὰρ γεγόναμεν δι' αὐτοῦ, ἤρμεθά τε ὑψοῦ λαμπροὶ, καὶ διαφανεῖς, καὶ μέχρι τερμάτων γεγόναμεν τῆς ὑπ'

(1) Ed. Aub., δωρόληπτος, *dona accipiet.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὐρανόν. Αὐτὸς γὰρ ἡμῶν ἰσχὺς, δύναμις, καὶ μεσίτης καὶ διαλλακτὴς, καὶ αὐτὸς ἡμῶν ἡ εἰρήνη. « Καθεῖλε γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ κατήργησε μὲν ἐν δόγμασι τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν, » ἔκτισε δὲ τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τοῖς τῆς ἀγάπης δεσμοῖς εἰς ἑνότητα κατασφίγγων. Ὄνομα δὴ οὖν αὐτῷ πρέπον εἰρήνη, καὶ εἰ καλοῖτο Χριστός.

A splendoreque in altum evecti, et usque ad terminos orbis terrarum propagati sumus. Ipse namque est fortitudo nostra, virtus, mediator, reconciliator, et ipse pax nostra. « Solvit enim medium parietem maceriæ, et legem mandatorum in decretis evacuavit [12], » et duos populos in unum novum hominem condidit, faciens pacem, sicut scriptum est [13], 438 et charitatis vinculis in unitatem constringens. Nomen igitur illi idoneum pax, etsi Christus vocetur.

Ὅταν Ἀσσύριος ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν χώραν ὑμῶν, καὶ ἐπεγερθήσονται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ ποιμένες, καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων. Καὶ ποιμανοῦσι τὸν Ἀσσοὺρ ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ τὴν γῆν τοῦ Νεβρῶδ ἐν τῇ τάφρῳ αὐτοῦ, καὶ ῥύσεται ἐκ τοῦ Ἀσσοὺρ, ὅταν ἔλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὰ ὅρια ὑμῶν.

Vers. 5, 6. *Quando Assyrius venerit super terram vestram, et cum ascenderit super regionem vestram, et consurgent super eum septem pastores, et octo morsus hominum. Et pascent Assur in gladio, et terram Nebrod in fovea ejus, et liberabit de Assur, quando venerit super terram vestram, et cum ascenderit super terminos vestros.*

ΜΘ'. Ἡ Ἑβραίων ἔκδοσις τοῦ προκειμένου κεφαλαίου ποιεῖται τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ, « Καὶ ἔσται αὐτὴ ἡ εἰρήνη, ὅταν Ἀσσύριος ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν χώραν ὑμῶν. » Οὗτος γὰρ ἔσται, φησὶ, τῆς εἰρήνης ὁ τρόπος, εἰ δὴ βούλοιτο καταθεῖν τῆς ὑμῶν γῆς τε καὶ χώρας ὁ Ἀσσούρ. Διερμηνεύοντες δὲ τοὺς στίχους, ἐροῦμεν ἡμεῖς, ὅτι τῶν αἰσθητῶν, καὶ ἐμφανεστέρων πραγμάτων ἀποφοιτᾷ πάλιν ὁ λόγος, αἴρεται δὲ ὥσπερ ὑψοῦ, καὶ ἐμφανοῦς εἰκόνος ἀποφέρει λεπτῶς ἐπὶ τὰ νοητῶς συμβαίνοντα. Ἀσσύριον μὲν γὰρ ἐν τούτοις ἄνδρα μὲν οὐκέτι τὸν ἐκ Βαβυλῶνος, κατασημαίνει δὲ μᾶλλον τὸν τῆς ἁμαρτίας εὑρετὴν, ἤτοι τὸν Σατανᾶν. Μᾶλλον δὲ, ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, τὴν ἀτίθασσον τῶν δαιμονίων πληθὺν, ἣ παντὸς ἀγίου κατεξανίσταται νοητῶς, καὶ μάχεται τῇ ἁγίᾳ πόλει τῇ νοητῇ Σιὼν, ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς ἐπεμέμνητο, λέγων· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. » Κατοικεῖ γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ὥσπερ τινὰ πόλιν ἰδίαν ἐποιήσατο Χριστὸς, καίτοι τῇ τῆς θεότητος φύσει τὰ πάντα πληρῶν. Αὕτη δὴ οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ πόλις γῆ τις ὥσπερ ἐστὶ καὶ χώρα τῶν ἡγιασμένων, καὶ τὴν εἰς Θεὸν ἑνότητα πεπλουτηκότων ἐν πνεύματι. « Ὅταν τοίνυν Ἀσσύριος, φησὶ, ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν πόλιν ὑμῶν, » τουτέστιν, εἰ μάχοιντο τοῖς ἁγίοις αἱ βάρβαροι καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις, οὐκ ἐρήμους εὑρήσουσι τῶν παρεστηκότων. « Κατεξαναστήσονται γὰρ αὐτῶν, ἑπτὰ μὲν ποιμένες, ὀκτὼ δὲ ἀνθρώπων δήγματα. » Ἔοικε δὲ τῆς προφητείας ὁ νοῦς ἀπὸ τῶν καιρῶν, ἤτοι τῶν ἀριθμῶν, τοῦ τε ἑπτά φημι, καὶ τοῦ ὀκτὼ, τοὺς ἁγίους βούλεσθαι δηλοῦν, τοὺς πρὸ τῆς ἐπιδημίας, καὶ τοὺς κατ' αὐτὴν ἅμα, καὶ μετ' αὐτὴν γεγονότας. Τετίμητο γὰρ πρὸ τῆς ἐπιδημίας, καὶ κατὰ τὸν Μωσέως νόμον ἐν ἑβδομάσι σαββατισμὸς, καὶ ἦν ἔτι τῆς σκιᾶς ὁ καιρός. Τότε καὶ τὸ τῶν ἁγίων προφητῶν ἀνεδείχθη στίφος, παιδαγωγοῦν εἰς εὐσέβειαν, καὶ ἐπίγνωσιν τοῦ καιροῦ. Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἐπέφανεν ὁ Μονογενὴς, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀνέτλη σταυρὸν, ἀνεβίω δὲ

XLIX. Hebræorum editio propositi contextus initium facit ab illis verbis : « Et erit hæc pax, quando Assyrius venerit super terram vestram, et quando ascenderit super regionem vestram. » Hic enim erit pacis modus, inquit, si Assur terram et regionem vestram incursare voluerit. Quod ad interpretationem versuum attinet, dicemus nos, a rebus sensus tangentibus, et manifestis denuo abire sermonem, et eum tolli quodammodo in sublime, atque aperta ex imagine ad ea quæ ita contingunt, ut intelligi tantum possint, subtiliter deducere. Assyrium enim in his verbis non jam hominem illum Babylonium, sed inventorem peccati potius, sive Satanam exprimit. Imo vero, ut universe loquar, implacabilem dæmoniorum multitudinem, quæ omni bono ratione quæ intelligentia videtur, resistit, et sanctam civitatem Sion, quam animo intuemur, oppugnat, cujus et divinus Modulator meminit in hæc verba : « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [14]. » Inhabitat enim Christus Ecclesiam, et tanquam propriam sibi civitatem fecit, etsi natura divinitatis universa compleat. Hæc itaque civitas Dei quasi quædam tellus, et regio sanctificatorum, et unitate in Deo per spiritum locupletatorum est. « Quando igitur Assyrius, inquit, venerit super civitatem vestram, » hoc est, si barbaræ et adversariæ potestates sanctos lacessiverint, non eos præsidiariis destitutos reperient. « Nam illis septem quidem pastores, octo autem morsus hominum resistent. » Videtur sententia hujus vaticinii ex temporibus, sive ex numeris, septenario, inquam, et octonario significare sanctos quique ante Christi adventum, quique ipso adventu, et post vixerunt. Nam et ante adventum secundum legem Mosis quoque in hebdomadibus Sabbatismus honoratus est [15], et erat tum adhuc umbræ tempus. Tum quoque sanctorum prophetarum turba se exhibuit, qui homines ad pietatem et agnitionem venturi temporis erudierunt. 439 Postquam deinde Unigenitus apparuit, et pro omnium

[12] Ephes. II, 14. [13] ibid. 15. [14] Psal. LXXXVI, 3. [15] Deut. XVI, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vita crucem sustinuit, spoliatoque inferno tertia die in vitam rediit, sanctis apostolis mandavit, « Ut informarent omnes gentes, et baptizarent eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [17], » docerentque servare omnia quæcunque præcepisset. Hos igitur octo hominum morsus dicit, utpote et qui tum eo resurgente, et qui post fuissent insinuans. Quando igitur supervenerit Assyrius, inquit, sive alienigena et barbarus, tunc ad septem pastores veniet, et ad morsus octo. Constat enim etiam lege florente sanctos exstitisse, quos septem pastores nominat, et præter hos apostolos, et evangelistas, et Ecclesiæ suis temporibus magistros, qui semper bellarent, et dæmonum fraudibus generose obviam irent, et maligni perversitatibus suam vigilantiam quasi adversam aciem opponerent. Etenim sanctam terram regionemque habitantes salvos præstant, traditis ad omnem virtutem præceptis eos communientes. Porro chorum sanctorum aliquo modo Satanæ insidiaturum, et morsibus intelligibilibus illum consumpturum, rursum declarat Deus per vocem sancti, sic de eo loquens : « Væ qui multiplicat sibi quæ non sunt sua ! Usquequo ? et aggravat densum lutum contra se. Quia subito consurgent mordentes eum, et vigilabunt insidiatores tui ; et eris in rapinam ipsis ; quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes reliqui populi [18]. » Audis morsum, et spoliatum iri multiplicantem sibi quæ ejus non sunt ? hoc est Satanam. Deinde spoliatores ejus vocat « relictos, » hoc est, posteros Jacob. Quod si quis etiam Assyrius quibusdam supervenerit, hoc est, aliter sapiens, et errore seductus, et fidem veram germanamque non habens, claudicans autem, et velut mente fractus, et huic veritatis robur opponunt, propemodum ut lupum mordentes, et ab ovium intelligibilium grege repellentes. Septem igitur pastores isti, et qui ut in octo morsibus intelligendi sunt, « Assur in rhomphæa pascent. » Verbum «pascent» pro persequentur, usurpavit. Quia enim pastorum meminit, sermonis metaphora servata, pascent dixit. Quæ autem rhomphæa merito intelligenda sit, qua sancti uti consueverint, Psalles ostendit, de ipsis loquens : « Et rhomphææ ancipites in manibus eorum [19]. **440** Vivus enim sermo Dei, et penetrabilior omni gladio ancipiti [20]. » Paulus quoque militem, qui in Christo intelligitur, armans, dat ei « gladium spiritus, quod est verbum Dei [21]. » Divinam autem et validissimam rhomphæam, id est, verbum Dei, persequi Assur, nihilominus nos docet propheta Isaias, his verbis : « Et erit in die illa, inducet Deus gladium sanctum, et magnum, et fortem super draconem colubrum tortuosum, et occidet draconem [22]. » Et iterum : « Et erit cum consummaverit Dominus cuncta faciens in Sion et Jerusalem, inducet super mentem magnam, super principem Assyriorum, et super celsitudinem gloriæ oculorum

A αὖ, σκυλεύσας τὸν ᾅδην τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ [γρ. τρίτῃ] τότε τοῖς ἁγίοις κελεύσας ἀποστόλοις « Μαθητεύειν μὲν πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζειν δὲ αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, » διδάξαι δὲ τηρεῖν ὅσα αὐτοῖς ἐντέταλται. Τούτους οὖν ἄρα φησὶ τὰ ὀκτὼ τῶν ἀνθρώπων δήγματα, ὡς ἀπό γε τοῦ τῆς ἀναστάσεως καιροῦ, τοὺς ἐν αὐτῷ τε καὶ μετ' αὐτὸν γεγονότας ὑποδηλῶν. Ὅταν τοίνυν ἐπέλθῃ, φησὶν, ὁ Ἀσσύριος ἢ ἀλλογενὴς, καὶ βάρβαρος, τότε δὴ, τότε πρὸς ἑπτὰ μὲν ἥξει ποιμένας, πρὸς δήγματα δὲ ὀκτώ. Εὑρήσομεν γὰρ καὶ τοὺς ἐν καιρῷ τοῦ νόμου γεγονότας ἁγίους, οὓς ἑπτὰ ποιμένας φησὶ, καὶ πρός γε δὴ τούτοις ἀποστόλους τε καὶ εὐαγγελιστὰς, καὶ τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν κατὰ καιροὺς διδασκάλους, ἀεὶ πολεμοῦντας, καὶ ἀνθεστηκότας γενναίως ταῖς τῶν B δαιμόνων ἀπάταις, καὶ ταῖς τοῦ πονηροῦ δυστροπίαις τὴν οἰκείαν ὥσπερ ἀντεξάγοντας νῆψιν. Ἀνασώζουσι γὰρ τοὺς τὴν ἁγίαν οἰκοῦντας χώραν τε καὶ γῆν, ταῖς εἰς ἅπαν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων παιδαγωγίαις ἀσφαλιζόμενοι. Ὅτι δὲ ἔμελλεν ὁ τῶν ἁγίων χορὸς ἐπιβουλεύειν τρόπον τινὰ τῷ Σατανᾷ, καὶ νοητοῖς αὐτὸν δήγμασι δαπανᾷν, διεσάφει καὶ πάλιν Θεὸς διὰ φωνῆς ἁγίου λέγων περὶ αὐτοῦ · « Οὐαὶ, ὁ πληθύνων αὐτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ ! Ἕως τίνος ; καὶ βαρύνων τὸν πηλὸν αὐτοῦ στιβαρῶς. Καὶ ὅτι ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτὸν, ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς, ὅτι σὺ ἐσκύλευσας ἔθνη πολλὰ, σκυλεύσουσί σε πάντες οἱ ὑπολελειμμένοι λαοί. » Ἀκούεις ὅτι καταδηχθήσεσθαί φησι καὶ σκυλευθήσεσθαι τὸν πληθύνοντα ἑαυτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ ; C τουτέστι, τὸν Σατανᾶν. Εἶτα τοὺς σκυλεύσαντας αὐτὸν ὀνομάζει τοὺς « ὑπολελειμμένους, » τουτέστι, τοὺς ἐξ Ἰακώβ. Ἀλλ' εἰ καί τις Ἀσσύριος ἐπέλθῃ τισὶ, τουτέστιν, ἀνὴρ ἑτερόφρων, καὶ πεπλανημένος, καὶ τὴν εἰς εὐθὺ διάττουσαν πίστιν οὐκ ἔχων, χωλεύων δὲ ὥσπερ, καὶ κεκλασμένος τὸν νοῦν, ἀντανιστᾶσι καὶ τούτῳ τὴν τῆς ἀληθείας δύναμιν, ὡς λύκον μονονουχὶ καταδάκνοντες καὶ τῆς τῶν νοητῶν προβάτων ἀγέλης ἐξωθοῦντες. Οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἑπτὰ ποιμένες, καὶ ὡς ἐν ὀκτὼ νοούμενοι δήγμασι. « Ποιμανοῦσι τὸν Ἀσσοὺρ ἐν ῥομφαίᾳ. » Τὸ « ποιμανοῦσιν » ἀντὶ τοῦ διώξουσι λέγει. Ἐπεὶ γὰρ ἐμνήσθη ποιμένων, τετήρηκε τὴν τοῦ λόγου μεταφοράν, τὸ ποιμανοῦσιν εἰπών. Καὶ τίς ἡ ῥομφαία νοεῖτ' ἂν εἰκότως, ᾗ κεχρῆσθαι τοὺς ἁγίους ἔθος, σαφηνίζει λέγων ὁ Ψαλμῳδὸς περὶ D αὐτῶν· « Καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. » Ἐξοπλίζων δὲ καὶ ὁ Παῦλος τὸν ἐν Χριστῷ νοούμενον στρατιώτην, δίδωσιν αὐτῷ « τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. » Ὅτι δὲ διώκει τὸν Ἀσσοὺρ ἡ θεία καὶ παναλκὴς ῥομφαία, τουτέστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐδὲν ἧττον ἡμᾶς ἀναπείσει λέγων καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Καὶ ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν, τὴν μεγάλην, καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν σκολιὸν, καὶ ἀνέλῃ τὸν δράκον-

[17] Matth. xxviii, 19. [18] Habac. ii, 10, 11. [19] Psal. cxlix, 6. [20] Hebr. iv, 12. [21] Ephes. vi, 17. [22] Isa. xxvii, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τα. » Καὶ πάλιν· « Καὶ ἔσται, ὅταν συντελέσῃ Κύριος πάντα ποιῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἐπάξει ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν, ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς δόξης τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Εἶπε γάρ· Ἐν τῇ ἰσχύϊ μου ποιήσω, καὶ τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεώς μου ἀφελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν προνομεύσω, καὶ σείσω πόλεις κατοικουμένας. » Ἐν ταύτῃ οὖν τῇ ῥομφαίᾳ ποιμανοῦσι τὸν Ἀσσὼρ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν τοῦ Νεβρώδ. Τὴν τῶν Ἀσσυρίων ὀνομάζει χώραν, ἤτοι τὴν Βαβυλωνίων, περὶ ἣν, ὡς φασι, βαθεῖα βέβληται τάφρος· γῆν δὲ αὐτὴν τοῦ Νεβρὼδ ὀνομάζει, διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι τὴν Βαβυλωνίων ἀρχὴν, καὶ γένεσιν, καὶ πατέρα τοῦ γένους. Γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τῇ Γενέσει περὶ αὐτοῦ· « Υἱοὶ Ῥεγμὰ Σαβὰ, καὶ Δαδάν. Χοῦς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ. Οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. Οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλὼν, καὶ Ἀρὰχ, καὶ Ἀρχὰδ, καὶ Χαλάννη. » Περσικὸν δὲ τοῦτο χωρίον καὶ ἡ θεία λέγει Γραφή. Γῆν οὖν ἄρα τοῦ Νεβρὼδ τὴν Βαβυλῶνά φησιν, ἣ τάφρῳ διέζωσται, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. Οὕτω δὴ οὖν « Ποιμανοῦσι, φησὶ, τὸν Ἀσσύριον, καὶ πᾶσαν δὲ τὴν γῆν τοῦ Νεβρὼδ, » ὡς εἴσω μένειν τῆς τάφρου, καὶ πόλεων μὲν ἢ χωρῶν κατευρύνεσθαι οὐκέτι. Μένειν δὲ ὥσπερ οἴκοι περιδεεῖς, καὶ τρέμοντας τοῦτό στίφη· οὐ γὰρ ἔτι τῆς ὑφ' ἥλιον καταλαζονεύεται.

A ejus. Dixit enim : In fortitudine faciam, et sapientia intellectus auferam terminos gentium, et fortitudinem eorum deprædabor, et concutiam civitates habitatas[23]. » In ista igitur rhomphæa pascent Assur, et omnem terram Nebrod. Assyriorum, sive Babyloniorum regionem ita appellat, quam, ut ferunt, profunda fossa cingit ; ipsam autem terram Nebrod, propterea quod ipse Babyloniorum initium, origo et parens sit. Super quo exstat in Genesi hunc in modum : « Filii Regma Saba, et Dadan. Porro Chus genuit Nemrod, hic cœpit esse gigas super terram. Ille erat gigas, venator coram Domino. Propter hoc dicent, quod Nemrod gigas venator coram Domino. Et fuit principium regni ejus Babylon, et Arach, et Archad, et Chalanne[24], » quod et ipsa Scriptura oppidum Persicum B dicit. Terram igitur Nemrod Babylonem dicit, quæ fossa circumdatur, ut jam dicebam. Sic igitur « Pascent Assyrium, inquit, et omnem terram Nemrod, » ut intra fossam maneant, nec ultra urbibus aut regionibus dilatentur. Tanquam domi autem manere dæmonum globos, pavitantes, et trepidantes, ne quid tale per Christum patiantur, certum est : haud enim amplius super mundo universo insolenter gloriantur.

Καὶ ἔσται τῷ Ἰακὼβ τὸ ὑπόλειμμα ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν μέσῳ λαῶν πολλῶν, ὡς δρόσος παρὰ Κυρίου πίπτουσα, καὶ ὡς ἄρνες ἐπ' ἄγρωστιν, ὅπως μὴ συναχθῇ μηδεὶς, μηδὲ ὑποστῇ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. C

Vers. 7. *Et erit reliquum Jacob in medio populorum multorum, quasi ros a Domino cadens, et quasi agni super gramen, ut non congregetur quisquam, neque subsistat in filiis hominum.*

Ν'. Ἔφην ἤδη πλειστάκις, ὅτι σέσωσται τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἀπόλωλεν εἰσάπαν τὸ ἐξ Ἰακὼβ γένος. Πεπιστεύκασι γὰρ εἰς Χριστὸν οὐκ ὀλίγοι, καὶ τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν καὶ πρὸ τῶν ἐθνῶν πεπλουτήκασιν. Ἀλλ' ἐκ τούτου τοῦ καταλελειμμένου μέρους καὶ αὐτοὶ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οἱ συνηθληκότες αὐτοῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Τούτους δὴ οὖν αὐτοὺς σεσῶσθαί φησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οἷόν τινα δρόσον ἀγρῶν καταχεομένην, καὶ τῆς διαβολικῆς δυστροπίας τὸν καύσωνα παραλύουσαν. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἀγροῖς ποτε καὶ κρίνοις, εἰ τὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἐμπίπτοι σέλας, χαλᾶσθαι ποιεῖ πρὸς τὸ ἀκαλλὲς, καὶ μεμαράνθαι· οὕτω καὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρετὴς κοσμικαῖς φιληδονίαις, ὅτε τὸν ἀνθρώπινον καταφλεγμαίνει νοῦν, καὶ μαραίνει τρόπον τινὰ, καὶ ἀκαλλῆ πάνυ φαίνεσθαι ποιεῖ. Ἀνορθοῖ δὲ ὥσπερ αὐτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καθὼς καὶ ἄνθος ἢ πόας ἡ δρόσος. Καὶ οὕτως ἔσονται, φησὶ, καὶ οἱ ἐξ Ἰακὼβ ἐν τοῖς ἔθνεσι, τὰς τῶν πειθομένων ψυχὰς οἷά τινι δρόσῳ κατάρδοντες τοῖς εἰς εὐσέβειαν λόγοις, καὶ μαθήμασιν εὐαγγελικοῖς πλουσίως καταπιαίνοντες. Καὶ ὥσπερ ἀμνοῖς πολλή τε καὶ εὐανθὴς εἰ παράκειται πόα, τότε δὴ, τότε καταθρυφῶσί τε καὶ κατασκαίρουσι· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ τῶν διδασκόντων ὁ νοῦς τροφὴν ποιεῖται, καὶ τέρψιν τῶν παιδαγωγουμένων, τὸ εὐήκοον αὐτοῖς καὶ εὐπειθὲς ἐπιφέρουσα. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς Σαμα-

L. Dixi jam sæpe salvatas esse reliquias Israel[25], nec universum genus Jacob interiisse. Non pauci enim in Christum crediderunt, 441 et ante gentes etiam per fidem salutis divitias acquisierunt. Porro in parte ista relicta nihilominus divini discipuli numerantur, et qui in Evangelio proseminando certaminum socios illis sese præbuerunt. Hos ipsos ergo inter gentes esse affirmat, veluti rorem agris superfusum et diabolicæ pravitatis æstum refrigerantem. Quemadmodum enim in agris nonnunquam radiorum solarium fulgor lilia percutiens, ad deformitatem ea languescere, et marcescere facit ; ita quoque peccati auctor, cum animum hominis mundanarum voluptatum ardore incendit, et marcidum reddit quodammodo, et speciem ejus deformissimam efficit. Sed D divinus sermo eumdem, sicut ros florem aut herbam, quasi rursum erigit. Tales erunt, inquit, et qui ex Jacob genus ducunt inter gentes, sermonibus pietatis credentium animas veluti rore quodam perfundentes et doctrinis evangelicis abunde impinguantes. Et sicuti cum agnis multum et viridans pabulum est propositum, tunc sane luxuriant et saliunt ; ita, ut arbitror, docentium animus eorum qui docentur et sacris eruditiuntur facilitatem et obedientiam alimentum et delectationem suam facit. Itaque Dominus noster Jesus Christus Sama-

[23] Isa. x, 12, 13. [24] Gen. x, 7-10. [25] Isa. x, 22 ; Rom. ix, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ritanorum obsequendi promptitudinem quasi propriam et sibi accommodatam alimoniam ducebat. Ait enim apostolis : « Ego cibum habeo manducare, quem vos nescistis [25]. » Illico declarandi causa subdit : « Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, et perficiam opus ejus [26]. » Cibus ergo et deliciæ sanctorum opus Dei est. Persultabunt igitur, inquit, qui sunt de progenie Jacob, quasi gramen, id est, bene florentem herbam tondentes, et eos qui de gentibus crediderunt quasi depascentes, adeo dilatatam prædicationis viam invenient, ut adversum eos congregari, et subsistere contra illos nemo possit, hoc est, neque congredi cum illis, neque eorum impetum sustinere, hoc enim sibi vult hoc loco ὑποστῆναι, *subsistere*, si qui de filiis hominum eos afflictare constituerint. Multa quippe a multis adversum eos cogitata et incepta sunt, quæ tamen eis nihil obfuerunt, Deo potentium furores comprimente, et admirabiliter ab omni tentatione eos liberante, salvosque et incolumes præstante.

A νιον, καὶ τῶν μυσταγωγουμένων, τὸ εὐπειθές. Καὶ γοῦν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν Σαμαρειτῶν εὐπείθειαν ἰδίαν ὥσπερ, καὶ αὐτῷ πρέπουσαν ἐποιεῖτο τροφήν. Ἔφη γὰρ τοῖς ἀποστόλοις· « Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Εἶτα τοῦτο δηλῶν, προσετίθει λέγων· « Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. » Βρῶμα δὴ οὖν τοῖς ἁγίοις, καὶ τρυφὴ, τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. Κατορχήσονται τοίνυν, φησὶν, ὥσπερ ἄγρωστιν, ἤγουν εὐανθῆ κείροντες πόαν, καὶ οἱονεί πως καταφερβόμενοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας οἱ ἐξ Ἰακὼβ, κατευρυνομένην οὕτω τοῦ κηρύγματος εὑρήσουσι τὴν ὁδὸν, ὡς μηδένα δύνασθαι συναχθῆναί τε καὶ ὑποστῆναι κατ' αὐτῶν, τουτέστι, μήτε συνελθεῖν, μήτ' ἀντισχεῖν, τοῦτο γὰρ τὸ ὑποστῆναι, εἰ κακοῦν B ἔλοιντό τινες τῶν ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. Πολλοὶ μὲν γὰρ, καὶ παρὰ πολλῶν σκέψεις, καὶ ἐγχειρήματα συντέθειντα κατ' αὐτῶν, ἠδίκηνται δὲ οὐδὲν, Θεοῦ κατευνάζοντος τοὺς τῶν ἰσχυόντων θυμοὺς, καὶ παραδόξως αὐτοὺς ἐκ παντὸς ῥυομένου τε καὶ ἀνασώζοντος πειρασμοῦ.

LI. Utiles et memorabiles narrationes, quamvis iterentur, molestia carent et jucunditate demulcent. Reliquiæ igitur Jacob, inquit, hoc est, de genere Jacob per fidem in Christum salvati, et evangelicorum oraculorum præcones sacerdotesque constituti, inter gentes instar roris erunt, pascenturque ut agni per herbam pulchram et uberem salientes. Erunt nihilominus ut leo inter jumenta saltus, rugitum edens vehementem et horribilem, et remotos etiam metu percellens. Erunt etiam ut catuli leonis in grege, generose nimirum contra insurgentes. Dominus enim noster Jesus Christus sanctis discipulis suis dicebat : « Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum [27], » hoc est, mites et modeste vos gerentes. Eorum fortitudo corda oppugnantium eos confregit, multamque ipsis venerationem conciliavit. Sic inimicos superarunt et adversarios devicerunt. Lupis terribiles facti sunt, quanquam ovium locum ordinemque tenerent. Effugerunt insidias, « pericula latronum, ut beatus Paulus scribit, pericula ex genere, pericula ex falsis fratribus [28], » et haud secus quam a leonibus gentium greges ab iis diripiebantur. Qui autem eas propriis voluntatibus ad exitium paverat Satanas, opem contra ferre non poterat, et quod ad salutem captum fuerat, de manibus apostolicis eripere non valebat. Atque hoc nempe est, quod ad eum per Habacuc dicitur : « Væ qui multiplicat sibi quæ non sunt sua! Usquequo? et aggravat densum lutum contra

Ναʹ. Τὰ χρηστὰ, καὶ ἀξιάκουστα τῶν διηγημάτων, κἂν εἰ διὰ τῶν αὐτῶν προέρχοιντο λόγων, οὐκ ἂν ἔχοιεν τὸ φορτικὸν, ἕψεται δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὸ ἐπίχαρι. Τὸ κατάλειμμα οὖν τοῦ Ἰακὼβ φησι, τουτέστιν, οἱ ἐξ Ἰακὼβ σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἀναδεδειγμένοι κήρυκες καὶ ἱερουργοὶ, ἔσονται ὡς δρόσος ἐν τοῖς ἔθνεσιν, νεμηθήσονται δὲ ὡς ἄρνες, καλῆς καὶ ἀμφιλαφοῦς κατασκαίροντες πόας. Γενήσονται δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ὡσεὶ λέων ἐν κτήνεσι δρυμοῦ, βαθὺ καὶ φρικῶδες καταβρυχόμενος, καὶ μέγα ἐντιθεὶς τὸ δεῖμα καὶ τοῖς μακράν. Ἔσονται δὲ καὶ ὡς σκύμνοι λέοντος ἐν ποιμνίῳ, κατεξανιστάμενοι δηλονότι γενναίως. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, » τουτέστι, πρᾴους μὲν καὶ ὑφειμένους. Ἰδία δὲ αὐτοῖς ἰσχὺς τὰς τῶν πολεμούντων συνθραύσει καρδίας καὶ πολύ τι τὸ περὶ αὐτοὺς ἐργάζεται σέβας. Οὕτω κεκρατήκασι τῶν ἐχθρῶν, νενικήκασι τοὺς ἀντεστηκότας. Φοβεροὶ τοῖς λύκοις γεγόνασι, καίτοι προβάτων ἐν τάξει κείμενοι. Διέδρασαν τὰς ἐπιβουλὰς, « κινδύνους λῃστῶν, ὡς ὁ μακάριος γράφει Παῦλος, κινδύνους ἐκ γένους, κινδύνους ἐν ψευδαδέλφοις, » καὶ διηρπάζοντο μὲν ὡς ὑπὸ τῶν λεόντων αἱ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι. Ὁ δὲ ἰδίοις αὐτὰς θελήμασι καταβοσκήσας εἰς ὄλεθρον Σατανᾶς, ἐπαμύνειν οὐκ εἶχεν, οὔτε μὴν ἐκσπᾶσαι χειρῶν ἀποστολικῶν τὸ εἰλημμένον εἰς σωτηρίαν. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ πρὸς αὐτὸν εἰρημένον διὰ φωνῆς Ἀμβακούμ·

Καὶ ἔσται τὸ ὑπόλειμμα τοῦ Ἰακὼβ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν μέσῳ λαῶν πολλῶν ὡς λέων ἐν κτήνεσι ἐν τῷ δρυμῷ, καὶ ὡς σκύμνος ἐν ποιμνίοις προβάτων. Ὃν τρόπον ὅταν διέλθῃ, καὶ διαστείλας ἁρπάσῃ, καὶ μὴ ᾖ ὁ ἐξαιρούμενος. Ὑψωθήσεται ἡ χείρ σου ἐπὶ τοὺς θλίβοντάς σε, καὶ πάντες οἱ ἐχθροί σου ἐξολοθρευθήσονται.

[25] Joan. IV, 32. [26] ibid. 34. [27] Matth. X, 16. [28] II Cor. XI, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Οὐαὶ ὁ πληθύνων ἑαυτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτῷ. Ἕως A
τίνος; καὶ βαρύνων τὸν πηλὸν αὐτοῦ στιβαρῶς, ὅτι
ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτὸν, καὶ ἐκνή-
ψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς.
Ὅτι σὺ ἐσκύλευσας ἔθνη πολλὰ, σκυλεύσουσί σε πάν-
τες οἱ ὑπολελειμμένοι λαοί. » Κατέδακνον μὲν γὰρ
οἱ ὀκτὼ, καὶ διήρπαζον ὡς σκύμνοι τὰ παρ' ἐκείνου
συνηθροισμένα. Συναγήγερκε γὰρ αὐτῷ τὰ οὐκ ὄντα
αὐτῷ, Θεοῦ γὰρ ὁ ἄνθρωπος· μᾶλλον δὲ καὶ οὐδὲ
ἐκείνου παντελῶς. Πλὴν ἐσκυλεύετο παρὰ « τῶν ὑπο-
λελειμμένων λαῶν, » ἵνα πάλιν ἐννοῇς τῶν εὐαγγε-
λικῶν θεσπισμάτων τοὺς ἱερουργούς. Εἶτα πρὸς αὐ-
τοὺς ὁ ἐνισχύων αὐτοὺς, καὶ συνέχων Κύριος· « Ὑψω-
θήσεται, φησὶν, ἡ χείρ σου ἐπὶ τοὺς θλίβοντάς σε,
καὶ πάντες οἱ ἐχθροί σου ἐξολοθρευθήσονται. » Νενι-
κήκασι γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν Χριστῷ, καὶ ἀμείνους ἦσαν B
ἀπάσης ἐπιβουλῆς, καὶ διέλαμψαν ἐν κόσμῳ, καὶ κατεκράτησαν ἐχθρῶν, Θεῷ κατακτώμενοι τοὺς ἀπολω-
λότας.

se, quia subito consurgent mordentes eum, et vigi-
labunt insidiatores tui, et eris in rapinam ipsis.
Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te om-
nes reliqui populi [29].» Mordebant enim illi octo,
et ab illo congregata ceu catuli leonum diripiebant.
Congregaverat enim sibi, quæ non erant ejus; Dei
enim est homo, quin ne Dei quidem penitus. Verum-
tamen a « reliquis populis » spoliatus est, ut rursum
evangelicorum **443** oraculorum sacros ministros
et interpretes intelligas. Deinde Christus eos cor-
roborans, et conservans, sic affatur: « Exaltabitur
manus tua super tribulantes te, et omnes inimici
tui disperdentur. » Vicerunt enim in Christo, ut
dixi, et omnibus insidiis majores fuerunt, in mundo
splenduerunt, hostes domuerunt, perditosque Deo
recuperarunt.

Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, ἐξολοθρεύσω τοὺς ἵππους σου ἐκ μέσου σου, καὶ ἀπολῶ τὰ ἅρματά σου. Καὶ ἐξολοθρεύσω τὰς πόλεις τῆς γῆς σου· καὶ ἐξαρῶ πάντα τὰ ὀχυρώματά σου· καὶ ἐξολοθρεύσω τὰ φάρμακά σου ἐκ τῶν χειρῶν σου· καὶ ἀποφθεγγόμενοι οὐκ ἔσονται ἐν σοί. Καὶ ἐξολοθρεύσω τὰ γλυπτά σου, καὶ τὰς στήλας σου ἐκ μέσου σου· καὶ οὐκ ἔτι μὴ προσκυνήσῃς τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου. Καὶ ἐκκόψω τὰ ἄλση ἐκ μέσου σου· καὶ ἀφανιῶ τὰς πόλεις σου. Καὶ ποιήσω ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀνθ' ὧν οὐκ εἰσήκουσαν.

VERS. 10-14. *Et erit in die illa, dicit Dominus, interficiam equos tuos de medio tui, et disperdam currus tuos. Et subvertam civitates terræ tuæ, et auferam omnes munitiones tuas, et perdam omnia veneficia tua de manibus tuis, et qui loquantur, non erunt in te. Et disperdam sculptilia tua, et statuas tuas de medio tui et non adorabis ultra opera manuum tuarum. Et succidam lucos tuos de medio tui et demoliar civitates tuas. Et faciam in ira, et in furore ultionem in gentibus, pro eo quod non audierunt.*

NB'. Ἐπανήκει πάλιν ὁ λόγος ἐπὶ τὰ σκυθρωπὰ, καὶ καταλήγει μὲν τέως τῶν ἐπὶ Χριστῷ λαμπρῶν, καὶ ἀξιαγάστων διηγημάτων. Συνείρει δὲ ὥσπερ τοῖς C
ὀπίσω ταυτὶ, καὶ τὰ ἐξ ὀργῆς ἐσόμενα δηλοῖ. Ἔφη τοίνυν· « Ὅτι καὶ σὺ πύργος ποιμνίου αὐχμώδους, θύγατερ Σιὼν, ἐπὶ σὲ ἥξει, καὶ εἰσελεύσεται ἡ ἀρχὴ, ἡ πρώτη, βασιλεία Βαβυλῶνος. » Τότε δὴ οὖν, τότε, φησὶν, οἰχήσεται μέν σοι τὸ ἱππικὸν, συνδιολεῖται δὲ τούτῳ καὶ ὀχημάτων ἀγερωχία, καταδηωθήσονται δὲ καὶ πόλεις, καὶ αὐτῶν τῶν τειχῶν ἔρημος ἔσῃ· κατεπίμπρασαν γὰρ αὐτοῖς ἀνδράσι τὰς πόλεις οἱ Βαβυλώνιοι, τὰ δέ γε τῆς σῆς ἐπινοίας ἐπιτηδεύματα, γοητεῖαί τε καὶ ψευδομαντεῖαι, καὶ αὐτὰ τὰ τῆς ἀπάτης ἐργαστήρια, τεμένη δὲ πάντως ὁμοῦ τοῖς εἰδώλοις ἐξολοθρευθήσονται, καὶ ἐκ βάθρων αὐτῶν πεσεῖται τὰ ἄλση. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; διαδόητος ἡ δίκη, καὶ ὁ τῆς ποινῆς τρόπος οὐκ ἂν διαλάθοι τοὺς ὁμόρους τῶν ἐθνῶν. Γνώσονται δὲ, ὅτι δὴ πάντα συν- D
έβη παθεῖν αὐτοὺς ἀνθ' ὧν οὐκ εἰσήκουσαν, τουτέστι, τὰ τῆς ἀπειθείας ἐγκλήματα. Ἔφη τι τοιοῦτον τοῖς ἀχάλινον ἔχουσι τὸν λογισμὸν καὶ ἡ σοφία πάλιν· « Ἀνθ' ὧν ἐξέτεινον λόγους, καὶ οὐ προσείχετε, τοιγαροῦν κἀγὼ τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι, καταχαροῦμαι δὲ ἡνίκα ἂν ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος, καὶ ὡς ἂν ἀφίκηται ὑμῖν ἄφνω θόρυβος, ἡ δὲ καταστροφὴ ὁμοία καταιγίδι παρῇ. » Καιροὶ γὰρ ἀποστροφῆς ὀργὴ καὶ θυμὸς, θλῖψις καὶ στενοχωρία. Δεῖ οὖν,

LII. Redit sermo ad tristia, et in narrationem rerum de Christo eximiarum et admirabilium desinit. Continuantur autem hæc antecedentibus quodammodo, et quæ ex ira divina profectura sint, ante oculos ponunt. Dixit igitur: « Quoniam et tu turris gregis squalidi, filia Sion, super te veniet, et ingredietur principatus primus, regnum Babylonis [30]. » Tunc ergo, tunc inquit, peribit equitatus tuus, et simul cum eo peribit currumm superbia, devastabuntur quoque urbes, et mœnibus ipsis destitueris: Babylonii quippe una cum incolis urbes inflammarunt; commentationis autem tuæ studia, incantationes et ementita vaticinia, et ipsæ fallaciarum officinæ, fana simul cum idolis funditus evertentur, atque ab ipsis fundamentis luci eruentur. Et quid postea? judicium nobile, et supplicii modus non latebit gentes finitimas. Cognoscent autem, ideo omnia passos, quia non audierunt, hoc est, ipsorum rebellionis crimina. Rursum, præfractis et contumacibus Sapientia tale quiddam dicit. « Quoniam extendebam sermones meos, et non attendebatis, igitur et ego in interitu vestro ridebo, et gaudebo quando supervenerit vobis pernicies, et quando advenerit vobis subito tumultus, et subversio tanquam tempestas adfuerit [31]. » Fructus enim divinæ aversionis sunt ira et furor, tribulatio et angustia. **444** Deum igitur ad utilitatem

[29] Habac. II, 6-8. [30] Supra, IV, 8. [31] Prov. I, 25, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

absque ulla cunctatione sequi celeriter oportet, et quæ illi grata sunt præstare : tarditas enim, et segnities in recte factis, magnum nobis detrimentum pariet, et in miserias magnas devolvet. Vide porro quemadmodum et pœnas commissorum repetens Deus iterum commodat. Israelem namque a detestanda idololatria, ab aris, a delubris, a sacrificiis et ab adoratione operum manuum suarum liberat. Non ergo infructuosum est corripi, verum si id in judicio, et non in furore fiat, juxta prophetæ vocem [32]. »

Ac si quis hæc Judæis, qui Christum indignissime habuerunt, hæc contigisse dicat, scopum tanget. Eorum enim civitates devastatas, et quidquid hominum tolerandæ militiæ idoneum fuit, Romanorum manibus consumptum esse, verum est. Et fortasse veteris idololatriæ pœnas expenderunt, etsi erat adhuc apud eos qui creaturam adorare non recusarent, et magicas artes colerent. Solent enim ista semper comitari eos qui simulacrorum cultui se aliquando consecrarunt, et nihil est apud eos, quamvis absurdissimum, de quo illi non præclare sentiant.

CAP. VI.

VERS. 1, 2. *Audite igitur quæ Dominus dixit : Surge, et judicare contra montes, et audiant colles vocem tuam. Audite, colles, judicium Domini, et valles, fundamenta terræ. Quia judicium Domino adversus populum ejus, et cum Israel dijudicabitur.*

LIII. Habet vim pudefaciendi sermo, Judæorumque stuporem quasi insectatur, qui et ipsa Dei verba nihili faciant, ad eos habita mansuete, et moderate, et tanquam a patre ad filios, sinceram erga eos charitatem demonstrante, facienteque ut pertinaciam suam nulla tegere excusatione possint. Solet autem bonorum amans Deus horribilium prædictione nonnunquam prius terrorem afferre peccatoribus, non tamen ullo verborum blandimento delinitos, et salutem desperantes relinquere, sed simul iis quæ eventura prænuntiat, cohortationem decentem adjungere, et quasi semitam ipsis ad effugiendum servare, si ad pœnitentiam recurrere velint. Id quod nunc etiam ex insita lenitate denuo facit. « Audite igitur, inquit, quæ Dominus dixit. » Quid autem mihi imperavit ? « Surge, et judicare **445** contra montes, et audiant colles vocem tuam. » Simile etiam istud est voci Isaiæ : « Audi, cœlum, et auribus percipe, terra, quia Dominus locutus est [33]. » Fortassis namque virtutes intelligibiles, montes et colles nominavit, quæ universum hoc rerum naturæ opus juxta Dei voluntatem tuentes ac foventes, dæmonum imposturas ac fraudes a mortalibus arcent. Quoniam autem divinæ mansuetudinis magnitudinem ipsæ præ aliis cognoscunt, et quantam nostri curam gerat Deus, ex iis quæ ejus legibus obtemperantes nobis præstant, comperierunt, ad illas ipsas

[32] Jerem. x, 24. [33] Isa. I, 2.

καὶ λίαν ἀμελητὶ Θεῷ καλοῦντι πρὸς τὸ συμφέρον ἕπεσθαί τε γοργῶς, καὶ τὰ αὐτῷ θυμήρη πληροῦν· ὡς τό γε βραδὺ, καὶ ῥᾴθυμον εἰς τὸ δρᾶν ἐλέσθαι τὸ ἀγαθὸν, πρὸς πολλῆς ἡμῖν ἔσται ζημίας, καὶ πικροῖς ἐνίησι πόνοις. Θέα δὲ ὅπως καὶ δίκας αἰτῶν ἡμαρτημένων ὀνίνησι Θεός. Ἀπαλλάττει γὰρ τὸν Ἰσραὴλ βδελυρᾶς εἰδωλολατρίας, βωμῶν, τεμενῶν, θυσιῶν, καὶ τοῦ προσκυνεῖν τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν. Οὐκοῦν οὐκ ἀνόνητον τὸ παιδεύεσθαι, πλὴν εἰ καὶ ἐν κρίσει γένοιτο, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν.

Εἰ δὲ δή τις λέγοι ταῦτα συμβῆναι τοῖς Ἰουδαίοις πεπαρῳνηκόσιν εἰς Χριστὸν, οὐχ ἁμαρτήσει τῆς ἀληθείας. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὡς ἠρήμωνται μὲν αἱ παρ' αὐτοῖς πόλεις, ἀπόλωλε δὲ καὶ πᾶν μάχιμον γένος ταῖς Ῥωμαίων χερσὶ δαπανώμενον. Καὶ τάχα που τῆς ἀρχαίας εἰδωλολατρίας ἐξήτηνται λόγους, εἰ καὶ ἦσαν παρ' αὐτοῖς οἱ προσκυνεῖν ἔτι τῇ κτίσει βουλόμενοι, καὶ γοητειῶν ἁπτόμενοι. Φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τοῖς εἰδωλολατρεῖν ῥηθεῖσιν ἕπεσθαι ταυτὶ, καὶ οὐδέν ἐστι παρ' αὐτοῖς τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων, ὃ φαύλην ἔχει τὴν δόξαν.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ἀκούσατε δὴ ἃ ὁ Κύριος εἶπεν· Ἀνάστηθι, καὶ κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη, καὶ ἀκουσάτωσαν οἱ βουνοὶ φωνῆς σου. Ἀκούσατε, βουνοὶ, τὴν κρίσιν τοῦ Κυρίου, καὶ αἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς. Ὅτι κρίσις τῷ Κυρίῳ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ Ἰσραὴλ διελεγχθήσεται.

ΝΓ'. Ἐντρεπτικὸς μὲν ὁ λόγος, καὶ οἷονεὶ κατάκεκραγε τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀναισθησίας, οἳ καὶ αὐτοὺς παρ' οὐδὲν τοὺς θείους ἐποιοῦντο λόγους, οἵπερ ἂν γένοιντο πράως τε καὶ ὑφειμένως, καὶ ὡς πατρὸς πρὸς τέκνα τὸ τῆς ἀγάπης γνήσιον ὑποφαίνοντος, καὶ ἀπροφάσιστον αὐτοῖς ἀποτελοῦντος τὸ ἐξήνιον. Ἔθος δὲ τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ προαγορεύσει μὲν τῶν δεινῶν προεκδειματοῦν ἔσθ' ὅτε τοὺς ἡμαρτηκότας· οὐ μὴν ἐᾷν ἀμαλθάκτους, καὶ ἀπεγνωκότας, ἀλλ' ὁμοῦ τοῖς συμβήσεσθαι μέλλουσι τὸν τῆς παρακλήσεως κόσμον λύειν, καὶ τόμον ὥσπερ αὐτοῖς τοῦ διαδράναι τηρεῖν, εἰ παλινδρομεῖν ἔλοιντο πρὸς μετάγνωσιν. Τοῦτο οὖν ἐξ ἐμφύτου πάλιν ἐργάζεται γαληνότητος. « Ἀκούσατε τοίνυν, φησὶν, ὅσα ὁ Κύριος εἶπε. » Τί δέ μοι προστέταχεν ; « Ἀνάστηθι, καὶ κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη, καὶ ἀκουσάτωσαν οἱ βουνοὶ φωνῆς σου. » Ἔοικε μὲν οὖν τῷ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου καὶ τοῦτο· « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ὅρη γάρ που τάχα καὶ βουνοὺς τὰς νοητὰς ὀνομάζει δυνάμεις, αἳ τόδε τὸ σύμπαν περιέπουσι κατὰ βούλησιν Θεοῦ, τὰς τῶν δαιμόνων πλεονεξίας ἀποστοβοῦσαι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπειδὴ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ γαληνότητος τὴν ὑπερβολὴν αὗται πρό γε τῶν ἄλλων ἐπιγινώσκουσιν, ὅσην τε τῶν καθ' ἡμᾶς ἐποιεῖτο φροντίδα μεμαθήκασιν ἐξ ὧν ἐνεργοῦσιν εἰς ἡμᾶς, τοῖς παρ' αὐτοῦ πειθόμενοι νόμοις, ἐπ' αὐτῶν γενήσεσθαι δεῖν τὴν κρίσιν ἐντέλλεται. Εἰκὸς δὲ δή τινα καὶ ἕτερον νοῦν τὸν προφητικὸν ἡμῖν ὑποφαίνειν λόγον. Ἐπειδὴ γὰρ ὄρη τε καὶ βου-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νοὺς καταλαμβάνοντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἐκεῖ τελετὰς, καὶ θυσίας τοῖς δαιμονίοις προσῆγον ὑποκάτω δρυὸς, καὶ πεύκης, ταύτῃτοι λοιπὸν πρὸς βουνοὺς αἱ κρίσεις, ἐν οἷς ἦσαν ἐναργῆ τῶν κατηγορουμένων ἐγκλήματα. Εἰκὸς δὲ βουνοὺς καὶ θεμέλια τῆς γῆς ὀνομάζειν αὐτὸν τοὺς ὑπερκειμένους ἐν δόξῃ, καὶ ὑπεραίροντας τὴν τῶν ἀγελαίων πληθὺν, οἳ καὶ μάλιστα γεγόνασι τοῖς ὑπὸ χεῖρα καὶ ὁδὸς καὶ πάγη πρὸς ὄλεθρον. Ἔφη γάρ που πρὸς αὐτοὺς, ὅτι « Πρὸς ὑμᾶς ἐστι τὸ κρίμα, ὅτι παγὶς ἐγενήθητε τῇ σκοπιᾷ, καὶ ὡς δίκτυον ἐκτεταμένον ἐπὶ τὸ Ἰταβύριον. » Ὦ τοίνυν, φησὶ, τῶν ἄλλων ὑπερανεστηκότες, ὦ θεμέλια τῆς γῆς, τουτέστιν, ἐφ' οἷς τὰ τῶν ἄλλων ἐρήρεισται πράγματα, ἀκούσατε τὴν πρὸς ὑμᾶς κρίσιν τοῦ πάντων Κυρίου. Ἀλλ' ὅ γε φρονῶν ὀρθῶς ψάλλει, καί φησι πρὸς τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην· « Μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. » Περιέσται γὰρ πάντως ὁ πάντα εἰδὼς, « Καὶ καυχήσεται οὐδεὶς ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν. Οὐδεὶς ἂν γένοιτο καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτιῶν. » Πάνδεινον οὖν ἄρα τὸ κρίνεσθαι πρὸς Θεόν. Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ μὲν τῶν Ἑβδομήκοντα αἵρεσις ἔχει τὸ φάραγγες, ἡ δὲ τῶν Ἑβραίων βουνοὺς ὀνομάζει καὶ θεμέλια τῆς γῆς, ἵνα γνῶμεν διὰ μὲν τῶν βουνῶν τὸ οἷον ἦρθαι τοὺς τῶν λαῶν ἡγουμένους, καὶ τὸ τῶν ἄλλων ὑπερέχειν, θεμέλια δὲ τοὺς αὐτούς. Οἱ γὰρ τῶν χωρῶν ἢ πόλεων ἡγούμενοι, ὥσπερ εἰσὶ περιφανεῖς τὴν δόξαν, ἠρμένοι τε πρὸς τὸ ὕψοῦ, οὕτως εἶεν ἂν θεμέλια, τουτέστιν, ἔρεισμά τι, καὶ ὑπόβαθρον τῶν πραγμάτων· βέβηκε γὰρ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐνίδρυται τὰ τῶν ἑτέρων πράγματα, καθάπερ ἔφην ἀρτίως.

A judicium fieri mandat. Verisimile est porro alium quoque sensum propheticis verbis insinuari. Quia enim Israelitæ montes et colles petentes, ibi mysteriis fungebantur, et dæmonibus sacrificia sub quercu et picea offerebant, idcirco deinceps judicia contra montes et colles fiunt, in quibus erunt manifesta peccata eorum qui accusantur. Consentaneum est item colles et fundamenta terræ appellari a propheta gloria præcellentes, et plebeiæ multitudini præstantes, sive optimates, qui potissimum subditis et via et laqueus ad perniciem exstiterunt. Ait enim alicubi ad eos : « Ad vos est judicium, quia laqueus facti estis speculationi, et ut rete expansum super Thabor [34]. » Ait igitur : O qui supra alios ascendistis, o fundamenta terræ, hoc B est, quibus aliorum res nituntur, audite contra vos judicium Domini universorum. Sed qui recte sapit, cantat, et dicit Domino universorum, « Ne intres in judicium cum servo tuo [35]. » Vincet enim omnino, qui novit omnia : « Et nemo gloriabitur castum se habere cor. Nemo mundus est a peccatis [36]. » Periculosissimum est itaque cum Deo venire in judicium. Sciendum porro Septuaginta editionem habere valles, Hebræorum autem editio colles et fundamenta nominat, ut per colles principes populorum quasi in fastigio locatos, aliis eminere, eosdem quoque fundamenta intelligamus. Qui enim regionibus aut urbibus præsunt, sicuti sunt gloria eminentes, et in honorum culmen sublati, sic etiam sunt fundamenta, hoc est firmamentum C et basis quædam rerum : aliorum namque res, sicut modo dixi, ipsis fulciuntur ac innituntur.

Λαός μου, τί ἐποίησά σοι, ἢ τί σε ἐλύπησα, ἢ τί σοι παρηνώχλησα; Ἀποκρίθητί μοι. Διότι ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ οἴκου δουλείας ἐλύτρωσά σε, καὶ ἐξαπέστειλα πρὸ προσώπου σου τὸν Μωσῆν, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Μαριάμ.

Vers. 3, 4. *Populo meus, quid feci tibi, aut in quo molestus fui tibi? Responde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, et de domo servitutis redemi te, et misi ante faciem tuam Mosen, et Aaron, et Mariam.*

ΝΔ'. Δικάζεται Θεὸς ἀπὸ προσώπου προφήτου φωνῆς ἀπόφασιν ἀποφαίνων τῶν εἰς αὐτὸν δεδυσσεβηκότων τῆς ἀποστασίας τὸν τρόπον, καὶ πέρα λόγου τοῦ πρέποντος, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποπληξίας ἀπάσης τὰ τολμήματα, καὶ τὸ τῆς ἀποπληξίας μέγεθος, ἀσύνηθές τε καὶ μέγα καὶ αὐτοῖς που τάχα τοῖς λίαν ἀγνώμοσι. Ποία γάρ μοι, φημὶ, τῶν εἰς ἐμὲ δεδυσσεβημένων ἡ πρόφασις; Τί δὲ τὸ φορτικὸν τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων, ἤτοι λυποῦν; Εἰς ἐμὲ ἦκε, δεικνὺς ὅτι ἡμάρτηκα τοῦ εἰκότος, ὅτι σε δουλείας ἀπήλλαττον πηλοῦ, καὶ πλινθίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἱδρώτων· ὅτι δὲ ἀδικοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ αὐτὴν ἐξώπλιζον τὴν κτίσιν, καὶ διέσωζον τοὺς ἐμοὺς, ἐγκαλέσεις που τάχα καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ τὸν παιδαγωγὸν, φημὶ δὴ Μωσέα, τὸν ἀκλεᾶ σύνεσιν ἀποφέροντα, καὶ παραδεικνύντα σαφῶς τὸ ἀνδάνον Θεῷ, ἵνα ἔχοις ἀκράδαντον τὸ διαβιῶναι λαμπρῶς. Οὐ μετρίαν δὲ τάχα καὶ αὐτὴν ποιήσῃ τῆς ἱερουργίας τὴν καταβολὴν (1);

446 LIV. Judicio contendit Deus, in persona prophetæ demonstrans, qua ratione impii illi secus quam decuit a se desciverint, imo vero ausus omnis amentiæ plenissimos, et insaniæ magnitudinem, singularemque facinoris insolentiam etiam eorum fortasse judicio, qui sunt vehementer ingrati. Quæ enim a me data est occasio, inquam, eorum quæ D adversum me scelerate patrata sunt? Quod jussorum meorum onerosum, quod molestum? Contra me veni, et iniqui me convince, quod te servitute luti ac lateris, et sudoribus illis liberaverim [37]; quod in Ægyptios inique affligentes creaturam ipsam armaverim, et meos servaverim, fortasse mecum in crimen vocabis, et ipsum a me datum pædagogum, seu institutorem, Mosen, inquam, abducentem te a cogitationibus humilibus et abjectis, et perspicue Deo placita demonstrantem, ut vitam illustrem continenter traduceres. Fortasse et ipsam

[34] Osee v, 1. [35] Psal. CXLII, 2. [36] Prov. XX, 9. [37] Exod. XIV.

(1) Cotelerius (*Monum. E. G.*, II, 523) legendum monet καταβοήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

institutionem sacerdotii floccipendes. Ego siquidem delegi Aaronem, et inter Deum ac vos sequestrum esse jussi. Ob hoc ipsum indignamini? Quid jam de Maria Ægyptiis pereuntibus insultante, et choros ducentibus præeunte dicam? Cecinit, cecinit pulsando tympanum, « equum et ascensorem ejus suffocatos in mari [38]. » Verum istud tibi, et victoria ipsa Dei aversabilis est, et pro nihilo eam ducis, qui tibi potestatem per medias undas transeundi dedit, et hostibus mare infestum reddidit. Festive igitur expostulat, ad acceptorum donorum recordationem eos exsuscitans, et quasi urbane ipsis eorum oblivionem objiciens, quorum semper meminisse, et ut omnium communem Servatorem prompta ad omnia voluntate vicissim recreare melius fuerat.

A Ἐγὼ μὲν γὰρ κέκρικα τὸν Ἀαρὼν, καὶ μεσιτεύειν προστέταχα Θεῷ καὶ ὑμῖν. Ἀσχάλλετε δὲ καὶ πρὸς τοῦτο αὐτοί; Τί δ' ἂν εἴποιμι τὴν Μαρίαν, τὴν τοῖς Αἰγυπτίοις ἀπολωλόσιν ἐπιτωθάζουσαν, καὶ ταῖς χορευούσαις ἐξάρχουσαν; Ἤδε γὰρ, ᾗδε κατακτυποῦσα τὸ τύμπανον, « ἵππον τε καὶ ἀναβάτην καταπεπνιγμένους ἐν ὕδατι. » Ἀλλά σοι τό γε καὶ τὸ νικᾶν ἀπευκτὸν, καὶ ἐν λόγῳ μηδενὶ τοῦ Θεοῦ, σοὶ μὲν διὰ μέσων ἐξιέναι κυμάτων ἐξεῖναι διδόντι, ἀνήμερον δὲ τοῖς ἐχθροῖς ἀποτελοῦντι τὴν θάλασσαν. Ἐν ᾗθει δὴ οὖν ποιεῖται τὰς μέμψεις, ὧν ἐσχήκασιν ἀγαθῶν διανιστὰς εἰς ἀνάμνησιν, καὶ οἱονεί πως κατονειδίζων ἀστείως ὡς λήθην εἰσδεδεγμένους, ὧν ἦν ἄμεινον μεμνῆσθαι διαπαντὸς, καὶ ταῖς εἰς πᾶν εὐπειθείαις ἀντευφραίνειν ὡς πάντων Σωτῆρα.

Eduxit et nos ipsos ex Ægypto spirituali, hoc est, e tenebris, et fraudibus diabolicis, et luto ac latere, affectionibus scilicet carnalibus. Trajecit et per mare nascentes inde distractiones, et acerbis quasi periculorum fluctibus inde exsistentibus liberavit, divinasque leges in animum insculpsit. Sacerdotem præterea creavit salutis nostræ auctorem [39]. Ac velut Mariam emisit, Ecclesiam utique, hostium insidiis superiorem, servatorique Deo gloriam insigniter rependentem. In Ecclesia enim perpetuo hymni, et gratiarum actiones, et divinorum beneficiorum laudationes, ac prædicationes vigent. Cavendum igitur nobis quoque, ne forte in **447** Judaica scelera prolabamur, et ne intolerabile existimemus, quod Deo placet. Nam ut beatus Joannes scribit, « Mandata ejus gravia non sunt [40]. » Et ipse Christus ait : « Jugum meum suave, et onus meum leve [41]. » Offeramus igitur Deo promptum animum, quoniam onerosum nihil imperat.

B Ἐξήγαγε δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου νοητοῦ, τουτέστιν ἐκ σκότους, καὶ δαιμονίης πλεονεξίας, καὶ πηλοῦ, καὶ πλινθίας, σαρκικῶν δηλονότι παθῶν. Διεβίβασε καὶ θάλασσαν τοὺς ἐντεῦθεν περισπασμοὺς, μονονουχὶ καὶ πικρῶν ἀπήλλαξε κυμάτων ἐπ' αὐτοῖς κινδύνων, καὶ νόμους τοὺς θείους εἰς νοῦν ἐνεχάραξεν. Ἀνέδειξε δὲ καὶ ἱερουργὸν τὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀρχηγόν. Ἐξαπέστειλε δὲ ὥσπερ καὶ Μαριὰμ, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἐκκλησίαν, ἡ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς ὑπερῆρθη, λαμπρῶς ἀντιθεῖσα τὴν δόξαν τῷ σεσωκότι Θεῷ. Ἀεὶ γὰρ ὕμνοι, καὶ χαριστήρια, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόσεως ἔπαινοι, καὶ ἀναῤῥήσεις ἐν Ἐκκλησίᾳ. Παραφυλακτέον οὖν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, μὴ ἄρα πως ἡμεῖς τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἐγκλήμασιν ὑποπέσωμεν, καὶ μὴ φορτικὸν ἡγώμεθα, τὸ ἀνδάνον Θεῷ. Ὡς γὰρ ὁ μακάριός φησιν Ἰωάννης, « Αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσι. » Καὶ αὐτὸς δέ φησι ὁ Χριστός· « Ὁ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν. » Προσάγωμεν τοίνυν Θεῷ τὸ εὐήνιον, ὅτι τῶν παρ' αὐτοῦ φορτικὸν οὐδέν.

C

D

Vers. 5. *Populе meus, recordare, quid cogitavit adversum te Balach rex Moab, et quid ei respondit Balaam filius Beor de Schœnis usque Galgala, ut cognosceretur justitia Domini.*

Λαός μου, μνήσθητι δὴ, τί ἐβουλεύσατο κατὰ σοῦ Βαλὰκ βασιλεὺς Μωὰβ, καὶ τί αὐτῷ ἀπεκρίθη Βαλαὰμ υἱὸς Βεὼρ ἀπὸ τῶν Σχοινων ἕως τοῦ Γαλγὰλ, ὅπως γνωσθῇ ἡ δικαιοσύνη τοῦ Κυρίου.

LV. Reprehendit eos rursum, ut qui impie adversus potentiam suam insolentius se extulerint, cum afferre nihil possint quamobrem merito, ut juste dolentes, declinare ad defectionem potuerint. Dignatus sum enim eos, inquit, tanta indulgentia et charitate, ut nec verbis saltem illis maledici sustinuerim. Exsecrabilis enim Balach, Moabitarum rex, Baalam hariolum et augurem mercede conduxit, hortatusque est, ut Israeli male precaretur [42]. Ast universorum Deus quiddam præter opinionem, et eximium fecit, linguam falsi alioqui vatis ad benedictionem convertens. Quod cum Balach crimini daret, et augurem incusaret, mox ad alios colles eum recta abduxit. Deinde jubens excitata ara taurum sacrificare, arbitrabatur fortassis Deum non omni in loco potentem. Sed benedictio reperiebatur

ΝΕ'. Εὐθύνει δὴ πάλιν, ὡς ἀνοσίως ἐξυβρικότας εἰς τὰ αὐτοῦ κράτη, καίτοι λέγειν ἔχοντας οὐδὲν, ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς ἐν δίκῃ λελυπημένους ἀποκλίναι πρὸς ἀπόστασιν. Ἠξίωσα γὰρ τοσαύτης, φησὶ, τῆς παρ' ἐμαυτοῦ φειδοῦς, καὶ ἀγάπης, ὡς μηδ' ὅσον ἦκεν εἰ λόγους ἀνασχέσθαι δυσφημουμένων. Ὁ μὲν γὰρ ἐπάρατος Βαλὰκ, ὁ Μωαβιτῶν τύραννος κατεμισθοῦτο τὸν Βαλαὰμ γόητα, καὶ οἰωνοσκόπον, εἶτα καταράσασθαι παρεκάλει τὸν Ἰσραήλ. Ὁ δέ γε τῶν ὅλων Θεὸς παράδοξόν τι καὶ ὑπερφυὲς κατειργάζετο, τὴν τοῦ ψευδομάντεως γλῶτταν μετατρέπων εἰς εὐλογίαν. Ἐπίκλημα δὲ ποιουμένου τὸ χρῆμα τοῦ Βαλαὰμ, καταιτιωμένου τε τὸν οἰωνοσκόπον, ἀπεκόμιζεν εὐθὺς ἐφ' ἑτέρους αὐτὸν βουνούς. Εἶτα βωμὸν ἐγείρειν προστάττων, καὶ ταύρους ἱερουργεῖν, ᾤετο τάχα που μὴ ἐν παντὶ τόπῳ δύνασθαι Θεὸν, ἀλλ' ἦν

[38] Exod. xv, 1. [39] Hebr. II, 10. [40] I Joan. v, 7. [41] Matth. xi, 30. [42] Num. xxii, 24.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εὐλογεῖσθαι πανταχοῦ, καίτοι περιθέων ἐκ τῶν καλουμένων Σχοινίων, χῶρος δὲ τῆς Μωάβ, ἕως ὄρους Γαλγάλ. Μνήσθητι οὖν τί μὲν ἐβούλετο Βαλὰκ, καὶ τί ὁ Βαλαὰμ ἀπεκρίνετο. Ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ αὐτὰς ἀνέκοπτον τὰς καθ' ὑμῶν δυσφημίας, οὐδὲ ὅσον ἦκεν εἰς λόγους καταλαλεῖν ἐπιτρέπων τὸν οἰωνοσκόπον. Ὑμεῖς δὲ καὶ τούτου ἀμνημονήσαντες, τὴν ἐμοὶ πρέπουσαν δόξαν ὕλαις ἀψύχοις ἀνατεθείκατε, δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς ἐπιφωνοῦντες, καὶ λέγοντες· « Οὗτοί σοί θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἵ σε ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Οὐκοῦν διανέμοντος τοῦ Θεοῦ τὰ ἐξ ἀγάπης ἡμῖν ἀγαθὰ, καὶ πλείστη μὲν ὅση φιλοτιμία καταπιαίνοντος, καταδονοῦντος δὲ τοὺς ἐχθροὺς, παραλύοντός τε καθ' ἡμῶν ἐγχειρήματα, τί ἂν δρῴημεν αὐτοὶ τὸ χρῆναι φρονεῖν ὀρθῶς ᾠρημένοι; Ἐκεῖνό που πάντως τὸ δι' ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρᾶσθαι θεοφιλεῖς. Τοῦτο δέ ἐστι, τὸ τοῖς αὐτοῦ θελήμασιν ἕπεσθαι, καὶ τὸ αὐτῷ θυμῆρες ἀποπεραίνειν εὖ μάλα, μονονουχὶ δὲ τῷ τῆς διανοίας παραστήματι γεγονότας ἐγγὺς, ἐκεῖνο λέγειν τὸ ἐν Ψαλμοῖς· « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. »

Ἐν τίνι καταλάβω τὸν Κύριον; Ἀντιλήψομαι Θεοῦ μου ὑψίστου; Εἰ καταλήψομαι αὐτὸν ἐν ὁλοκαυτώμασιν, ἐν μόσχοις ἐνιαυσίοις; Εἰ προσδέξεται Κύριος ἐν χιλιάσι κριῶν, ἢ ἐν μυριάσιν χιμάρων πιόνων; Εἰ δῶ πρωτότοκά μου ὑπὲρ ἀσεβείας, καρπὸν κοιλίας μου ὑπὲρ ἁμαρτίας ψυχῆς μου; Εἰ ἀπηγγέλη σοι, ἄνθρωπε, τί καλόν; Ἢ τί Κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ ποιεῖν κρίμα, καὶ ἀγαπᾷν ἔλεος, καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου Θεοῦ σου;

ΝΣ'. Ἀπροφάσιστον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀποφήναντος τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τρόπον τινὰ δικασαμένου, καὶ σαφῶς ἀπελέγξαντος, ὡς εἴη μὲν αὐτὸς κατὰ μυρίους ὅσους εὐεργετήσας τοὺς τρόπους, οἱ δὲ πρὸς ἀμέτρητον ἐληλακότες ἀναισθησίαν λελυπήκασιν οὐ μετρίως τὸν σεσωκότα, τὸ τοῦ μετανοοῦντος εὐθὺς εἰσφέρεται πρόσωπον, οἱονεί πως κλαίοντος ἐπί γε τοῖς ἤδη προπεπαισμένοις, καὶ ζητοῦντος ἀναμαθεῖν, τίνα δὴ τρόπον διακρούσαιτο τὰ ἐγκλήματα, καὶ τῶν Θεῷ φιλτάτων ἀντέχοιτο σπουδασμάτων. Φησὶ τοίνυν· « Ἐν τίνι καταλάβω τὸν Κύριον; » Τί γὰρ προσοίσω; φησί. Τί δὲ δράσαιμι λοιπὸν, ὁ οὕτω προσκεκρουκώς; Ἆρα δὴ μόσχους ἱερουργῶν, νέους τε καὶ ἁπαλοὺς ἔσομαι καθαρός; Ἐπινεύσει δέ μοι ὁ Θεὸς εἰ ἐλοίμην ὁλοκαυτοῦν; Εὔροιμι δ' αὐτόν· τουτέστιν, ἐγγὺς ἔσομαι, καὶ εἰς οἰκειότητα παραδεχθήσομαι τὴν πνευματικὴν, εἰ πολὺ πλῆθος ἀναθείην θρεμμάτων; Ἀλλ' ἐκεῖνα παρεὶς, τῶν τῆς ἐμῆς κοιλίας ἅψομαι θρεμμάτων. Εὐαρεστήσω δὲ ἄρα, καταθύσας αὐτῷ τῶν ἐμῶν θρεμμάτων τὸ ἐξαίρετον, τουτέστι, τὸ πρωτότοκον; Ταῦτά τινος οἱονεί πως διασκεπτομένου καὶ λέγοντος, ἀποκρίνεται πάλιν ὁ προφήτης, καί φησιν ἐν πνεύματι· Οὐκ ἀσυμφανὲς τὸ χρῆμα, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι ληπτόν. Οἶσθά που τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ· ἀκήκοας τὸ δοκοῦν, καὶ φίλον αὐτῷ. Τοιγαροῦν τί ἐνδοιάζεις, ἄνθρωπε; Ζη-

A ubique, quamvis a Schœniis (loci in Moab nomen est) usque ad montem Galgal circuiret. Quocirca recordare quid voluerit Balach, et quid Balaam responderit. Ego enim et detestationem ipsam contra vos præcidi, nec verbis obloqui augurem permisi. Vos autem, hujus quoque immemores, gloriam mihi debitam rebus inanimis consecratis, vitulis aureis acclamantes, et dicentes : « Hi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti [43]. » Deo igitur ex charitate bona nobis distribuente, et maxima liberalitate nos quasi impinguante, et hostes exagitante, et molitiones eorum in nos dissipante, quid ipsi meliora capessentes consilia faciemus? Illud plane, opinor, per quod et ipsi chari Deo videri possimus. Hoc autem est, ejus voluntatem sequi, et quod ipsi probatur, præstare cumulatissime, et animi quasi præsentia illi junctos, **448** illud ex Psalmis dicere : « Adhæsit anima mea post te [44]. »

B

Vers. 6-8. *In quo apprehendam Dominum? Suscipiam Deum meum excelsum? Si apprehendam eum in holocaustis, in vitulis anniculis? Si suscipiet Dominus in millibus arietum, aut in decem millibus caprarum pinguium? Si dedero primogenita mea pro impietate, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Si annuntiatum fuerit tibi, homo, quid bonum? Aut quid Dominus requirit a te, nisi ut facias*

C *judicium, et diligas misericordiam, et paratus sis ad ambulandum cum Domino Deo tuo?*

LVI. Cum Israelitis inexcusabilem eorum apostasiam demonstrasset, et quodammodo in judicium eos vocasset, dilucideque probavisset, se mille modis beneficum exstitisse, ipsos contra, immenso quodam stupore oppressos, Servatorem suum non leviter offendisse, mox pœnitentis personam inducit, quasi commissa deflentis, et cupientis cognoscere, quanam via se objectis criminibus exsolvat, et quæ studia Deo acceptissima persequatur. Ait igitur : « In quo apprehendam Dominum? » Quid enim offeram? inquit. Quid agam de cætero, qui tantopere deliqui? Num vitulos nuperos ac teneros sacrificans mundus ero? Annuetne mihi Deus, si

D holocausta obtulero? Inveniamne ipsum? hoc est, appropinquabo illi, et in familiaritatem spiritualem admittar, si ingentem numerum pecudum ipsi immolavero? Sed, his omissis, ventris mei partus sumam. An placebo, si quod genui, et educavi præcipuum, hoc est, primogenitum, illi sacrificavero? Hæc quopiam secum quasi deliberante, et dicente, propheta respondet, et in spiritu ait : Res non est obscura, nec sudore parabilis. Nosti voluntatem Dei bonam : audisti quid ei placitum et charum sit. Quid ergo dubitas, homo? Quid namque universorum Deus abs te requirit aliud, præterquam « facere judicium, et diligere misericordiam,

[43] Exod. XXXII, 4. [44] Psal. LXII, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et paratum esse ambulare cum Domino Deo tuo? » Facere igitur judicium, est operari et implere justitiam. Judicium enim est justitia. Diligere autem misericordiam, est mutui affectus ornamento præditum esse, et fraternæ charitatis gloria circumfluere. **449** Paratum vero esse ambulare cum Deo tuo, facilem et promptam ad omnia obedientiam ostendit. Monet item beatus Paulus [46], induendam nobis loricam justitiæ, et calceandos pedes in præparationem Evangelii pacis, hoc est, Christi. Adjubet etiam, dicens : « Induite viscera misericordiæ [46]. » Quin et ipse Salvator, « Estote misericordes, sicut et Pater vester cœlestis misericors est [47]. » Hoc est gratum Deo acceptumque sacrificium. Odor enim holocaustorum quæ mente duntaxat percipiuntur, sanguine, fumo et thure præstantior est. Illa enim fiebant in figura ; hæc autem ipsam Deo veritatem suaveolentem efficiunt, qui et per alium prophetam ait : « Misericordiam volo, et non sacrificium, et scientiam Dei magis quam holocautomata [48]. » Observa item quomodo persona pœnitentis sacrificia legis exsequi meditatur : ast Deus præmonens legem infirmam esse et ad purganda peccata imbecillam, multo vero meliorem et incomparabili excellentia superiorem vitæ in Christo rationem, legalia illa propemodum inacceptabilia facit. Ait autem, velle Deum : « Nos facere judicium, et diligere misericordiam, et paratum esse ambulare cum eo. » Quæ quidem vitæ Christianæ decora et honestamenta sunt.

A τεῖ γὰρ περὶ σοῦ τί ἕτερον ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἢ ὅτι δὴ μόνον « Τὸ ποιεῖν κρίμα, καὶ ἀγαπᾷν ἔλεος, καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου Θεοῦ σου ; » Τὸ μὲν οὖν ποιεῖν κρίμα, τὸ κατεργάζεσθαι, καὶ πληροῦν ἐστι τὴν δικαιοσύνην. Κρίμα δὲ ἡ δικαιοσύνη. Τὸ δὲ ἀγαπᾷν ἔλεος, τῆς φιλαλληλίας ἔχειν τὰ αὐχήματα, καὶ τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης καταπλουτεῖν τὴν δόξαν. Τὸ δὲ ἕτοιμον εἶναι πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου Θεοῦ σου, τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν εὐπειθὲς, καὶ εὐήνιον ὑποφαίνει. Δεῖν δὲ ἡμᾶς, καὶ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος, ἐνδύσασθαι μὲν τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, ὑποδήσασθαι δὲ τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, τουτέστι Χριστοῦ. Προσεπιτάττει δὲ, λέγων · « Ἐνδύσασθε σπλάγχνα οἰκτιρμῶν. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ · « Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. » Ταῦτα φίλη τε καὶ ἀξιόληπτος θυσία Θεῷ. Ὀσμὴ νοητῶν ὁλοκαυτωμάτων ὑπὲρ αἷμα, καὶ καπνοὺς, καὶ λιβανωτόν. Τὰ μὲν γὰρ ἦσαν ἐν τύποις · τὰ δὲ αὐτὴν εὐωδιάζει Θεῷ τὴν ἀλήθειαν, ὃς καὶ δι' ἑτέρου προφήτου · « Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἢ ὁλοκαυτώματα. » Ἐπιτήρει δὲ ὅπως τὸ τοῦ μεταγινώσκοντος πρόσωπον τὰς κατὰ νόμον θυσίας πληροῦν ἐσκέπτετο · Θεὸς δὲ προανσφαίνων ὡς ἀδρανὴς τέ ἐστι, καὶ ἀνικάνως ὁ νόμος ἔχει πρὸς ἀποκάθαρσιν ἁμαρτίας, παραπολὺ δὲ ἀμείνων, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένη τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ἡ δύναμις, ἀπαράδεκτα μὲν ὥσπερ ποιεῖται τὰ κατὰ τὸν νόμον. Ἔφη δὲ ὅτι θελητὸν τῷ Θεῷ, « Τὸ ποιεῖν κρίμα, καὶ ἀγαπᾷν ἔλεος, καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ πορεύεσθαι μετ' αὐτοῦ. » Ταῦτα δέ ἐστι τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς τὰ αὐχήματα.

B

C

Vers. 9. *Vox Domini super civitatem clamabitur, et salvabit timentes nomen ejus.*

LVII. Etiam alio modo, oblationis per sanguinem nullum esse fructum, spiritualis autem cultus virtutem non mediocriter prodesse manifeste docet. Posuit in his *vocem* pro nomine, sive invocatione. Fortasse ac si diceret : Si forte super civitate nomen Dei celebratum palam seu invocatum fuerit, sine ulla prorsus dubitatione salvabitur. Ne enim, homo, tu existimes, inquam, me sanguinum sacrificiis delectari, aut pro impia et iniqua habere civitatem, ni mihi vitulos in holocausta sacraverit. Sed neque periculo exemerim ullo modo, si boves sacrificare instituerit, neque si ovium cædibus altare cruentaverit : neque si arietum greges obtulerit ; invocari super ea nomen Dei, hoc ei ad salutem sufficiet. Est enim plane mea, quæ potentiam meam honorat, et quæ mihi placita sunt ea sentit, et citra procrastinationem exsequitur. Tunc salvabo timentes me. Itaque quando Dei esse dicimur, tunc etiam timemus ipsum, et ab ipso salvamur, et spiritualis cultus talis virtus intelligi jure debet. Hujuscemodi quiddam rerum omnium princeps Deus etiam per os David loquitur : « Audi, populus meus, **450** et loquar tibi, Israel, et testi-

Φωνὴ Κυρίου τῇ πόλει ἐπικληθήσεται, καὶ σώσει φοβουμένους τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

ΝΖ'. Καὶ δι' ἑτέρου τρόπου καθίστησιν ἐναργὲς, ὅτι τῆς δι' αἱμάτων προσαγωγῆς οὐδεὶς ὁ καρπὸς, ὀνήσειε δ' ἂν οὐ μετρίως τινὰ τῆς πνευματικῆς λατρείας ἡ δύναμις. Τέθεικε δὲ τὴν *φωνὴν* ἐν τούτοις ἀντὶ τοῦ ὀνόματος, ἤτοι τῆς ἐπικλήσεως. Ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι τυχόν · Εἰ ἐπιφημίζοιτο τῇ πόλει τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, πάντη τε καὶ πάντως σωθήσεται. Μὴ γὰρ οἰηθῇς, ἄνθρωπε, φημὶ, ταῖς δι' αἱμάτων ἐφήδεσθαί με θυσίαις, μηδὲ ἀσεβῆ, καὶ ἄνομον ἡγεῖσθαι πόλιν εἰ μὴ προσάγοι μόσχους εἰς ὁλοκαύτωσιν · ἀλλ' οὐδ' ἂν ὅλως σώσαιμι κινδυνεύουσαν, βουθυτεῖν ᾐρημένην, κἂν μηλοσφαγίαις μὲν καθαιμάττοιτο τὸ θυσιαστήριον, ἕλοιτο δὲ καὶ κριῶν προσάγειν ἀγέλας · ἀρκέσει δὲ μᾶλλον εἰς σωτηρίαν αὐτῇ τὸ ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Ἔστι γὰρ πάντως ἡ τὰ ἐμὰ τιμῶσα κράτη, καὶ τὰ ἐμοὶ θυμήρη δρῶσα ἀμελλητὶ καὶ φρονεῖν ἐλομένη. Τότε σώσω τοὺς φοβουμένους ἐμέ. Οὐκοῦν ὅτε καὶ Θεοῦ λεγόμεθα, τότε καὶ δεδίαμεν αὐτὸν, καὶ παρ' αὐτοῦ σωζόμεθα, καὶ πνευματικῆς λατρείας ἡ τοιάδε δύναμις νοοῖτ' ἂν εἰκότως. Ἔφη τι τοιοῦτον ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ · « Ἄκουσον, λαός μου, καὶ λαλήσω σοι, Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι. Ὁ Θεός σού εἰμι ἐγώ. Οὐκ

D

[46] Ephes. VI, 11-15. [46] Col. III, 12. [47] Luc. VI, 36. [48] Osee VI, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε, τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μού εἰσι διὰ παντός. » Εἶτα τούτοις ἐπενεγκών· « Ὡς οὐ φάγεται κρέα ταύρων, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐκπίοι τὸ τράγων αἷμα. » Πάλιν φησί· « Θύσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. »

Ἄκουε, φυλή, καὶ τίς κοσμήσει πόλιν; Μὴ πῦρ, καὶ οἶκος ἀνόμων θησαυρίζων θησαυροὺς ἀνόμους, καὶ μετὰ ὕβρεως ἀδικίας;

ΝΗ'. Κατὰ φυλήν τε καὶ γένος κατῳκήκασι τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μέν τοι καὶ τὴν Σαμάρειαν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, κατακληροδοτοῦντος αὐτοῖς τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν Ἰησοῦ τὸ ἐπίκλην Ναυῆ. Διαλέγεται τοίνυν ὁ Θεὸς καὶ ἰδικῶς ἑκάστῃ, καὶ πάσαις· Ἄκουε δὴ οὖν, ὦ πᾶσα φυλή, σώζεται μὲν ἡ πόλις ἥπερ ἂν ἀναφημίζοιτο τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Περιόψεται γὰρ οὐδαμῶς τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, ἀλλ' ἔσται τεῖχος ἀπόρθητον, κόσμημά τε καὶ δόξα τοῖς θέλουσι κατορθοῦν τὸ θεοφιλές. Εἰ δὲ δὴ βούλεσθε, φησὶ, καὶ τὸ ἐναντίον ἰδεῖν, τί κοσμήσει πόλιν; οἶκος ἀνόμων, ἢ μετὰ ὕβρεως ἀδικία; Ἆρα, φησὶ, διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν εἰ δαπανῷτο πόλις ὑπὸ πυρὸς ταῖς τῶν πολεμίων ἁλοῦσα χερσὶν, εὐσχήμων ἔσται, καὶ καλὴ, λαμπρὰν δὲ, καὶ εὐκλεεστάτην ἀποφήνειεν οἶκος ἀνόμων, ὁ θησαυρίζων θησαυροὺς ἀδικίας, ὠφελήσει δὲ αὐτὴν μετὰ ὕβρεως ἀδικία; Ἀλλ' οὐκ ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδεὶς τῶν ὀρθῶς φρονεῖν εἰωθότων, ὅτι δυσκλεᾶ καθίστησι τὰ τοιάδε πόλιν. Οὐ γὰρ ἂν ἥλω, καὶ δεδαπάνητο πυρὶ, μὴ οὐχὶ πάντως προσκρούσασα διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν. Τί τοίνυν μεθέντες, φησὶ, τὰ δι' ὧν ἀνασώζοιτό τε καὶ κατακαλλύνοιτο πόλις, ζηλωτὰ πεποίησθε, μᾶλλον τὰ κατασίνεσθαι εἰωθότα, τετιμήκατε δὲ τὰ δι' ὧν ἂν ὀρῷτο τὸ αἰσχρά τε καὶ ἀκαλλὲς, πονηροὺς ἔχουσα τοὺς οἰκήτορας, ἐρασιχρημάτους, καὶ ἀδίκους, καὶ θησαυρίζοντας ἀνόμως;

Εἰ δικαιωθήσεται ἐν ζυγῷ ἄνομος, καὶ ἐν μαρσίππῳ στάθμια δόλου, ἐξ ὧν τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἀσεβείας ἐνέπλησαν; Καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν ἐλάλουν ψεύδη, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὑψώθη ἐν τῷ στόματι αὐτῶν.

ΝΘ'. Ἆρα γὰρ οἴεσθε, φησὶν, ἐν ζυγῷ δικαιωθήσεσθαι τὸν ἄνομον; Τουτέστι, εἰ δοκιμάζοιμι, καὶ οἱονεὶ ταλαντεύοιμι τὸν ἑκάστου βίον τῶν ἀδίκων, δικαιοσύνης ψῆφον ἐπενεγκεῖν ἀνέχεσθαί ποτε τὸν ἀφιλάρετον (1) πεπιστεύκατε; Τοὺς δὲ ἔχοντας « ἐν μαρσίππῳ στάθμια δόλου, » τουτέστι, τοὺς ἐκ πλεονεξίας καὶ φιλοκερδίας ἐκτόπου καταπλουτεῖν ἐθέλοντας, διαφυγεῖν δύνασθαι νενομίκατε τὴν ὀργήν; Ἀπὸ γὰρ τοιούτων λημμάτων τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἀσεβείας ἐνέπλησαν. Γεγόνασι δὲ καὶ ψεῦσται, καὶ ἀλαζόνες. Παρέπεται γὰρ ἀεὶ τὸ μὲν ψεύδεσθαι φιλεῖν τοῖς τῆς ἀνισότητος ἐρασταῖς, καὶ λημμάτων αἰ-

ficabor tibi. Deus tuus sum ego. Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper [50]. » Statim addit : « Non manducabit carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabit [50]. » Rursumque : « Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis, et eruam te, et honorificabis me [51]. »

VERS. 10. *Audi, tribus, et quis ornabit civitatem? Numquid ignis, et domus iniquorum thesaurizans thesauros iniquos, et cum injuria iniqua?*

LVIII. Tributim et secundum genus habitabant Judæam, atque etiam Samariam, qui erant de sanguine Israel, terra promissionis a Jesu cognomento Nave sorte illis distributa. Alloquitur ergo Deus, et seorsum unamquamque, et omnes simul : Audi igitur, omnis tribus, salvatur urbs, super qua invocatum fuerit nomen Domini. Neutiquam enim timentes se despiciet : sed erit murus inexpugnabilis, et ornamentum, et gloria volentibus rite obire quæ ille diligit. Quod si vultis, inquit, videre contrarium, quid ornabit civitatem? domus iniquorum, an cum injuria iniquitas? Num, inquit, si propter multa scelera civitas hostium manibus capta incendatur ac deflagret, pulchra erit et decora, insignemque et clarissimam reddet domus iniquorum, quæ thesaurizat thesauros iniquitatis, et proficiet ei cum injuria iniquitas? Atqui nemo prudens dubitaverit, quin ista urbem infamem et despectam effectura sint. Non enim capta, et igne absumpta fuisset, nisi compluribus flagitiis Deum graviter offendisset. Quid ergo, relictis, inquit, per quæ civitas pristinam incolumitatem recuperaret, pro amplectendis expetivistis quæ noxia sunt potius, et suspexistis per quæ videri possit turpis et deformis, improbos habens cives, pecuniæ avidos, et injustos, et scelerate thesauros corradentes?

VERS. 11, 12. *Si justificabitur in statera iniquus, et in sacculo pondera doli, de quibus divitias suas impietatis impleverunt? Et habitantes eam loculi sunt mendacia, et lingua eorum exaltata est in ore eorum.*

LIX. An putatis, inquit, in statera justificatum iri improbum? Hoc est, si explorem, et velut in statera examinem vitam uniuscujusque **451** improborum, calculum, seu suffragium justitiæ improbis posse tribuere virtutis inimicum creditis? « Et in sacculo pondera doli » habentes, hoc est ex malis artibus, et cupiditate lucri nefaria divitias possidere laborantes, effugere iram posse existimatis? Ex hujusmodi enim quæstibus opes impietatis suæ coacervarant. Fuerunt etiam mendaces et arrogantes. Semper enim inæqualitatis cupidos, et a turpi quæstu, amoreque lucri subactos studium mentiendi

[50] Psal. XLIX, 7, 8. [50] ibid. 13. [51] ibid. 14, 15.

(1) Sic pro edito φιλάρετον, postulante sensu, legi jubet Cotelerius in *Monum. Eccl. Gr.* II, 585. Mox vocem ἔχοντας supplemus quam reddidit interpres. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

comitatur : jactatio vero et superbia eos qui jam divitias acquisiverunt.

Habent in sacculis pondera dolosa etiam impiorum dogmatum architecti, omnia recta pervertentes [82], et in simplicium animos dolis et fraudibus irrepentes. Et divites quidem, quia multos capiunt et irretiunt : verumtamen hujuscemodi divitias impietatis plenas sibi corradentes, nihil cohærens et verum, sed adulterina, falsa, et fallaciarum scitamentis quasi colorata loquuntur. Exaltant etiam linguam suam tales, iniquitates contra Deum loquentes, sicut scriptum est [83], effundentes verba superbissima, quibus par est occinere, « Audi, tribus, et quis ornabit civitatem ? num ignis, aut domus iniquorum thesauros thesaurizans iniquitatis, et cum injuria iniquitatem? » Non enim ipsis ad ornatum, sed ad pœnam erit ignis supplicii. Quoniam autem domus facti sunt, iniquitatem thesaurizantes maledicentur, et punientur, et in omnem calamitatem devolventur.

VERS. 13-16. *Et ego incipiam percutere te, perdam te in peccatis tuis. Tu comedes, et non impleberis. Et ejiciam te in te, et apprehendes, et non salvaberis. Et quotcunque salvati fuerint, in gladium tradentur. Tu seminabis et non metes. Tu premes oleam et non ungeris oleo, et vinum, et non bibetis. Et dissipabuntur legitima populi mei. Et custodisti justificationes Zambri, et omnia opera domus Achab, et ambulavistis in consiliis ejus, ut traderem te in perditionem, et habitantes eam in sibilum, et opprobria populorum accipietis.*

LX. Quoniam domus impiorum iniquitates thesaurizant, et ex iniquitatibus rem colligunt, de cætero pœnas comminatur, et quæ futura exspectantur, jam initium capere narrat, ut proportioni delictorum perditio **452** respondeat. Incutit vero pavorem utiliter, et terroribus futurorum quasi quodam freno ad voluntatem meliora sectandi, et posterioribus consiliis Deum mitigandi circumagit. Plagas autem quasi enumerat, et in conspectu ponit. Nam et fame, et rerum necessariarum egestate punitum, et ipsos in semetipsos sublatum iri affirmat, et apprehensuros fugam quidem, plane tamen non effugituros. Quod si qui etiam præsentibus damnis elabi quiverint, eos capiendos, et non multo post aliorum rhomphææ objiciendos. Per hoc illud nobis videtur significare. Longe plurima bella contra Israelitas mota sunt, sive contra universum Juda, nec semper ab hostibus : ipsi quoque civilibus armis se lacessiverunt, ut aliquando quidem Ephraim, sive decem tribus contra Judam insurrexerint; aliquando ipsi Jerosolymitæ in Ephraimitas moverint : nec paucæ numero urbes perierint, et seipsos inter se frequenter sedibus pepulerint.Et hoc modo pulsi ex urbe ad alios deve-

[82] Mich. III, 9. [83] Isa. LIX, 3.

σχρῶν ἡττωμένοις, καὶ φιλοκερδείας, μεγαληγορία δὲ, καὶ ὑπερηφία τοῖς ἤδη πεπλουτηκόσιν.

Ἔχουσιν ἐν μαρσίπποις στάθμια δόλου καὶ οἱ τῶν ἀνοσίων δογμάτων εὑρεταὶ, οἱ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, καὶ τὸν τῶν ἁπλουστέρων ὑποτρέχοντες νοῦν ἀπάταις καὶ δόλοις, καὶ πλουτοῦντες μὲν διὰ τοῦ θηρᾶσθαι πολλούς. Πλὴν ἀσεβείας ἐπίμεστον τὸν τοιοῦτον ἑαυτοῖς συναγείραντες πλοῦτον, λαλοῦσιν ὁμολογουμένως ἀτρεκὲς μὲν οὐδὲν, παράσημα δὲ καὶ ψευδῆ, καὶ ταῖς ἐξ ἀπάτης κομψείαις, οἱονεὶ κατακεχρωσμένα. Ὑψοῦσι δὲ καὶ τὴν ἑαυτῶν γλῶτταν οἱ τοιοῖδε πάλαι, ἀδικίας κατὰ Θεοῦ λαλοῦντες, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀποφθεγγόμενοι τὰ τῆς ματαιότητος ὑπέρογκα ῥήματα, οἷς ἀκόλουθον εἰπεῖν· « Ἄκουε, φυλὴ, καὶ τίς κοσμήσει πόλιν; μὴ πῦρ, ἢ οἶκος ἀνόμων θησαυροὺς θησαυρίζων ἀνομίας, καὶ μεθ' ὕβρεως ἀδικίαν; » Οὐ γὰρ εἰς κόσμον αὐτοῖς, ἀλλ' εἰς δίκην ἔσται τὸ τῆς κολάσεως πῦρ. Ἐπειδὴ δὲ οἶκοι γεγόνασι θησαυρίζοντες ἀνομίαν, εἰς ἁρπὰν ἔσονται, καὶ δίκην, καὶ ἐν παντὶ πεσοῦνται κακῷ.

Καὶ ἐγὼ ἄρξομαι τοῦ πατάξαι σε, ἀφανιῶ σε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου. Σὺ φάγεσαι, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῇς. Καὶ ἐξώσω σε ἐν σοὶ, καὶ καταλήψῃ, καὶ οὐ μὴ διασωθῇς. Καὶ ὅσοι ἂν σωθῶσιν, εἰς ῥομφαίαν παραδοθήσονται. Σὺ σπερεῖς, καὶ οὐ μὴ ἀμήσῃς. Σὺ πιέσεις ἐλαίαν, καὶ οὐ μὴ ἀλείψῃ ἔλαιον, καὶ οἶνον, καὶ οὐ μὴ πίητε. Καὶ ἀφανισθήσεται νόμιμα λαοῦ μου. Καὶ ἐφύλαξας τὰ δικαιώματα Ζαμβρὶ, καὶ πάντα τὰ ἔργα οἴκου Ἀχαὰβ, καὶ ἐπορεύθητε ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτοῦ, ὅπως παραδώσω σε εἰς ἀφανισμὸν, καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν εἰς συρισμὸν, καὶ ὀνείδη λαῶν λήψεσθε.

Ξ'. Ἐπειδὴ γὰρ οἶκοι γεγόνασιν ἀσεβῶν θησαυρίζοντες ἀνομίαν, καὶ συναγείροντες πλοῦτον ἐξ ἀδικιῶν, λοιπὸν ἀπειλεῖ τὴν δίκην, καὶ τῶν ἔσεσθαι προσδοκωμένων τὴν ἐφοδον ἐν ἀρχῇ ἤδη πως τεθεῖσθαί φησι, ὡς ἀναλόγους τοῖς πταίσμασι κατ' αὐτῶν ἔσεσθαι τὸν ἀφανισμόν. Καταπτοεῖ δὲ χρησίμως, καὶ τοῖς τῶν ἐσομένων δείμασι μονονουχὶ χαλινῷ περιτρέπει πρὸς τὸ δρᾷν ἐλέσθαι τὰ βελτίω, καὶ τοῖς δευτέροις ἐκμειλίσσεσθαι Θεόν. Ἀπαριθμεῖται δὲ ὥσπερ, καὶ ἐν ὄψει τίθεται τὰς πληγάς. Λιμῷ τε γὰρ αὐτοὺς κολασθήσεσθαί φησι, καὶ ταῖς τῶν ἐπιτηδείων ἐνδείαις, καὶ αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς ἐξαρθήσεσθαι, καὶ καταλήψεσθαι μὲν, οὐ μὴν ἔτι καὶ διαδράναι παντελῶς. Ἀλλ' εἰ καί τινες τὰ παραυτίκα βλάβη φυγεῖν ἰσχύσειαν, τούτους ἁλώσεσθαι, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἔργον τε γενήσεσθαι τῆς ἑτέρων ῥομφαίας. Ἐκεῖνο δὲ ἔοικεν ἡμῖν διὰ τούτου δηλοῦν. Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι κεκίνηνται πόλεμοι κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἦγουν κατὰ παντὸς Ἰούδα, πλὴν οὐκ ἀεὶ παρ' ἐχθρῶν, ὡπλίζοντο δὲ καὶ αὐτοὶ κατὰ σφῶν αὐτῶν, ὥς ποτε μὲν τὸν Ἐφραὶμ ἤτοι τὰς δέκα φυλὰς, κατεξανίστασθαι τοῦ Ἰούδα, ποτὲ δὲ καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις αὐτοὺς καταστρατεύεσθαι τοῦ Ἐφραὶμ· οὐκ εὐαρίθμητοι δὲ διολώλασι πόλεις, ὡς ἑαυτοὺς ἐν ἑαυτοῖς ἐξωσθῆναι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πολλάκις. Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον διωκομένους ἐκ πόλεως, καταλαβεῖν μὲν ἑτέρους. Πλὴν ἁλῶναι καὶ κατὰ καιροὺς, ἢ Σύρων ἐμβεβληκότων καὶ τῶν τῆς Δαμασκοῦ βασιλέων, ἢ καὶ αὐτῶν που τάχα Περσῶν, καὶ Μήδων. Τοῦτο, οἶμαι, ἔστι τὸ, Ἐξώσω σε ἐν σοὶ, « Καὶ καταλήψῃ, καὶ οὐ μὴ διασωθῇς, καὶ ὅσοι ἂν σωθῶσι εἰς ῥομφαίαν παραδοθήσονται. » Ὅτι δὲ καὶ τῆς ἐξ ἀγρῶν εὐκαρπίας ἐστερημένοι, καὶ ταῖς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείαις ἐκτετρυμένοι διαβιώσονται μὲν ἀθλίως, ἀποτίσουσι δὲ δίκας τῶν ἀνοσίως αὐτοῖς εἰργασμένων, καθίστησιν ἐναργὲς διά γε τῶν ἑφεξῆς. « Σπερεῖς γὰρ, φησὶ, καὶ οὐκ ἀμήσεις, » καταφθείροντος, οἶμαι, Θεοῦ τοὺς καρπούς. « Καὶ πιέσεις μὲν ἐλαίαν αὐτός· » ἐλαιοφόρος γάρ ἐστιν ἡ Σαμαρειτῶν χώρα, ἔσῃ δὲ οὕτως ἐλαίου, φησὶν, ἐνδεὴς, ὡς μηδ' ἂν εἰ ἔλοιο, πρὸς ἀλοιφὴν εὑρεῖν εὐπορῆσαί που τάχα. Πολυαμπέλου δὲ λίαν οὔσης ὑμῖν τῆς χώρας, καὶ εὐοινούσης ἄγαν, ὡς καὶ πόλεσιν αὐτὴν διανέμειν ἑτέραις, οὐκ ἂν εὕροις πιεῖν αὐτός. Ἀργήσει δὲ καὶ τὰ νόμιμα, φησὶν, ἃ σὺ τέθεικας τοῖς εἰδώλοις προσκομίζων αὐτοῖς τῆς εὐκαρπίας τὰς ἀπαρχάς. Ποίας γὰρ ἔτι λοιπὸν ἀπαρχὰς ἀναθήσεις; ἢ ποῖα προσοίσεις χαριστήρια, καὶ ἐπὶ τίσιν, εἰκότως ὁ πίπτων ἀθλίως, καὶ δαπανώμενος; Εἶτα διδάσκων ὅτι οὐχ ἕτερος αὐτῷ παραίτιος ἂν νοοῖτο τῆς συμφορᾶς γεγονὼς, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν ἀδικήσας ἁλώσεται τῶν ὅτι μάλιστα δεδυσσεβηκότων ζηλώσας τοὺς τρόπους, ἐπιφέρει, καί φησι· « Καὶ ἐφύλαξας τὰ δικαιώματα Ζαμβρὶ, καὶ πάντα τὰ ἔργα οἴκου Ἀχαὰβ, καὶ ἐπορεύθητε ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτοῦ, ὅπως παραδώσω σε εἰς ἀφανισμόν. » Ζαμβρὶ γέγονε βασιλεὺς ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, αὐτὸς δέ ἐστιν ὁ Ἀχαὰβ πατὴρ, ἀλλ' ὡς τὸ Γράμμα φησὶ τὸ ἱερόν· « Πεπόρευται μὲν ἐν ὁδοῖς Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ναβὰτ, ὃς ἐξήμαρτε τὸν Ἰσραήλ. » Ἐπονηρεύσατο δὲ ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ γεγονότας. Τοιγάρτοι καὶ δεδαπάνηται πυρὶ, κατεμπρήσας αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ τὸν ἴδιον οἶκον· γέγραπται γὰρ ὠδὶ, οἶκον δὲ, ὡς ἔοικεν, Ἀχαὰβ τὴν ἐξ Ἰεζάβελ ἀποκαλεῖ, φόνοι δὲ ἦσαν ἐκείνῃ, καὶ ἁρπαγαὶ, καὶ διώξεις ἁγίων τὰ ἐπιτηδεύματα. Ταῦτα δὴ οὖν τετήρηκας, φησὶν, ἵνα σε καὶ ἀφανίσω δικαίως, καὶ γέλωτα ποιήσωμαι, καὶ ἧνειδος τῶν ἄλλων.

Ἁρμόσομεν δὲ τὸν τοιόνδε λόγον καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἐχθροῖς, οἳ ταῖς ἑαυτῶν εὐγλωττίαις ἀναθαρσήσαντες, καὶ ἀθλίων νοημάτων συναγείροντες συρφετοὺς, πλουτοῦσιν ὥσπερ ἐξ ἀδικίας, συλλέγοντες αὐτοῖς τὰ οὐκ ὄντα αὐτῶν, καὶ τὰς τῶν ἁπλουστέρων ἀγέλας πολεμίων δίκην καταδηοῦν εἰωθότες, καὶ εἰς ἔκτοπον αὐτὰς ἀποφέροντες πλάνησιν. Ἀκουέτωσαν τοίνυν Θεοῦ λέγοντος· « Καὶ ἐγὼ ἄρξομαι τοῦ ταράξαι σε, καὶ ἀφανιῶ σε ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις σου. Σὺ φάγεσαι, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῇς. » Περιτυγχάνοντες γὰρ ταῖς θείαις Γραφαῖς, εἶτα τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων οὐκ ἐμφορούμενοι, καίφοι δοκοῦντες ἐσθίειν, φθείρονται λιμῷ, οἰόμενοι δὲ καὶ καταλαμβάνειν τὴν τῆς σωτηρίας, οὐκ ἂν εὕροιεν ὁδὸν, σπείροντες δὲ, ὥς γε νομίζουσι, οὐδένα τῶν

nerunt; verumtamen capti sunt aliquando, aut Syris, et Damasci regibus, aut forte ipsis Persis ac Medis irrumpentibus. Hoc, opinor, est, quod ait : « Expellam te in te, et apprehendes, et non salvaberis; et quotquot salvi fuerint, in gladium tradentur. » Fructuum porro agrestium copia spoliatos, et necessariorum inopia vexatos, vitam miseram victuros, et impie factorum pœnas persoluturos, sequentibus clare indicat. Ait siquidem : « Seminabis, et non metes, » Deo, ut arbitror, fructus perdente. « Et premes quidem oleam ipse : » ferax enim olei est Samaritanorum regio; eris autem olei adeo indigus, ut, etiamsi velis, ad unctionem ejus inveniendi facultas nulla forsitan suppetat. Cum autem regio vestra vinetis et vino abundet egregie, ut et reliquis urbibus divendat, non invenies ipse quod bibas. Cessabunt et legitima, inquit, quæ tu idolis constituisti, de fructuum uberi proventu primitias illis consecrans. Quales enim in posterum primitias dedicabis? aut quas gratiarum actiones offeres, et propter quæ, qui merito misere concidisti, et consumptus es? Deinde docens non alium ipsi auctorem, et causam calamitatis posse intelligi, sed ipsummet ærumnæ suæ machinatorem convictum iri, cum longe impiissimorum mores æmulatus sit, adjungit, et ait : « Et custodivisti justificationes Zambri, et omnia **453** opera domus Achab, et ambulastis in consiliis ejus, ut traderem te in perditionem. » Zambri fuit rex Israel, idem Achabi pater, qui, ut habet sacra Scriptura, « Ambulavit in viis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel [58]. » Vicit autem sceleribus antecessores suos. Proinde et igne absumptus est, cum ipse super se domum propriam incendisset, ut proditum est Litteris; domum autem Achab, ut apparet, propter Jezabel nominat, cui cædes, rapinæ et persecutiones sanctorum studio fuerunt. Hæc igitur observasti, inquit ut te jure perdam, et deridendam atque despicabilem aliis faciam.

Verba porro hæc etiam hostibus veritatis aptabimus, qui, facundia sua freti, infelicium sententiarum sordes et quisquilias congregantes, tanquam ex iniquitate ditescunt, et colligunt sibi quæ ipsorum non sunt, et simpliciorum cœtus hostilem in modum deprædari atque in errorem insipientem deducere consueverunt. Audiant ergo Deum dicentem : « Et ego incipiam conturbare te, et perdam te propter peccata tua. Tu comedes, et non saturaberis. » Volventes enim divinas Scripturas, deinde doctrina veritatis haud saturati, quanquam comedere sibi videantur, fame pereunt; putantesque se apprehendere viam salutis, eam invenire nequeunt; seminantes autem, ut ipsi quidem arbitrantur, nullam suorum laborum mercedem accipiunt; et oleam

[58] III Reg. xvi, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

intelligibilem exprimentes, hoc est, Scripturam sacram, gratia Spiritus nulla ex parte pinguescunt; et cum se quasi vindemiare existiment, a lætitia spirituali procul absunt. « Custodierunt justificationes Zambri, et omnia opera domus Achab, » hoc est, scelerate egerunt, rem suam inique auxerunt, et contra sanctos persecutionem excitarunt. Erunt igitur in perditionem, et in probrum exsecrationemque tandem dabuntur.

A πόνων εὑρήσουσι τὸν μισθὸν, καὶ τὴν νοητὴν ἐλαίαν ἐκθλίβοντες, τουτέστι, τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι κατ' οὐδένα τρόπον κατα πιαίνονται, οἷον δὲ τρυγᾶν οἰόμενοι, μακρὰν εὐφροσύνης ἔσονται τῆς πνευματικῆς. « Τετηρήκασι τὰ δικαιώματα Ζαμβρὶ, καὶ πάντα τὰ ἔργα οἴκου Ἀχαάβ, » τουτέστιν, ἐπονηρεύσαντο, πεπλεονάκασιν, καὶ διωγμοὺς εἰργάσαντο κατὰ τῶν ἁγίων. Ἔσονται δὴ οὖν εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς ἐπονείδιστόν τε καὶ ἐπάρατον ἀληθῶς καταστρέψουσι τέλος.

CAP. VII.

VERS. 1. *Væ mihi, quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, et sicut racemos in vindemia, cum non sit botrus ad comedendum primitiva.*

LXI. Ex charitate propheta Israelitas lamentatur, ut jamjam in exitium abituros, 454 et ad eum numerum tandem venturos, ut pauci admodum, et soli relinquantur; similes autem fore spicis decidentibus, quas metentium manus prætereunt, quæ a spicilegis raræ inveniuntur. Similes nihilominus racemis qui dicuntur, quas legulorum seu vindemiantium manus reliquerunt. Puto etiam subostendi quam difficile sit sanctos invenire, utpote paucis ea ætate superstitibus; et qui haud aliter quam spicæ post demessas segetes reperirentur: ut etiam inter botros primogenitos secundorum accessiones. Cœlo enim fervente, e palmitibus una principio et prima quasi cum impetu prorumpit. At procedente tempore merito post hujuscemodi uvas aliæ nonnunquam C secundo loco prodeunt, quas vindemiantes non facile inveniunt, quod sub pampinorum multitudine, et ob acinorum paucitatem, facile occultentur. Has non sine labore, et curiosius perspectis vitibus colligunt, qui legulos sequuntur. Videtur itaque nobis propheta bonorum raritatem his verbis lamentari. Hoc porro detrimento fuisse Israelitis, in tanta, inquam, sanctorum penuria versari, quo pacto dubitari potest? Parcit enim interdum et regionibus et urbibus, plurimaque scelera ignoscit Deus, ut benignus Dominus; et licet vix quinque in iis boni inveniantur, intus autem sint Sodomitæ innumeri, miseretur tamen, sanctorumque paucorum admodum personas reveritus, iram cohibet.

B

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Οἴ μοι, ὅτι ἐγενήθην ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμητῷ, καὶ ὡς ἐπιφυλίδας ἐν τρυγητῷ, οὐχ ὑπάρχοντος βότρυος τοῦ φαγεῖν τὰ πρωτόγονα.

ΞΑ'. Ἐξ ἀγάπης ὁ προφήτης κατοιμώζει τὸν Ἰσραὴλ, ὡς ὅσον οὐδέ πω κατοιχησομένους εἰς ὄλεθρον, καὶ εἰς τοῦτο λοιπὸν ἥξοντας ἀριθμοῦ, ὡς ὀλίγους κομιδῇ, καὶ μόνους περιλιμπάνεσθαι, ἐοικέναι δὲ τοῖς ἀποπίπτουσι τῶν σταχύων, οὓς αἱ τῶν ἀμώντων παρατρέχουσι χεῖρες, οὕτοι δὲ οὕτω καὶ τοῖς τὴν καλάμην συλλέγουσι σπανίως ἁλώσιμοι. Ἐοικέναι δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ταῖς καλουμέναις ἐπιφυλλίσιν, ἃς αἱ τῶν τρυγόντων παρῆλθον χεῖρες. Οἶμαι δὲ ὅτι καὶ τῶν ἁγίων δυσεύρετον ὑποδηλοῖ, ὡς ἐν ὀλίγοις ὄντων λειψάνοις κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, εὑρισκομένων δὲ οὕτως, ὡς ἂν εἰ καὶ ἄσταχυς εἷς ἐν ληΐνοις τεθερισμένοις, ἢ καὶ ἐν τοῖς πρωτογόνοις τῶν βοτρύων αἱ τῶν δευτέρων ἐπεμβολαί. Ἀέρος μὲν γὰρ καταθάλποντος, ἐκβράττεται τῶν κλημάτων ὁ βότρυς ὁ ἐν ἀρχαῖς τε καὶ πρῶτος. Προϊόντος γε μὴν τοῦ καιροῦ, εἰκότως ἔσθ' ὅτε καὶ δευτέρα μετ' ἐκείνους ἀκολουθεῖ βοτρύων διεκβολή· ταῦτα δέ ἐστι τοῖς τρυγῶσι δυσεύρετα, διάτοι τὸ ἐν πολλῇ τῇ φυλλάδι διαλανθάνειν εὐκόλως, καὶ ἐν ὀλίγαις εἶναι ῥαξί. Ταῦτα συλλέγουσιν οὐκ ἀνιδρωτὶ, περιεργότερον ταῖς ἀμπέλοις ἐνιέντες τὸν ὀφθαλμὸν τοῖς τρυγῶσιν ἑπόμενοι. Ἔοικε δὴ οὖν τῶν ἐπιεικῶν τὴν σπάνιν ὁ προφήτης ἡμῖν ἐν τούτοις κατολοφύρεσθαι. Ὅτι δὲ πρὸς ζημίας γέγονε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ χρῆμα, τὸ ἐν ἐνδείᾳ γενέσθαι, φημὶ, τῶν ἁγίων, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν; Φείδεται γὰρ ἔσθ' ὅτε καὶ χωρῶν, καὶ πόλεων, καὶ πολλὰ λίαν ἀνίησιν ἐγκλήματα Θεὸς, ὢν φιλάνθρωπος ὁ Δεσπότης, πέντε που μόλις ἁγίων ἐν αὐτοῖς εὑρημένων, κἂν ἔσωθεν οἱ Σοδομιτῶν ποταμοὶ, κατοικτείροντος Θεοῦ, καὶ αἰδοῖ τῇ πρὸς τοὺς ἁγίους, καὶ ὀλίγους κομιδῇ, τὴν ὀργὴν ἀνακόπτοντος.

VERS. 2, 3. *Væ mihi, anima, quia periit religiosus de terra, et recte faciens in hominibus non est. Omnes in sanguines judicant, unusquisque proximum suum tribulant tribulatione. In malum manus suas parant. Princeps postulat, et judex pacifica verba locutus est, desiderium animæ suæ est.*

LXII. Verus est sermo, ut mihi quidem videtur. Dolens enim conqueritur, non esse religiosum in tota terra, puta Judæorum, quanquam olim infinita, et honoribus insignia sanctorum capita numeraverit. Hoc est, quod per Isaiam dicit Deus: « Quo-

D *Οἴ μοι, ψυχὴ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ὑπάρχει. Πάντες εἰς αἵματα δικάζονται, ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐκθλίβουσιν ἐν θλιβῇ. Ἐπὶ τὸ κακὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἑτοιμάζουσιν. Ὁ ἄρχων αἰτεῖ, καὶ ὁ κριτὴς εἰρηνικοὺς λόγους ἐλάλησεν, κατὰ θύμιον ψυχῆς αὐτοῦ ἐστιν.*

ΞΒ'. Ἔστιν ἀτρεκὴς, ὡς ἔοικεν ἡμῖν, ὁ λόγος. Ὀδύρεται γὰρ ὡς οὐκ ὄντος εὐλαβοῦς ἐν ὅλῃ τῇ γῇ, δῆλον δὲ ὅτι τῇ τῶν Ἰουδαίων, καίτοι κομώσῃ πάλαι πλείστας τε ὅσαις ἁγίων κεφαλαῖς, καὶ διαφανῆ τὴν δόξαν ἐχούσαις. Τοῦτό τοί φησι διὰ φωνῆς Ἡσαΐου

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Θεός· « Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονεῦται; » Τὸ γὰρ δὴ μάλιστα φορτικώτατον, καὶ εἰς ἄκρον αὐτοὺς φαυλότητος διέρχεσθαι παρασκευάσαν, τὸ ἐφ' αἵμασιν αὐτοὺς δικάζεσθαι, καὶ φονᾶν ἀγρίως, καὶ ὡς ἕωλον κομιδῇ τὸ ἀγαθουργεῖν ἀπορρίπτεσθαι, ὥστε καὶ ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι σπούδασμα, τὸ ἐπὶ μόνον τοὺς κατοικοῦντας, τὰς χεῖρας ἐκείνους τρέπειν. Οὐδὲν γάρ ἐστιν τοῖς ὧδε ζῆν εἰωθόσιν ἀνεπιτήδευτον, κἂν ἐν νόμῳ κολάζοιτο, κἂν εἰ τοῖς τῆς ἐλευθερίας διαβέβληται τρόποις. Ἆρ' οὖν κατηῤῥώστησε μὲν τὸ ἐν τούτοις εἶναι τὸ ὑπήκοον, ἔῤῥωται δὲ τὸ ἡγούμενον, καὶ ὑγιαίνει τὸ κρίνον; Οὐδαμῶς, φησίν· « Ὁ γὰρ ἄρχων αἰτεῖ, καὶ ὁ κριτὴς εἰρηνικοὺς λόγους ἐλάλησε. » Πολλοὶ πολλάκις τῶν εἰς ἀρχὴν τεταγμένων γεγόνασι μὲν ἀνόσιοι καὶ φιλοκερδέστατοι, καὶ καταπωλοῦντες εὐκόλως τὰς ἑαυτῶν γνώμας τοῖς παραφθείρειν ἐθέλουσιν. Ἀλλ' εἰ καὶ νενεύκασιν εἰς τοῦτο, τὸ μὴ ἡττῆσθαι δοκεῖν ἐγκλημάτων, κἂν δωροδοκίας ἀποτρέπωνταί πως, καὶ δόξῃ χρηστῇ καταχαλλύνειν ἐπείγωνται τοὺς ἑαυτῶν τρόπους, τὸ δὲ δὴ προήκειν εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀθλιότητος, οὐαὶ πρὸς τῶν αἰσχρῶν! ὡς μονονουχὶ καὶ χεῖρα προτείνειν, κἂν εἰ μὴ λάβοι δικάζων, τὸν τοῦ δικαίου καταφθείρειν λόγον, καὶ ἀναισχύντως ἀπειλῇ, πῶς οὐκ ἂν εἴη λοιπὸν ἁπάσης ἐπέκεινα βδελυρίας; Μετεμφάσεως δὴ οὖν ὁ λόγος, καὶ οἱονεὶ κατακεκραγότος τῆς πλεονεξίας· « Ὁ ἄρχων αἰτεῖ, καὶ ὁ κριτὴς εἰρηνικοὺς λόγους ἐλάλησεν. » Ἆρ' οὖν αἰτιάσεταί τις τὸν εἰς εἰρήνην συλλέγοντα τοὺς μεμερισμένους εἰς διαφθοράν; Εἶτα πῶς ἂν ἀληθὲς εἴη, ὅτι « μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, » καὶ ποῖος αὐτῶν ὁ μισθός; Ἀλλὰ σώζεται μὲν τοῖς τῆς εἰρήνης βραβευταῖς τὰ ἐντεῦθεν αὐχήματα. Πλὴν ὁ κρίνων ὀρθῶς τὸ τῷ θείῳ δοκοῦν ἑρμηνεύει νόμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀδίκους ἐλέγξει, συναγορεύσει δὲ πάντως τοῖς ἠδικημένοις. Ὅταν δὲ τοῖς ἀδικοῦσι λέγωσι λόγους εἰρηνικοὺς, οὐκ ἐλέγχοντες ὡς ἡμαρτηκότας, τότε δὴ, τότε παραλύουσι ἐναργῶς τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. Ἔφη γάρ, ὅτι « Στόμα ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητοῦσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Παρέπεται δέ πως ἀεὶ τοῖς δωροδοκεῖν εἰωθόσι τὸ μήτε δύνασθαι κρίνειν ὀρθῶς, μήτε μὴν ἐκ παῤῥησίας ἐλέγχειν τοὺς ἡμαρτηκότας, συμβουλεύειν δὲ μᾶλλον τὰ πρὸς εἰρήνην, κἂν εἰ πλείστην ὅσην ἐπιφέρωσί τισι τὴν πλεονεξίαν. Καὶ τὴν τῆς νόσου αἰτίαν σαφῆ καθιστὰς ὁ προφήτης, φησί· « Καταθύμιον ψυχῆς αὐτοῦ ἐστιν· » ἀρέσκει γὰρ ἴσως αὐτῷ, φησὶ, καὶ τὸ ἐκτόπως γεγενημένον. Εἶτα πῶς ἐπιτιμήσει τοῖς ἠδικηκόσιν; Ὁ γὰρ ἐπαινέσας ἔχῃ, πῶς ἂν ἔτι καταμωμήσεται; Χρῆμα δὴ οὖν ἀνόσιόν τε καὶ ἐπιζήμιον ἀληθῶς πλεονεξία, καὶ τὸ καταθλίβειν ἑτέρους. Ἐπάρατον δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὸ αἰσχρῶν ἡττῆσθαι λημμάτων, ἥκειν δὲ εἰς τοῦτο δυσβουλίας, ὡς ἀλογῆσαι λοιπὸν καὶ τῶν εἰς ὀρθότητα τρόπων, καὶ τὸ κρίνειν ἀδεκάστως, μηδὲ ποιεῖσθαι περὶ πολλοῦ, προσκεῖσθαι δὲ μᾶλλον τοῖς ἀδικεῖν εἰωθόσι, καὶ

A modo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicio, in qua justitia dormivit in ea, nunc autem homicidæ [55]? » Quod enim odiosissimum est et ad fastigium sceleris eos promovit, illud est, quod in sanguinem judicia exercebant, **455** et immaniter cædes perpetrabant, bonarumque actionum studia, ut quiddam putidissimum aspernabantur; adeo ut præ omnibus et maxime curandum ducerent, quo pacto civibus manus violentas inferrent. Nam ita vivere solitis nihil intentatum manet, quamvis lege puniatur, quantumvis moribus vitiosum et infame sit. An igitur in his subjectum esse, imbecillum est : valet autem quod præest, et sanum est quod
B judicat? Neutiquam, inquit : « Princeps enim postulat, et judex pacifica verba locutus est. » Sæpenumero multi qui locum et dignitatem principum tenuerunt, scelesti et lucri appetentissimi fuerunt, facileque sententias suas, iis qui vellent eas pretio corrumpere, vendiderunt. Sed si etiam huc se dederint, ne criminibus victi videantur, et munera aversentur, et bona opinione mores suos decorare nitantur, et interim procedant eo miseriæ, proh turpitudinem! ut quasi manum protendant, et nisi accipiat judex, justitiæ rationem corrumpant, et impudenter minentur, quomodo non quamvis, vel summam impudentiam superet? Habet igitur vim, et significans est oratio, et velut contra avaritiam exclamantis : « Princeps postulat, et judex pacifica verba locutus est. » Num igitur quispiam accusabit
C ad pacem colligentem, qui ad perniciem divisi erant? Quomodo ergo verum erit, « Beati pacifici [56]? » et quodnam eorum præmium? At enim pacis arbitris salva manet inde proficiscens gloria. Verumenimvero, qui sincere judicat, mentem divinæ legis interpretatur, et iniquos quidem corripit, læsis autem omnino patrocinatur. Quod si improbis dicunt verba pacifica, eorum peccata non redarguentes, tunc, tunc aperte, quod divina lege sancitum est, fit irritum. Ait enim Scriptura : « Os sacerdotis custodiet judicium, et legem requirent ex ore ejus [57]. » Semper autem nescio quo modo assuetis dona accipere amicum est, nec recte judicare, nec peccantes libere reprehendere, sed pacem suadent potius, etiamsi inde quidam plurimum
D alienæ fraudis et avaritiæ experiri debeant. Morbi hujus causam aperiens propheta inquit : « Desiderium animæ suæ est : » placet enim fortasse illi, inquit, etiam quod legitime non fit. Deinde quomodo eos qui fecerunt injuriam increpabit? Quem enim laudavit, quomodo adhuc vituperabit? Quamobrem avaritia, et oppressio aliorum res impia sane et damnosa est. Exsecrabile item turpi quæstui succumbere, **456** et usque adeo mentem perdere, ut de cætero et mores probos et incorrupte judicandi officium contemnas, nec ullo loco numeres, sed cum iis facias magis, qui injurias irrogare, et partem impietatis sibi deposcere, atque ita peccatis alienis

[55] Isa. I, 21. [56] Matth. V, 9. [57] Malach. II, 7.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

communicare consueverunt [58]. Hujusmodi hominem tam gravibus delictis implicitum, iræ et vindictæ divinæ subjectum omnimodis fore, quis prudens dubitare possit ?

VERS. 4. *Et auferam bona eorum quasi tinea comedens, et ambulans super regulam, ut in die speculæ.*

LXIII. Dupliciter eos puniturum minatus est. Inquit enim : « Ego incipiam percutere te, et perdam te propter peccata tua. Tu comedes, et non saturaberis, et ejiciam te in te, et apprehendes, et non salvaberis [59]. » Et adjungit : « Tu seminabis, et non metes. Tu exprimes oleum, et non ungeris oleo ; et vinum, et non bibetis [60]. » Perituram igitur ipsis frugum ubertatem in agris, ad sustentandam vitam requisita defectura, et inopia rerum summe necessariarum oppressum iri, docet dicens, se tanquam tineam ipsorum bona omnia consumpturum, hoc est, illa, in quibus eos non mediocriter oblectari felicitateque sua ample perfrui æquum erat. Percussum autem, perditum et expulsum iri velut in semetipsos, hoc est, inter se perituros, et a semetipsis domibus et urbibus miserabiliter ejiciendos, declarat, his verbis : « Et ambulans super regulam, ut in die speculæ. » Sententiola ista comprehensu perdifficilis est, quam non aliter a nobis arbitror posse intelligi, quam si historiæ huc spectantes prius commemorentur, quod facere aggrediar. Gaba vicus quidam, sive oppidulum est Judææ, in colle situm, sorte tribui Benjamiticæ assignatum, quod item collis, et specula vocatur. Et meminimus, quo pacto vir Levita, ut in libro Judicum legitur, indigne vexata concubina sua in eodem oppido, in partes duodenas diviso ejus cadavere, ad omnes tribus easdem miserit, atque hac ratione scelus Benjamitarum apud omnes divulgaverit. Hinc factum, ut reliquæ tribus in Benjamiticam arma expedirent, numerusque haud exiguus mortem oppeteret, cum principio **457** Benjamitæ cæteris tribubus superiores, postmodum ab iisdem universi delerentur. Historiam hanc propheta Oseas quoque tangit. Ait enim, insaniam in domo Dei defixisse, et corruptos esse « secundum dies collis [62]. » Quoniam enim idololatrias, et falsa vaticinia (hæc quippe insaniæ nomine significantur) in domo Domini defixerunt, idcirco corrupti ac perditi sunt, ut in diebus collis, hoc est Gabaa. Vocari autem Gabaam collem, sive speculam, perspicue ex libro tertio Regum discas. Asa enim regnavit super Jerusalem, Basaa super Samariam eodem tempore. Ast ubi dissidium inter eos incidit, et utrinque irati, bellum sibi fecerunt, « Ascendit, inquit, Basaa rex Israel in Judam, et ædificavit Rama, ut non esset egrediens et ingrediens Asa regi Juda [63]. » Incursante autem Samariam filio Ader, Basaa desiit ædifi-

μερίζεσθαι πρὸς αὐτοὺς τὴν ἀσέβειαν, ἀλλοτρίαις τε οὕτω κοινωνεῖν ἁμαρτίαις. Ὑποκείσεται δὲ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ὀργαῖς τε καὶ δίκαις ὁ τοῖς ὧδε δεινοῖς πλημμελήμασιν ἑαυτὸν ἐνιείς, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, εἴπερ ἔλοιτο φρονεῖν ὀρθῶς ;

Καὶ ἐξελοῦμαι τὰ αὐτῶν ἀγαθὰ ὡς σὴς ἐκτρώγων, καὶ βαδίζων ἐπὶ κανόνος, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σκοπιᾶς.

ΞΓ'. Διττὸν ἐπηπείλησεν ἐπάγειν αὐτοῖς τῆς δίκης τὸν τρόπον. Ἔφη γάρ, ὅτι « Καὶ ἐγὼ ἄρξομαι τοῦ πατάξαι σε, καὶ ἀφανίσω σε ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις σου. Σὺ φάγεσαι, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῇς, καὶ ἐξώσω σε ἐν σοὶ, καὶ καταλήψῃ, καὶ οὐ μὴ διασωθῇς. » Προσετίθει δὲ, ὅτι « Σὺ σπερεῖς, καὶ οὐ μὴ ἀμήσῃς. Σὺ πιέσεις ἔλαιον, καὶ οὐ μὴ ἀλείψῃ ἔλαιον· καὶ οἶνον, καὶ οὐ μὴ πίητε. » Ὅτι τοίνυν οἰχήσεται μὲν αὐτοῖς τῆς ἐξ ἀγρῶν ἀκαρπίας τὸ ἀμφιλαφὲς, ἐλλείψει δὲ καὶ τὰ ζωαρκῆ, καὶ τῇ τῶν χρειωδεστάτων ἐνδείᾳ καταπιεσθήσονται, διδάσκει, λέγων, ὡς ἐν εἴδει μὲν σητὸς δαπανήσει πάντα αὐτῶν τὰ ἀγαθὰ, τουτέστι, τὰ οἷς ἦν εἰκὸς οὐ μετρίως ἐντρυφᾷν, καὶ τὸ τῆς εὐημερίας διακεκτῆσθαι πλάτος. Ὅτι δὲ ἔμελλον παταχθήσεσθαί τε καὶ ἀφανισθήσεσθαι, ἐξωσθῆναί τε, ὥσπερ καὶ ἐν σφισιν αὐτοῖς, τουτέστιν, ἀλλήλοις συνδιολεῖσθαι, καὶ ὑπό γε σφῶν αὐτῶν οἴκων τε καὶ πόλεων ἐλεεινῶς ἐκπέμπεσθαι, διατρανοῖ, λέγων· « Καὶ βαδίζων ἐπὶ κανόνος ἐν ἡμέρᾳ σκοπιᾶς. » Καὶ δυσέφικτον μὲν κομιδῇ τὸ ῥησίδιον, οἶμαί τε ἔγωγε μὴ ἂν ἑτέρως αὐτὸ νοηθῆναι δύνασθαι πρὸς ἡμῶν, εἰ μὴ γένοιτο σαφὴς ἡ τῶν εἰς τοῦτο βλεπουσῶν ἱστοριῶν προαφήγησις, ὃ δὴ καὶ ποιεῖν πειράσομαι. Γαβά τοίνυν κώμη τίς ἐστιν, ἣν οὖν πολίχνη κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ἐπὶ γηλόφου κειμένη, ἐκνεμηθεῖσα δὲ καὶ εἰς κλῆρον τοῖς ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ὠνόμασται δὲ καὶ βουνὸς καὶ σκοπιά. Μεμνήμεθα δὲ ὅτι Λευΐτης ἀνὴρ, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ γέγραπται τῶν Κριτῶν, ὑβρισθείσης αὐτῷ τῆς παλακίδος ὑπὸ τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν ἐν αὐτῇ τῇ γῇ Γαβὰ, κατατεμὼν τὸ λείψανον εἰς δύο καὶ δέκα μέρη, ἀπάσαις ἐπεμψε ταῖς φυλαῖς, τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν τὸ πλημμέλημα καταφανὲς ἅπασι καθιστάς. Εἶτα συμβέβηκεν ἐντεῦθεν κατεξαναστῆναι μὲν πολέμου νόμῳ τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν τὰς ἑτέρας φυλὰς, πληθὺν δὲ πεσεῖν οὐκ εὐαρίθμητον, ἐν ἀρχῇ μὲν νενικηκότων τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν τὰς ἑτέρας φυλὰς, ὕστερον δὲ τῶν ἑτέρων φυλῶν κατεφθαρκυιῶν αὐτοὺς εἰσάπαν. Μέμνηται τῆς ἱστορίας καὶ ὁ προφήτης Ὡσηέ. Φησὶ γὰρ, ὅτι μανίαν ἐν οἴκῳ Θεοῦ κατέπηξαν, ἐφθάρησαν « κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ βουνοῦ. » Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, εἰδωλολατρεῖαι καὶ ψευδομαντεῖαι· ταυτὶ γὰρ ἐν τούτοις ἡ μανία δηλοῖ· κατέπηξαν ἐν οἴκῳ Κυρίου, ταύτητοι καὶ κατεφθάρησαν ὡς ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ βουνοῦ, τουτέστι, τῆς Γαβά. Ὅτι δὲ ὁ βουνὸς ἦτοι Γαβὰ καλεῖται καὶ σκοπιὰ, μαθήσῃ σαφῶς ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν. Ἀσὰ μὲν γὰρ βεβασίλευκε τῆς Ἱερουσαλὴμ, Βασὰ δὲ τῆς Σαμαρείας καθ' ἕνα καὶ-

[58] I Tim. v, 22. [59] Mich. vi, 13, 14. [60] ibid. 15. [61] Judic. xix, 20. [62] Osee ix, 8, 10. [63] III Reg. xv, 17; II Paral. xvi, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

XVIII. Quasi brevi in Judæam [illegible] dimumque reversurus, res postulabat ut [illegible] oportere deinceps, et viam considerare, [illegible] lumbos, hoc est, paratos et [illegible] labores itineris sufferendos, omnemque [illegible] viriliter spernere, et [illegible] velle dilationibus [illegible] me autem obvium habet [illegible] et præcinctum habere [illegible] noster Jesus Christus [illegible] bus in ipsum credentium [illegible] vestri præcincti[82]. » Ex [illegible] tium, et convenienter [illegible] Evangelium, et ad hoc [illegible] mos. Inquit igitur : « [illegible] tus esto, et velut [illegible] « Avertit enim Dominus, [illegible] cob, sicut contumeliam [illegible] inductam distinctionem [illegible] enim nomine, qui Samariæ [illegible] decem tribus, quarum [illegible] Ephraim, et Manasse, [illegible] habuit Jacob. Israel [illegible] quibus tunc Deus [illegible] conferit[83]. Nimirum [illegible] ex Samaria Ninive [illegible] lymis[84]. Quare jure [illegible] contumeliam Jacob, [illegible] Et contumeliam [illegible] memoratum animal. [illegible] Deum, non ut [illegible] patiatur, [illegible] liam Israel, [illegible] versi enim, [illegible] deum repellens.

[82] Luc. xi[illegible]

(1) Auberti[illegible]

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

hominibus, viros fortes illudentes in igne. Habenæ curruum eorum in die præparationis eorum, et equites tumultuabuntur in viis, et confundentur currus, et collidentur in plateis. Aspectus eorum quasi lampades ignis, et quasi fulgura discurrentia.

A *αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπων, ἄνδρας δυνατοὺς ἐμπαίζοντας ἐν πυρί. Αἱ ἡνίαι τῶν ἁρμάτων αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἑτοιμασίας αὐτῶν, καὶ οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ συγχυθήσονται τὰ ἅρματα, καὶ συμπλακήσονται ἐν ταῖς πλατείαις. Ἡ ὅρασις αὐτῶν ὡς λαμπάδες πυρὸς, καὶ ὡς ἀστραπαὶ διατρέχουσαι.*

XIX. Deo, cui nota sunt omnia, sanctis apostolis, sive prophetis temporibus definitis eventura suggerente, illi juxta ejus beneplacitum ea prædicere debuerunt. Sæpius porro res ipsas viderunt. Proinde obstupuerunt, et tantum non revera ante oculos eas geri cernentes, de ipsis verba fecerunt; quod et nunc prophetæ videtur accidisse super incolis Ninive, et Cyri militibus, quoniam excusserunt eos, et propagines eorum. Instituitur sermo velut ab eo B quod vitibus evenire consuevit. Excutitur siquidem botrus, et acinos exspuit, aut violentissimo irruente vento, aut æstu exurente, aut alio quocunque incommodo impellente, ut una cum fructu palmes etiam ipse viriditate nudatus appareat. Perinde igitur ut vites eos excusserunt. Disperdita sunt etiam arma eorum, hoc est, potentia : arma etenim nonnunquam potentiam significant. Equites autem peritos, et ex curribus pugnare gnaros incredibili terrori futuros ait, ut vertantur in fugam, ut implicentur mutuo, et inter se trudant, ac illidant, putentque hostium phalanges ita se perrupturos, ut nihil lampadibus cedant, aut etiam instar fulgurum celeri et effreni cursu eas aduram.

Ιθ'. Ἐνηχοῦντος μὲν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ἤγουν προφήταις, τὰ κατὰ καιροὺς ἐσόμενα τοῦ πάντα εἰδότος Θεοῦ, προαπήγγελλον ἀναγκαίως κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν. Ἐγίνοντο δὲ πλειστάκις καὶ ἐν αὐταῖς τῶν πραγμάτων ὁράσεσι. Τοιγάρτοι καταπεπλήγασι, καὶ μονονουχὶ πληρούμενα βλέποντες, τοὺς περὶ αὐτῶν ἐποιοῦντο λόγους· ὁποῖόν τι καὶ νῦν ὁ προφήτης δοκεῖ πεπονθέναι ἐπί γε τοῖς οἰκοῦσι τὴν Νινευὴ, καὶ τοῖς Κύρῳ συνησπικόσιν, ὅτι ἐξετίναξαν αὐτοὺς, καὶ κλήματα αὐτῶν. Πεποίηται δὲ ὁ λόγος ὡς ἀπό γε τοῦ συμβαίνειν ταῖς ἀμπέλοις εἰωθότος. Ἐκτινάσσεται γὰρ ὁ βότρυς, καὶ τὰς ῥάγας ἀποπτύει, ἢ ῥαγδαιοτάτου προσβάλλοντος πνεύματος, ἢ καύσωνος καταφλέγοντος, ἢ καὶ ἑτέρας ἠστινοσοῦν συντεινούσης βλάβης, ὡς καὶ αὐτὸ τοῖς καρποῖς τὸ κλῆμα συναναφαίνεσθαι καὶ αὐτῆς τῆς ἄνθης ἀπογυμνούμενον. Οὕτω δὴ οὖν ἀπετίναξαν αὐτοὺς ὡς ἀμπέλους. Διέφθαρται δὲ καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν, τουτέστιν, ἡ δυναστεία· ὅπλα γὰρ ἔσθ' ὅτε σημαίνει τὴν δυναστείαν. Δεινοὺς δὲ ὄντας ἱππέας, καὶ τὰς ἐφ' ἁρμάτων εἰδότας μάχας ἐν ἀφορήτοις ἄγαν φησὶ γενέσθαι δείμασιν, ὡς τραπέσθαι μὲν εἰς φυγὴν, συμπλέκεσθαι δὲ ἀλλήλοις, καὶ συνθραύεσθαι προσρηγνυμένους, οἴεσθαι δὲ οὕτως καταθλᾶν αὐτοὺς τὰς τῶν πολέμων φάλαγγας, ὡς οὐδὲν λαμπάσι παραχωρεῖν, ἢ καὶ ἀστραπαῖς ἐν ἴσῳ καὶ φλέγειν αὐτοὺς ὀξεῖ καὶ ἀσχέτῳ δρόμῳ.

VERS. 5. *Et memorabuntur optimates eorum, et* C *fugient in die, et infirmabuntur in* 499 *itinere suo, et festinabunt ad muros, et præparabunt propugnacula sua.*

Καὶ μνησθήσονται οἱ μεγιστᾶνες αὐτῶν, καὶ φεύξονται ἡμέρας, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν τῇ πορείᾳ αὐτῶν, καὶ σπεύσουσιν ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ ἑτοιμάσουσι τὰς προφυλακὰς αὐτῶν.

XX. Ingravescente bello, ipsi quoque principes civitatis, præter alios, recordabuntur, inquit, quid capta Judæa fecerint, id est, quam insolenter voces maledicas jactaverint, et oris petulantia miseri Dei gloriam ceu funda appetiverint. Tum in hujus rei memoriam regressi, cognoscent se Deum inimicum habere, qui eos oppugnantium pedibus proterendos substernat, quamvis aliquando præpotentes, quorumvis arma levi negotio repulerint, in quos impressionem facere aggressi essent. Quod si etiam in fugam convertantur, reperta evadendi difficultate, et in itineribus suis infirmati, aliud occipient. D Curam enim gerent murorum, et super ipsis custodias collocabunt. Indicat per hæc propheta, ex omni parte anxios, et quid facto opus sit propter tenebras menti offusas penitus non dispicientes, et meris calamitatibus, propemodum tanquam vino ebrios, salutis suæ amissionem lugere, et vagari quovis levi momento volitantes, ex his in illa, ex illis in alia, et in omnibus his incassum laborare. Quod dicit, « Fugient in die, » illud, opinor, vult: Cum periti sint, ut dixi, expugnatu difficiles, et feroces, tandem eo timiditatis redigentur, ut manifeste cupiant

Κ'. Καταβρίθοντος τοῦ πολέμου καὶ αὐτοὺς τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ τοὺς δυνατωτάτους, εἰς νοῦν δέξονται, φησὶν, ἃ δεδράκασιν ἑλόντες τὴν Ἰουδαίαν, ἤγουν ὧν ἐκτόπων εἰρήκασι, παλιμφήμους ἱέντες φωνὰς, καὶ οἷον τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ταῖς παρὰ σφῶν ἀθυροστομίαις καταισφενδονῶντες οἱ δείλαιοι. Εἶτα τούτων ἐνηνεγμένοι πρὸς ἀνάμνησιν, εἴσονται λοιπὸν, ὅτι Θεὸν ἔχουσι δυσμενῆ, καὶ τοῖς τῶν πολεμούντων αὐτοὺς ὑποστρωννύντα ποσὶ, καίτοι πάλαι δεινοὺς ὄντας ἄγαν, καὶ κομιδῇ δυσάντητον καθ' ὧν ἂν ἴοιεν προσβολὴν ποιεῖσθαι μεμελετηκότας. Εἰ δὲ δὴ καὶ τράποιντο πρὸς φυγὴν, δυσεξίτητον εὑρόντες τὸ χρῆμα, καὶ ἀσθενήσαντες ἐν ταῖς πορείαις αὐτῶν, μετοιχήσονται πρὸς βουλὰς ἑτέρας. Ἐπιμελήσονται γὰρ τειχῶν, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῶν ποιήσονται φυλακάς. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτων ἠπορηκότας πανταχοῦ, καὶ ὅ τι δράσαι προσήκει μὴ εἰδότας, ὅλως ἀπό γέ τοι τοῦ κατεσκοτίσθαι τὸν νοῦν, μονονουχὶ δὲ καὶ οἴνῳ μεμεθυσμένους ταῖς ἀκράτοις συμφοραῖς, τὴν τῆς σωτηρίας ἀπότευξιν ὀλοφύρεσθαι, καὶ διαῤῥίπτεσθαι, πανταχοῦ μεθισταμένους εὐκόλως, ἐκ τούτων μὲν εἰς ἐκεῖνα, ἐξ ἐκείνων δὲ πρὸς ἕτερα, καὶ τὸν ἐφ' ἅπασι τούτοις ἀνόνητον πόνον ἔχοντας. Εἰ δὲ δὴ λέγοι,

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

« Καὶ φεύξονται ἡμέρας, » ἐκεῖνο, οἶμαί που, δηλοῖ· Δεινοὶ γὰρ ὄντες, ὡς ἔφην, καὶ δυσκαταγώνιστοι, καὶ τραχεῖς, κατοιχήσονται λοιπὸν εἰς τοῦτο δειλίας, ὡς ἀναφανδὸν ἐλέσθαι φυγεῖν, καὶ ἀκρύπτως ἤδη τοῦτο δρᾷν, καίτοι πάλαι παραιτουμένους καὶ μό-

A fugere, nec fugam suam occultare, tametsi olim in solam hujus rei suspicionem vocari non tulissent.

Ἠττηνται δὲ καὶ αἱ πονηραὶ δυνάμεις τῆς μεγαλειότητος τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἔχουσι τοῖς αὐτοῦ θείοις νεύμασιν ἀντιπράττειν, τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν δηλονότι. Κατεκλῶντο τοῖς δείμασι, καὶ πεφεύγασιν ἀληθῶς ὑπ' οὐδεμιᾶς ἀσφαλείας ἔτι σωζόμεναι. Θεοῦ γὰρ τὰς δίκας ἐπάγοντος, τίς ἂν διαφύγοι; ἢ τίς τοὺς προσκεκρουκότας ἐξονήσῃ τόπος (1);

Victæ sunt etiam malignæ potestates majestate Christi, nec possunt divinis ejus nutibus, pro nobis scilicet, obsistere. Fractæ sunt terroribus, et vere fugerunt, nulla amplius munitione tutæ. Deum enim ulciscentem quis effugiat? aut quod adjumentum invenient, qui in Deum peccaverunt?

Πύλαι τῶν πόλεων διηνοίχθησαν, καὶ τὰ βασίλεια διέπεσεν, καὶ ἡ ὑπόστασις ἀπεκαλύφθη, καὶ αὕτη ἀνέβαινε, καὶ αἱ δοῦλαι αὐτῆς ἤγοντο, καθὼς περιστεραὶ φθεγγόμεναι ἐν καρδίαις αὐτῶν.

Vers. 6, 7. *Portæ civitatum apertæ sunt, et regalia ceciderunt, et substantia revelata est, et ista ascendit,* B *et ancillæ ejus ducebantur, sicut columbæ loquentes in cordibus suis.*

ΚΑ'. Οἱ μὲν οὖν μεγιστᾶνες, φησὶν, ἄπορον εὑρόντες τὴν φυγὴν, ἐπὶ τὰ τείχη σπεύσουσι, καὶ ἑτοιμάσουσι τὰς προφυλακὰς αὐτῶν. Ἔσται δὲ ἀνόνητος ἡ σκέψις αὐτῶν, ἀνοιγνύντος Θεοῦ τοῖς δι' ἐναντίας τὰς τῶν πόλεων πύλας, καὶ τὰ βασίλεια παραδιδόντος, τουτέστι, τῶν βασιλέων οἴκους, ἐγκαλύπτοντός τε τὰ ἐν αὐτοῖς κεκρυμμένα, καὶ προστιθέντος αὐτοῖς τὴν ὑπόστασιν εἰς διαρπαγήν. Ὑπόστασιν δὲ τὸν πλοῦτον ἀποκαλεῖ, τὸν ἐκ διαρπαγῆς δηλονότι καὶ πλεονεξίας τῆς καθ' ἑτέρων συνειλεγμένον. Εἶτα πάλιν ὡς ἐν θεωρίᾳ γεγονὼς τοῦ συμβησομένου, ἐλκομένους δὴ πρὸς αἰχμαλωσίαν ὁρᾷ, τήν τε βασιλεύουσαν πόλιν, φημὶ δὲ τὴν Νινευὴ, καὶ τὰς ὑπ' C αὐτῆς καὶ περὶ αὐτὴν, ἃς δούλας ὀνομάζει, διάτοι τὸ ὑπεζεῦχθαι, καὶ ὑποκεῖσθαι τάχα που, καὶ ὑπηρετεῖν αὐτῇ. Φθέγγεσθαι δέ φησιν αὐτὰς ὡς περιστερὰς ἐν καρδίαις αὐτῶν, τουτέστιν, οὐκ ἀναφανδὸν, ἀλλὰ λεληθότως. Ἔθος μὲν γὰρ τῷ πτηνῷ βαρύ τι καὶ δυσαχθὲς ἐνολολύζειν τῇ καρδίᾳ. Τοῖς γε μὴν πεσοῦσιν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, ἑλκομένοις τε λοιπὸν εἰς αἰχμαλωσίαν συμβαίνειν τι τοιοῦτον, ἀπεικὸς οὐδέν. Κατοιμώζουσι γὰρ τὴν ἑαυτῶν συμφορὰν, μονονουχὶ καταπνίγοντες ἔν γε δὴ σφισιν αὐτοῖς τοὺς θρήνους, ἐπεὶ μὴ ἐλεύθερον ἔσθ' ὅτε κἂν γοῦν αὐτὸ τὸ κλαίειν αὐτοῖς.

XXI. Optimates igitur, inquit, exclusi fuga, ad muros festinabunt et præparabunt propugnacula sua. Sed eorum consilium ad nihilum recidet, Deo adversariis portas urbium aperiente, **500** et regalia tradente, id est, domos regum, et revelante quæ ibidem occultantur, et substantiam ipsis in direptionem proponente. Substantiam divitias, ex rapina videlicet, et injuriis ac fraudibus in alias collectas appellat. Deinde rursum, quasi videret quod futurum erat, tractos nimirum in captivitatem, videt reginam civitatem, Niniven, inquam, et ei subjectas ac vicinas, quas ancillas nominat; quod fortasse subjugatæ ab illa, et subjectæ ipsi servirent. Quas loqui ceu columbas ait in cordibus ipsarum, id est, non aperte, sed tacite. Solet enim avis illa sono presso, et minus grato intra se gemere. Lapsis autem in manus hostium, et in captivitatem deinde raptis, tale quiddam evenire, non est supra fidem. Lamentantur quippe calamitatem suam, tantum non intra semetipsos lacrymas suffocantes. Siquidem aliquando nec flere saltem illis conceditur.

Καὶ Νινευὴ ὡς κολυμβήθρα ὑδάτων τὰ ὕδατα αὐτῆς, καὶ αὐτοὶ φεύγοντες οὐκ ἔστησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιβλέπων. Διήρπαζον τὸ ἀργύριον, διήρπαζον τὸ χρυσίον, καὶ οὐκ ἦν πέρας τοῦ κόσμου αὐτῆς. Βεβάρυνται ὑπὲρ πάντα τὰ σκεύη τὰ ἐπιθυμητὰ αὐτῆς.

Vers. 8, 9. *Et Ninive sicut piscina aquarum aquæ ejus, et ipsi fugientes non steterunt, et non erat qui respiceret. Diripiebant argentum, diripiebant aurum,* D *et non erat finis ornamenti ejus. Aggravati sunt super omnia vasa concupiscibilia ejus.*

ΚΒ'. Κολυμβήθρᾳ τὴν Νινευὴ παρεικάζει πεπληρωμένῃ τε καὶ ἐκχεομένῃ, διά τοι τὸ πλείστην ὅσην ἔχειν τὴν ἐνοικοῦσαν αὐτῇ πληθὺν, καὶ τῶν ἐπιχεομένων ἐθνῶν εἰς ἐπικουρίαν τὰ ἀναρίθμητα ἔθνη. Κατατέθηπε ὥσπερ, ἤγουν ἄμεινον, ἐπιτωθάζει τοῖς φεύγουσιν, ὅτι πλεῖστοί τε ὄντες, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες κατήγοντο πρὸς δειλίαν, καίτοι πάλαι τῇ πολυάνδρῳ χειρὶ παντὸς πολέμου καταθαρσήσαντες, καὶ ὑψηλὴν ἐπαίροντες ἐπί γέ σφισιν αὐτοῖς τὴν ὀφρύν. Ἀλλ' ἦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ καὶ δειλίαις αὐτῶν καταφορτίζων τὸν νοῦν, καὶ κατακομίζων εἰς κακαν-

XXII. Piscinæ Niniven comparat, plenæ et exundanti, propter incredibilem civium multitudinem quam continebat, et populorum auxiliariorum quæ se infuderat copiam innumerabilem. Obstupescit igitur, seu ut melius dicam, irridet fugientes, quod cum essent tam multi et infiniti, tamen timore impellebantur, etsi olim cuivis quanquam numeroso exercitui obviam ire non dubitassent, superciliumque sibi placentes sustulissent. Sed erat universorum Deus, qui et timoribus eorum animos oneraret, et in ignaviam ageret, et spiritus bellicos debilita-

(1) Auberlus τρόπος. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ret. Verum est enim illud : « Non salvatur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine fortitudinis suæ [58]. » Salvat autem universorum Dominus potius quos vult, idque nullo labore. Quid deinde ait propheta? « Diripiebant argentum, diripiebant aurum. » Hæc autem erant substantia : « Et non **501** erat finis ornamenti ejus. » Videtur hic lapillos Indicos significare, propter quos maxime ipsam gravatam dicit, quamvis et propter alia vasa contristata fuerit. Morem enim habebant Assyrii, seu Ninivitæ, multos pretiosos lapides perstudiose conquirere, et iis instar puellarum ornari, ut contenderent in ipsis quoque conflictibus ornamentorum splendore insignes apparere. Explicate autem et distincte in his loquitur propheta, idque admodum prudenti ratione. Et nunc quidem cadentes, nunc inter se implicitos, et fuga exclusos, et propugnacula frustra tenentes, nunc expugnatos oratione depingit, captivorum mœrorem leniens, et talium rerum prædictione dextre quasi incantans, narrationibusque jucundissimis ad hilaritatem eos traducens.

Etiam Satanas direptionem passus est, primum quidem per Christum Salvatorem; deinde post illum per sanctos apostolos, de quibus et alicubi propheta Habacuc : « Quia subito consurgent mordentes eum, et vigilabunt insidiatores tui, et eris in rapinam ipsis [59]. » Eamdem sententiam forma parabolæ in sermonibus suis evangelicis Christus induxit, cum ait : « Aut quomodo potest quis ingredi in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius fortem alliget, et tunc vasa ejus diripiet [60]? » Qui enim Satanam adorabant, electa apud ipsum et pretiosa vasa, ad fidem accurrerunt, omnium nostrum Salvatore Christo ad Dei cultum eos transferente, et sanctis apostolis ut eo se conferrent persuadentibus.

VERS. 10. *Excussio, et concussio, et ebullitio, et cordis confractio, et dissolutio genuum, et dolores super omnem lumbum, et facies omnium sicut adustio ollæ.*

XXIII. Omni genere contritionis contritum eos iri dicit. Nam excuti, et concuti, et ebulliri, quid nobis aliud quam istud subsignificent? Etenim quod excutitur et concutitur, quovis agitatur et projicitur. Secuturam autem dicit cordis confractionem, Deo nimirum ad timiditatem constringente. Et dissolutionem genuum, hoc est, imbecillitatem, et languorem corporum, et dolores insuper, articulorum videlicet. Qui enim talibus malis conflictaturi non erant, qui in omnia prorsus quæ Deo solerent displicere, præcipitaverant? Ad hæc, fore omnium vultus affirmat **502** ut adustionem ollæ. Semper enim nescio quo modo tristium vultus infuscantur, oculorumque fulgorem terrores invadentes vehementer hebetant.

δρίαν, καὶ παραλύων τὸ μάχιμον. Ἀληθὲς γάρ, ὅτι « Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. » Σώζει δὲ μᾶλλον οὓς ἂν ἕλοιτο, καὶ λίαν εὐκόλως, ὁ τῶν ὅλων Κύριος. Εἶτα τί φησιν ὁ προφήτης; « Διήρπαζον τὸ ἀργύριον, διήρπαζον τὸ χρυσίον. » Ταῦτα δὲ ἦν ἡ ὑπόστασις, « Καὶ οὐκ ἦν πέρας τοῦ κόσμου αὐτῶν. » Ἔοικε δὲ λίθους ἐν τούτοις ὀνομάζειν τὰς Ἰνδικὰς, ἐφ' αἷς μάλιστα βεβαρύνθαι φησὶν αὐτὴν, καίτοι καὶ ἐφ' ἑτέροις σκεύεσιν ἀθύμως διακειμένην. Ἀσσυρίοις γὰρ ἔθος, ἦγουν Νινευΐταις, πολλὴν καὶ ἐσπουδασμένην τῶν λίθων ποιεῖσθαι τὴν ἄθροισιν, καὶ κοσμεῖσθαι κορικῶς, ὡς καὶ ἐν αὐταῖς ἐπείγεσθαι ταῖς μάχαις τὴν τοῦ κόσμου λαμπρότητα περιηνθισμένην ὁρᾶσθαι. Ἰσχνολογεῖ δὲ λίαν ὁ προφήτης ἐν τούτοις οἰκονομικῶς, καὶ ποτὲ μὲν πίπτοντας, ποτὲ δὲ ἀλλήλοις συμπλεκομένους, καὶ ἀποροῦντας τὴν φυγὴν, καὶ ἀνονήτως ἔχοντας τὰς προφυλακὰς, ποτὲ δὲ πορθουμένους τῷ λόγῳ ζωγραφεῖ, τὰς τῶν ὄντων ἐν αἰχμαλωσίᾳ περικόπτων λύπας, καὶ τῇ τῶν τοιῶνδε προαγορεύσει καταγοητεύων εὐφυῶς, καὶ ἡδίστοις αὐτοὺς διηγήμασιν ἀποφέρων εἰς εὐθυμίαν.

Διήρπασται δὲ καὶ ὁ Σατανᾶς διὰ πρώτου μὲν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, εἶτα μετ' αὐτὸν διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, περὶ ὧν ἔφη που καὶ ὁ προφήτης Ἀβακούμ· « Ὅτι ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτὸν, καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτῶν. » Εἰσκεκόμικε δὲ καὶ ὡς ἐν εἴδει παραβολῆς τὸ διήγημα Χριστὸς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασιν· ἔφη γάρ· « Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ, καὶ τότε τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσει; » Οἱ γὰρ προσκυνοῦντες τῷ Σατανᾷ, τὰ ἀπόλεκτα σκεύη καὶ τίμια παρ' αὐτῷ, προσδεδραμήκασι τῇ πίστει, μετατιθέντος αὐτοὺς πρὸς θεοσέβειαν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ἀναπειθόντων δὲ καὶ αὐτῶν βαδίζειν εἰς τοῦτο τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Ἐκτιναγμὸς, καὶ ἀνατιναγμὸς, καὶ ἐκβρασμὸς, καὶ καρδίας θραυσμὸς, καὶ ὑπόλυσις γονάτων, καὶ ὠδῖνες ἐπὶ πᾶσαν ὀσφὺν, καὶ τὸ πρόσωπον πάντων ὡς πρόσκαυμα χύτρας.

ΚΓ'. Πᾶν εἶδος συντριβῆς συντριβήσεσθαι λέγει. Τὸ γὰρ ἐκτινάσσεσθαί τε καὶ ἀνατινάσσεσθαι, καὶ μέν τοι καὶ ἐκβράττεσθαι, τί ἂν ἕτερον ἡμῖν ὑπεμφήνειεν, ἢ τοῦτο; Διαῤῥιπτεῖται γὰρ πανταχοῦ τὸ τινασσόμενον καὶ ἀνατινασσόμενον. Ἔψεσθαι δὲ λέγει καρδίας θραυσμὸν, Θεοῦ δηλονότι συνθραύοντος εἰς δειλίαν. Καὶ ὑπόλυσιν γονάτων, τουτέστιν, ἀσθένειαν, καὶ σωμάτων πάρεσιν, καὶ ὠδῖνας ἐπὶ τούτοις, ἐξ ἄρθρων δηλονότι. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον ἐν τοιούτοις ἔσεσθαι κακοῖς, οἱ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν κατενηνεγμένοι τῶν εἰωθότων τὸν Θεὸν καταλυπεῖν; Γενήσεσθαι δὲ πρὸς τούτοις διτσυρίζεται καὶ τὸ πρόσωπον πάντων ὡς πρόσκαυμα χύτρας. Καταμελαίνεται γὰρ ἀεί πως τῶν ἐν ἀθυμίαις τὰ πρόσωπα, καὶ τῶν ὀμμάτων τὸ φαιδρὸν παραιρεῖται δεινῶς τῶν δειμάτων ἡ ἔφοδος.

[58] Psal. xxxii, 16. [59] Habac. ii, 7. [60] Matth. xii, 29.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Συμβῆναι δὲ τὰ τοιάδε φαμὲν ἀληθεύοντες αὐτῷ τε τῷ καθ' ἡμῶν τυραννήσαντι Σατανᾷ, καὶ ταῖς σὺν αὐτῷ δυνάμεσι πονηραῖς. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξεπέμποντο τῆς ἀρχαίας ἐκείνης τιμῆς τε καὶ δόξης, πῶς ἦν εἰκὸς μὴ οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως τὰ τοιάδε παθεῖν αὐτούς;

A Vere autem hæc accidisse, qui in nos tyrannidem occupaverat Satanæ, et simul ejus malignis potestatibus, ipsi quoque asserimus. Postquam enim veteri illo honore, et gloria ejecti sunt, eos omnimodis talia perpeti qui tandem non decebat?

Ποῦ ἔστι τὸ κατοικητήριον τῶν λεόντων, καὶ ἡ νομὴ, ἡ οὖσα τοῖς σκύμνοις; Ποῦ ἐπορεύθη λέων, τοῦ εἰσελθεῖν ἐκεῖ σκύμνον λέοντος, καὶ οὐκ ἦν ἐκφοβῶν; Λέων ἥρπασε τὰ ἱκανὰ τοῖς σκύμνοις αὐτοῦ, καὶ ἐπέπνιξε τοῖς λέουσιν αὐτοῦ, καὶ ἔπλησε θήρας νοσσιὰν αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἁρπαγῆς.

Vers. 11, 12. *Ubi est habitaculum leonum, et pascua exsistens catulis leonum? Quo abiit leo, ut ingrederetur illuc catulus leonis, et non est qui exterreat? Leo rapuit sufficientia catulis suis, et suffocavit leonibus suis, et implevit venatione nidum suum, et habitaculum suum rapina.*

ΚΔ'. Κατοικητήριον μὲν ὀνομάζει λεόντων τὴν Νινευή. Κατῳκήκασι γὰρ ἐν αὐτῇ, καὶ λαμπρὸν ἐποιοῦντο, καὶ ἀξιάγαστον ἐνδιαίτημα, καὶ βασίλειον ἀσφαλὲς, οἱ κατὰ καιροὺς αὐτοὺς βεβασιλευκότες Φουὰ, καὶ Σαλμανασὰρ, καὶ Σεναχηρεὶμ, καὶ μέντοι καὶ Ναβουχοδονόσορ. Πεπολεμήκασι γὰρ οὗτοι τὴν Ἰουδαίαν. Τὸ δὲ, *ποῦ ἔστιν*, οὐ διερωτῶντος οἶμαί που. Δεῖν γὰρ οἶμαι παραιτεῖσθαι τὸ εὐηθες. Ἐπιτωθάζει δὲ μᾶλλον, καὶ ὅτι διόλωλεν ὁλοτρόπως διὰ τούτου δεικνὺς, ὡς μηδὲ ὅποι ποτὲ γέγονεν ὁρᾶσθαι λοιπόν. « Συντετέλεσται γὰρ, καὶ ἐξῆρται, » καθά φησιν αὐτός. « Ποῦ δὴ οὖν ἄρα, φησὶ, τὸ τῶν λεόντων κατοικητήριον; » τουτέστιν ἡ Νινευή· « ποῦ δὲ ἡ νομὴ τῶν σκύμνων; » Καὶ σκύμνους μὲν, ὥς γε οἶμαι, φησὶ τοὺς ὑπὸ τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ πράττοντας καὶ κειμένους, καὶ τὸ τίμιον ἔχοντας παρ' αὐτοῦ ἐν δόξῃ, σατράπας δὴ λέγω καὶ στρατηγούς· νομὴν δὲ αὐτῶν ἐπικαλεῖ τοὺς ὑπὸ χεῖρα καὶ ὑπεζευγμένους, καὶ δασμοὺς εἰσφέροντας, καὶ χρημάτων ἄθροισιν ποιουμένους. « Νομαὶ γὰρ πλουσίων πτωχοὶ, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὡς ἐξῃρημένης δὴ οὖν εἰσάπαν τῆς Νινευῆ, καὶ ἁπάσης δὲ τῆς περιοίκου χώρας, Ποῦ δὴ ἄρα, φησὶ, τὸ τῶν λεόντων κατάλυμα; ποῦ δὲ τῶν σκύμνων ἡ νομή; Ὅτι δὲ ἀσφαλὲς οἱονεὶ γέγονέ πως ὁρμητήριον τῶν κατὰ καιροὺς βεβασιλευκότων ἡ Νινευὴ, δέδειχεν εἰπών· « Οὗ ἐπορεύθη λέων τοῦ εἰσελθεῖν ἐκεῖ, σκύμνοι λέοντος, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκφοβῶν. » Ἀπόρθητον γὰρ τῇ πόλει τὸ τεῖχος ταῖς ὑπὲρ λόγον μεγαλουργίαις εὖ μάλα πεποιημένον. Ἐπειδὴ δὲ τὴν Σαμάρειαν ἅπασαν καταδῃώσας ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν, φημὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀπεκόμισε μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ. Διατέθεικε δὲ οὕτως ἐπ' ἐξουσίας τοὺς ἅπαξ ἐνειλημμένους, ὡς τοὺς μὲν ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι, καὶ δεδεμένους ἔχειν, τοὺς δὲ καὶ ἑτέροις χαρίζεσθαι, καὶ καταπωλεῖν, καὶ πλήρη τὴν ἑαυτοῦ χώραν τε καὶ πόλιν τῶν δορυκτήτων ἔχειν. Ταύτῃ φησί· « Ὁ λέων ἥρπασε τὰ ἱκανὰ τοῖς σκύμνοις αὐτοῦ, καὶ ἀπέπνιξε τοῖς λέουσιν αὐτοῦ, καὶ ἔμπλησε θήρας νοσσιὰν αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἁρπαγῆς. » Πεποίηται δὲ πάλιν ὁ λόγος ὡς ἐκ τοῦ γίνεσθαι πεφυκότος. Ἁρπάσαντες γὰρ οἱ θῆρες τὸ παρεμπίπτον, εἶτα τὸ ἀρκοῦν κατεδηδοκότες, ἀποστρέφουσι τὸ λοιπὸν τοῖς σκύμνοις, τοὺς ἰδίους αὐτοῖς δανείζοντες πόνους.

XXIV. Habitaculum leonum appellat Ninivem. Habitarunt enim in ea, feceruntque habitationem inclytam, et admirandam, et regiam tutam, qui B suis temporibus ibidem regnaverunt Phua, et Salmanasar, et Senacherib, atque etiam Nabuchodonosor. Hi enim Judæam armis adorti sunt. Illud, *ubi est*, non puto esse interrogantis. Censeo enim cavendam ineptiam. Exprobrat autem potius, et omnimodis periisse, quod ejus ne vestigium quidem exstet, per hoc ostendit. « Consummata enim, et ablata est, » ut ait. « Ubi igitur est, inquit, leonum habitaculum? « id est, Ninive: « ubi vero pascua catulorum? » Et catulos quidem, ut ego sentio sub maximo rege degentes, et subditos et ab ipso honoratos, satrapas scilicet et duces: eorum autem pascua subjectos, et sub jugum missos, et tributa pendentes, et coactores appellat. « Pascua enim divitum sunt pauperes, » juxta Scripturas [96]. C Ut ergo jam deleta tota Ninive, et omni regione finitima ad vastitudinem redacta, ubi igitur, inquit, est leonum diversorium? ubi catulorum pascua? Fuisse autem tutum quasi receptaculum Ninivem eorum qui olim regnaverunt, declarat, dicens: « Ad quam ivit leo, ut ingrederetur illuc catulus leonis, et non est qui exterreat. » Murus enim quo urbs circumdatur, supra quam dici potest magnifice et commodissime constructus atque inexpugnabilis erat. Postquam autem Nabuchodonosor totam Samariam, ipsamque Judæam, et sanctam civitatem, Hierosolymam, inquam, depopulatus est, in suum **503** regnum Israelitas demigrare fecit. Sic autem semel vi subjugatos tractavit, ut alios quidem sub se, et vinctos retineret: alios aliis gratificaretur, et venderet, et suam regionem atque urbem captivis refertam haberet. Proinde ait: « Leo rapuit sufficienter catulis suis, et suffocavit leonibus suis, et implevit venatione nidum suum, et habitaculum suum rapina. » Rursum secundum id quod fieri solitum est loquitur. Nam feræ cum obvia rapuerunt, et quod sufficit comederunt, avertunt reliquum pascendis catulis, suos labores illis mutuantes.

Λέγοιντο δ' ἂν τὰ τοιάδε πάλιν καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ

Hæc rursum etiam de Satana dici queant, post-

[96] Eccli. XIII, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam Christus ipsum, et quæ sunt ejus, fundi- A tus perdidit, et prædam illi de terra abstulit. « Molas quippe leonum confregit, » juxta vocem Psallentis [97].

VERS. 13. *Ecce ego ad te, dicit Dominus omnipotens, et succendam in fumo multitudinem tuam, et leones tuos comedet gladius : et exterminabo de terra prædam tuam, et non audientur ultra opera tua.*

XXV. Seipsum Deus opponit, et per se adversatur, ad desperationem salutis eos impellens. Deo enim affligere volente, quis est qui salvet ? aut vastare instituentem Dominum exercituum quis coercebit ? « Manum enim ejus excelsam quis avertet ? » ut scriptum est [98]. Succensurum se ait in fumo multitudinem ejus, ut rursum tale quidpiam cogitemus. Apiarii, cum suo tempore favos ex alvearibus eximere volunt, ignem accendunt, et apes fumo prosequuntur, ne densatim circumvolantes pugnent, et aculeis suis ipsos convulnerent. Hujuscemodi quidpiam quos in discrimine suo Ninive acciverat, sociis evenit. Abscesserunt enim, et aufugerunt, bello, ut fumo eos impetente, et ad ignaviam consternante, metuimque immensum illis incutiente. Leones autem nominat robustissimos et præsidentes, qui forsitan resistere ausi sunt. Nihilominus gladio Cyri ceciderunt. Et quia leonum mentionem induxit, necessario et prædam illorum exterminatum iri dicit, ut nihil amplius apud eos exstet cui fidere possis. Solebant enim adoriri, et in urbes ac regiones quas forte collibuisset, more belluarum irruere, et innumera maleficia importare, ut calamitate obruti, **504** cantilenæ et lamentationis argumentum vulgo fierent. Exterminatum porro iri eorum prædam ait. Quo pacto enim de cætero, aut quem caperent, cum plebs consternata esset, et tanquam fumum fugisset, bellicosissimi autem occubuissent, qui ceu leones se in adversarios incitabant ?

Excitatus est etiam adversus Judæos Domini sui mactatores universorum Deus, ut per omnem ventum vulgus Judaicum dissiparet [99], et instar ferarum crudelium cæteris clariores una interirent. Intolerandum quippe in modum in Christum omnium Salvatorem se impie gesserunt.

CAP. III.

VERS. 1. *O civitas sanguinum, tota mendax plena iniquitatis !*

XXVI. Civitatem sanguinum appellat : promptissimi namque ad cædes, et admodum sanguinarii fuerunt reges Ninives. Alii ex eorum numero belli cupidi, et in quos ducerent, eos semper implacabili feritate vexare connitentes. Mendax autem, inquit, quoniam idolorum plena, in quibus maxime per-

[97] Psal. LVII, 7. [98] Isa. XIV, 27. [99] Zachar. II, 6.

Σατανᾶ, Χριστοῦ κατωλοθρευκότος αὐτόν τε καὶ τὸ αὐτοῦ, καὶ ἐξῃρηκότος αὐτοῦ τὴν θήραν ἐκ γῆς. « Συνέτριψε γὰρ τῶν λεόντων τὰς μύλας, » κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ Ψάλλοντος.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σέ, λέγει Κύριος ὁ παντοκράτωρ, καὶ ἐκκαύσω ἐν καπνῷ πλῆθός σου, καὶ τοὺς λέοντάς σου καταφάγεται ῥομφαία, καὶ ἐξολοθρεύσω ἐκ τῆς γῆς τὴν θήραν σου, καὶ οὐ μὴ ἀκουσθῇ οὐκέτι τὰ ἔργα σου.

ΚΕ'. Ἑαυτὸν ἀνθίστησι Θεὸς, καὶ αὐτουργὸς ἀνθίστατο, περιτρέπων εἰς ἀπόγνωσιν τῆς σωτηρίας αὐτούς. Θεοῦ γὰρ κακοῦν ἐθέλοντος, τίς ὁ σώζων ἔτι; ἢ τίς ἀποστήσει καταδῃοῦν ἐθέλοντα τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον; « Τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐκκαύσειν γε μὴν ἐν καπνῷ τε πλῆθος αὐτῆς φησι, ἵνα τι τοιοῦτον ἐννοῶμεν πάλιν. Οἱ μελιττοκόμοι, κατὰ καιροὺς ὅτε τὰ κηρία τῶν σίμβλων ἐξορύττειν ἐθέλουσι, πῦρ ἐνάπτοντες καπνῷ τὰς μὲν μελίσσας διώκουσιν, ἵνα μὴ μάχοιντο, καὶ κατατιτρώσκωσι τοῖς κέντροις αὐτοὺς ἀθρόαι περιπετώμεναι. Συμβέβηκέ τι τοιοῦτον ἐν τοῖς κεκλημένοις ἐπικούροις κινδυνευούσῃ τῇ Νινευή. Ἀπῴχοντο γὰρ, καὶ ἀπέδρασαν οἷα καπνοῦ τοῦ πολέμου προσβάλλοντος, καὶ καταπτοοῦντος εἰς κακανδρίαν, καὶ ἀφορήτοις αὐτοὺς ἐνιέντος δείμασι. Λεόντας γε μὴν ὀνομάζει τοὺς ἀλκιμωτάτους καὶ θρασεῖς, οἳ καὶ τάχα που τεθαρσήκασι τὴν ἀντίστασιν. Πλὴν ἔργον γεγόνασι τῆς Κύρου ῥομφαίας. Ἐπειδὴ δὲ ὁ λόγος ἡμῖν τὴν τῶν λεόντων εἰσκεκόμικε μνήμην, ἀναγκαίως καὶ τὴν αὐτῶν θήραν φησὶ ἐξολοθρευθήσεσθαι, ὡς μηδὲν ἔτι γενέσθαι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιόπιστον. Ἔθος γὰρ ἦν ἐπιφύεσθαι μὲν αὐτοὺς πόλεσί τε καὶ χώραις, ἐπιθρώσκειν τε θηριοπρεπῶς, οἷον ἂν ἔλοιντο τυχὸν, μυρία τε ὅσα δρᾷν, ὡς τῶν πεπονθότων τὰς συμφορὰς ᾠδὴν καὶ θρῆνον πολλοῖς γενέσθαι. Ἐξολοθρευθήσεσθαι δέ φησι αὐτῶν τὴν θήραν. Πῶς γὰρ ἔμελλον, ἢ τίνα λοιπὸν καταθηρεύσειεν ἔτι, κατεπτοημένων μὲν τῶν ἀγελαίων, καὶ πεφευγότων ὡς ἐκ καπνοῦ, πεπτωκότων δὲ τῶν μαχιμωτάτων, οἳ δίκην λεόντων τοῖς ἀνθεστηκόσιν ἐπεφύοντο;

Ἐπεγήγερται δὲ καὶ τοῖς κυριοκτονήσασιν Ἰουδαίοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὡς εἰς πάντα μὲν ἄνεμον τὴν τῶν ἀγελαίων κατασκευασθῆναι πληθὺν, θῆρας δὲ ὥσπερ ὠμοὺς συνδιολέσθαι πολλοῖς τοὺς τῶν ἄλλων ἐπιφανεστέρους. Οὐ φορητῶς γὰρ δεδυσσεβήκασιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν.

ΚΕΦΑΛ. Γ'

Ὦ πόλις αἱμάτων, ὅλη ψευδὴς, πλήρης ἀδικίας!

ΚΖ'. Αἱμάτων αὐτὴν πόλιν ὠνόμασεν· ἑτοιμότατοι γὰρ εἰς φόνους, καὶ φιλαίματοι λίαν οἱ τῆς Νινευὴ βεβασιλευκότες. Φιλοπόλεμοι δὲ καὶ ἕτεροι οἱ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἀτιθάσσους ἀεὶ καθ' ὧν ἂν ἴοιεν τὰς ἐφόδους ποιεῖσθαι σπουδάζοντες. Ψευδὴς δὲ, φησὶν, ὅτι καὶ εἰδώλων μεστὴ, ἐφ' ὧν μάλιστα τὸ ψεῦδος, οὐκ ἀνα-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πόδειχτον δέ. Ψευδώνυμοι γὰρ, καὶ τὴν τῆς θεότητος δόξαν ὁποκλέπτοντες οἱ χειρόκμητοι θεοί, « Ἀργύριον καὶ χρυσίον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. » Γῆν δὲ αὐτὴν τῶν γλυπτῶν ἀπεκάλεσέ που καὶ ὁ σοφὸς Ἱερεμίας. Ψευδὴς δ' ἂν νοοῖτο καὶ καθ' ἕτερον, ὡς νοουμένου τοῦ ψεύδους εἰς πανουργίαν, καὶ δόλον, καὶ ἀπάτην τὴν θεομισῆ, δηλονότι συνθεούσης καὶ ἀδικίας. Οὗ γὰρ ἀπάτη καὶ δόλος, ἐκεῖ που πάντως ἕψεται τὸ ἀδικεῖν. Αἱμάτων δὲ πόλις, καὶ ψευδὴς ἀληθῶς ἡ κυριοκτόνος Ἱερουσαλήμ. Διαμεμνήμεθα γὰρ εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ· « Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. » Ἔφη δέ που καὶ διὰ φωνῆς προφητῶν· « Οὐαὶ αὐτοῖς ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ· δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. Ἐγὼ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. » Κατειρήκασι γὰρ τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ μὲν λέγοντες, ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν αὐτὸν τὰ δαιμόνια· ποτὲ δὲ κάτοινον ὀνομάζοντες, Σαμαρείτην τε πρὸς τούτῳ, καὶ τὰ πολὺ λίαν αἰσχίονα. Ταῖς γὰρ ἐκείνων ἀθυροστομίαις πρέποι ἂν καὶ μόναις ἐκεῖνα ληρεῖν, ἃ καὶ φάναι τετολμήκασιν.

A spicitur mendacium, idque demonstrari potest. Mentiuntur enim nomen, et divinitatis gloriam suffurantur dii manufacti : « Argentum et aurum, ut scriptum est, opera manuum hominum [1]. » Terram sculptilium alicubi etiam sapiens Jeremias nuncupavit [2]. Mendax autem secundum aliud quoque intelligi potest, ut si accipiatur mendacium ad calliditatem, dolum, fraudem Deo invisam, iniquitate videlicet concurrente. Ubi enim fraus et dolus, illic omnino etiam sequetur iniquitas in facienda injuria. Sanguinum vero civitas, et mendax revera Domini interemptrix Jerusalem. Memini enim Christum dicere : « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidit prophetas, et lapidavit qui ad ipsam missi fuerant [3]. » Cæterum quodam loco etiam voce prophetarum inquit : B « Væ eis, quoniam recesserunt a me : miseri sunt, quoniam impie egerunt in me. Ego redemi eos, ipsi autem locuti sunt contra me mendacia [4]. » Calumniabuntur enim Christum, nunc quidem dicentes, in Beelzebul ipsum ejicere dæmonia [5], nunc vinolentum vocantes [6] : ad hæc Samaritanum [7], et multo inhonestioribus. Ipsorum namque linguæ incontinentiam et solam decuerit illa nugari, quæ et profari non dubitarunt.

Οὐ ψηλαφηθήσεται θήρα. Φωνὴ μαστίγων, καὶ φωνὴ σεισμοῦ τροχῶν, καὶ ἵππου διώκοντος, καὶ ἅρματος ἀναβράσσοντος, καὶ ἱππέως ἀναβαίνοντος, καὶ στιλβούσης ῥομφαίας, καὶ ἐξαστραπτόντων ὅπλων, καὶ πλήθους τραυματιῶν, καὶ βαρείας πτώσεως, καὶ οὐκ ἦν πέρας τοῖς ἔθνεσιν αὐτῆς, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν τοῖς σώμασιν ἀπὸ πλήθους πορνείας.

505 VERS. 2, 3. *Non contrectabitur venatio. Vox flagellorum, et vox commotionis rotarum; et equi persequentis, et currus ferventis, et equitis ascendentis, et splendentis rhomphææ, et fulgurantium armorum, et multitudinis vulneratorum, et gravis ruinæ, et non est finis gentibus ejus, et infirmabuntur in corporibus a multitudine fornicationis.*

ΚΖ'. Ἐκ τοῦ πεφυκότος γίνεσθαι, πεποίηται πάλιν ὁ λόγος. Τοὺς γάρ τοι δασὺ κομῶντας τῶν θάμνων καταπυκάζοντες λίνοις οἱ ὀρνιθοθῆραι, καταδράττονται πολλάκις τῶν ὑπ' αὐτοῖς κεκρυμμένων χερσὶν ἐπαφώμενοι. Καὶ τέχνη τοῦτο αὐτοῖς. Οὐκ ἔτι δὴ οὖν « ψηλαφηθήσεται θήρα, » φησὶ, τουτέστιν, οὐκ ἂν θηρεύσειαν καθὼς καὶ πάλαι τινὲς, ἦγουν τὰ ἑτέρων εἰς αὐτοὺς διαρπάζοντες. Οὐδ' ἂν γένοιντο πάγη καὶ βρόχος τοῖς ἀσθενεστέροις, φροντίδος αὐτοῖς ἑτέρας ἐπεισπεσούσης, καὶ τοῦ περὶ ἐσχάτων ἀγῶνος ἐπηρτημένου. Ἔσται γὰρ ἐν αὐτῇ φωνὴ μαστίγων. Καί μοι πάλιν ὁ προφήτης δοκεῖ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου τύρβην, οἷον ἐν ὄψει κειμένην, ἀφηγεῖσθαι σαφῶς. Ὁρᾷ γὰρ ὥσπερ ἱπποκροτουμένην μὲν τὴν πόλιν, καὶ τοῖς τροχοῖς τῶν ἁρμάτων κατακτυπουμένην, καὶ παντευχίαις λαμπραῖς καταστράπτοντας τοὺς καταδηοῦντας αὐτὴν, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονας τοὺς διολωλότας, οἴκους τοὺς ἐν αὐτῇ κατασεσεισμένους. Μέμνηται γὰρ καὶ βαρείας πτώσεως. Κατατέθηπε δὲ, ὅτι πλείστη μὲν ὅση τῶν ἐν αὐτῇ συναγηγερμένων ἐθνῶν ἡ πληθὺς, πάντες δὲ ἄνανδροι, καὶ νοσοῦντες τὸ ἀναλκὲς ἐκτόπως, καὶ πολὺ λίαν εὔκολοι πρὸς δειλίαν, καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς ἀποδίδωσι, λέγων, « Ὅτι ἀσθενήσουσιν ἐν τοῖς σώ-

XXVII. Iterum secundum fieri solita loquitur. Dense enim comantes frutices retibus operientes aucupes, aves sæpe sub ipsis latentes manibus comprehendunt. Et in hoc artifices sunt. Non igitur in posterum « contrectabitur venatio, » inquit, hoc est, non venabuntur quidam ut olim, sive aliena sibi non rapient. Non fient tendiculæ, et laqueus tenuioribus, alia cura illos occupante, et de summa rerum ipsis jam laborantibus. Audietur enim in illa sonitus flagellorum. Ac mihi præterea videtur propheta tumultuationem prælii velut ante oculos positam perspicue commemorare. Videt enim quo- D dammodo urbem equorum ungulis pulsatam, et currum rotis perstrepentem, et omni armorum genere clarissime fulgentes vastatores, et innumeros eversores, ædes ejus conquatientes. Meminit enim et gravis ruinæ. Et miratur quod innumerabili gentium multitudine ibidem congregata, omnes imbelles, et viribus majorem in modum imbecilles, et ad timorem propensissimi fuerint, causamque continuo adjungit, « Quia infirmabuntur in corporibus suis a multitudine fornicationis. » Quoniam enim nequam fuerunt, et moribus improbi, insuper idololatræ, et ad errorem stolide inclinaverunt, ob eam

[1] Psal. CXIII, 4. [2] Jerem. L, 38. [3] Matth. XXIII, 37. [4] Osee, VII, 13. [5] Matth. XII, 24. [6] Matth. XI, 19. [7] Joan. VIII, 48.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

VERS. 15. *Quia veloces ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem.*

XV. Manebant quidem captivi in Babylone filii Israel, spe tamen sustentabantur, se aliquando reversuros, et in antiquam atque avitam nobilitatem non ita multo post redituros, cum id sancti prophetæ, ut Deo per illos loquente, spopondissent. Erat autem speratum tempus idem, quod regni Cyri, qui Niniven potentia et armis subacturus erat. Quod item Isaias prænuntiaverat, his verbis : « Sic dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante eum gentes et fortitudinem regum dirumpam. Aperiam ante eum januas, et urbes non claudentur : ego ante te ibo, et montes complanabo. Portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam [71]. » Et infra rursum : « Hic ædificabit urbem Jerusalem, et captivitatem populi mei convertet, non cum pretio, neque cum muneribus, dixit Dominus Deus Sabaoth [72]. » Veniet igitur Israelitis nuntius pacis, inquit, Cyri expeditionem significans, quando et captivitatis jugum excusserunt, et dominantium virgam contriverunt, et inconsuetæ servitutis vincula diruperunt, et recepta patria salutem receperunt.

Quod si cui libuerit, etiam sancti Baptistæ concionibus propositorum verborum sententiam non male accommodaverit. Commoratus est enim in solitudine, et quasi in montibus clamans evangelizavit pacem, hoc est, Christum. **494** Speciosi igitur, et veloces pedes dicentis : « Præparate viam Domini, rectas facite semitas ejus [73]. »

Celebra, Juda, festivitates tuas, redde vota tua, quia non apponent ultra, ut pertranseant per te in vetusiatem.

XVI. Cum mandasset lex, ne res divina conficeretur extra sacrum divinumque atrium, sed in loco, inquit, « quem elegerit Deus tuus, ut invocetur ibi nomen ejus [74], » in peregrino solo degentes Israelitæ, Persarumque et Medorum terras habitantes, legibus suis solemnia non exercebant, et otium in illis agitabant, non dies festos consuetos exigentes, non sacrificia offerentes, non primitias, non munera gratæ mentis indicia juxta præscriptum legis, non agnum cædentes mense novo : quin etiam ad solas fortasse laudes Deo dicendas pigritantes. Et hoc esse dicimus, quod divinus David, in persona populi apud Babylonem constituti, canit : « Super flumen Babylonis illic sedimus, et flevimus, dum recordaremur tui, Sion. In medio in salicibus ejus suspendimus organa nostra [75]. » Et insuper : « Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena [76]? » Cum enim a tellure patria, a templo, et tabernaculo procul distarent, ut dixi, sacrumque chorum non

A *Ὅτι ταχεῖς ἰδοὺ ἐπὶ τὰ ὄρη οἱ πόδες εὐαγγελιζομένου, καὶ ἀπαγγέλλοντος εἰρήνην.*

ΙΕ'. Διέτριβον μὲν ἐν Βαβυλῶνι γεγονότες αἰχμάλωτοι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἦσάν γε μὴν ἐν ἐλπίσι τοῦ καὶ αὖθις ἀνακομισθήσεσθαι κατὰ καιροὺς, καὶ εἰς τὴν ἄνωθεν αὐτῶν ἐκ πατέρων εὐγένειαν ἀναφοιτήσειν οὐκ εἰς μακρὰν, τοῦτο προφητῶν ἁγίων ὡς Θεοῦ λαλοῦντος ἐπηγγελμένων. Ἦν δὲ αὐτὸς ὁ τῆς ἐλπίδος καιρὸς ὁ τῆς Κύρου βασιλείας μέλλοντος αἱρήσειν καταχράτος τὴν Νινευὴ, καὶ τοῦτο πάλιν αὐτοῖς Ἡσαΐου προηγγελκότος. Ἔφη γὰρ οὕτως· « Λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω. Ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται· ἐγὼ δὲ ἔμ- B προσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλῶ. Θύρας χαλκοῦς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω. » Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· « Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπε Κύριος Σαβαώθ. » Ἦξει τοίνυν, φησὶ, ἄγγελος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ εἰρήνης, τὴν Κύρου σημαίνων ἐκστρατείαν, ὅτε καὶ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἀπεσείοντο ζυγὸν, καὶ τὴν τῶν κρατούντων ῥάβδον συνέτριψαν, καὶ τῆς ἀσυνήθους δουλείας ἀπέῤῥηξαν τὰ δεσμὰ, οἰκαδε πάλιν γεγονότες, ἐσώζοντο.

Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο, τὴν δύναμιν τῶν προκειμένων τοῖς τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ κηρύγμασιν ἐφαρμόζειν, πάλιν δράσειεν ἂν ὀρθῶς. Ἐποιεῖτο γὰρ ἐν ἐρήμῳ τὰς C διατριβὰς, καὶ οἷον ἐν δρεσι διακεκραγὼς εὐηγγελίζετο τὴν εἰρήνην, τουτέστι Χριστόν. Ὡραῖοι δὴ οὖν οἱ πόδες, καὶ ταχεῖς τοῦ λέγοντος· « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. »

Ἑόρταζε, Ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου, ἀπόδος τὰς εὐχάς σου, διότι οὐ μὴ προσθήσωσιν ἔτι τοῦ διελθεῖν διὰ σοῦ εἰς παλαίωσιν

ΙϚ'. Προστεταχότος τοῦ νόμου, μὴ δεῖν ἔξω θύειν τῆς ἱερᾶς τε καὶ θείας αὐλῆς, ἀλλ' εἰς τὸν τόπον, « ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, » ἐν ἀλλοδαπῇ γεγονότες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων χώραν οἰκοῦντες, ἄπρακτοί που πάντως περὶ τὰ σφισι νενομισμένα, καὶ ἀνενέργητοι διετέλουν, οὐ τὰς ἐξ ἔθους πληροῦντες ἑορτὰς, D οὐ θυσίας προσάγοντες, οὐκ ἀπαρχὰς, οὐ χαριστήρια κατὰ τὸν νόμον, οὐ τὸν ἀμνὸν σφάζοντες ἐν μηνὶ τῷ νέῳ· τάχα που καὶ πρὸς μόνας ὀκνοῦντες δοξολογίας. Καὶ τοῦτό φαμεν τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ ὡς ἐκ προσώπου λέγοντος τοῦ ἐν Βαβυλῶνι λαοῦ· « Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν. » Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι· « Πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; » Ἔξω γὰρ, ὡς ἔφην, τῆς ἰδίας ἄγαν γῆς γεγονόσιν αὐτοῖς, ἔξω ναοῦ, καὶ σκηνῆς, καὶ τὸν ἱερὸν οὐκ ἔχουσι χῶρον, ἀπρακτεῖν ἦν ἀνάγκη περὶ

[71] Isa. XLV, 1, 2. [72] Ibid. 13. [73] Isa LII, 7; XL, 3; Luc. III, 4; Joan. I, 23. [74] Deut. XII, 21. [75] Psal. CXXXVI, 1, 2. [76] ibid. 4

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὰ ἐκ νόμου. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεδείχθη λοιπὸν ὁ τοῦ ἀνεῖσθαι καιρὸς, ἐπιφθέγγεταί τις εἰκότως αὐτοῖς ἢ ὁ τῆς εἰρήνης ἄγγελος, οὗ καὶ « ταχεῖς οἱ πόδες, » ἤγουν αὐτὸς ὁ προφήτης, ὅτι μέτεστιν αὐτοῖς πληροῦν ἑορτὰς, ἀνάπτειν χαριστηρίους ᾠδὰς, καὶ περαίνειν εὖ μάλα τὰ ἐν εὐχῇ, ἤγουν ὑποσχέσει. Προσεπαγγέλλεται δὲ καὶ τὴν ὅσον οὔπω τῶν ἐχθρῶν ἐσομένην ἀπώλειαν. Οὐ γὰρ μὴ « προσθῶσι, φησὶ, τοῦ διελθεῖν εἰς παλαίωσιν, » τουτέστιν, οὐκ εἰς μακροὺς ἔτι χρόνους μενοῦσι, οὔτε μὴν παλαιουμένην, ἤγουν ἀτελεύτητον ἕξουσι τὴν εὐημερίαν. Πεπύσεται γὰρ καὶ καταλήξει συστελλομένη.

A haberent, necesse erat illos in iis quæ lege præcipiebantur feriari. Ubi autem postmodum tempus dimissionis advenit, merito quis illis succlamat, aut pacis nuntius, cujus et « veloces pedes [77]; » aut ipse propheta, licere illis celebrare festivitates, cantica gratiarum actionis offerre, et quæ in votis habeant, seu quæ promiserint, re præstare numeris omnibus. Ac mox etiam hostes perituros promittit. Non enim « apponent, inquit, ut pertranseant in vetustatem : » hoc est, non in longum tempus amplius manebunt, neque inveterascentem, seu nunquam desinentem felicitatem obtinebunt. Cessabit enim brevi, et contracta evanescet.

Ἀκουέτω δὲ πρεπωδέστερον καὶ ὁ νοητὸς Ἰουδαῖος τῶν τοιῶνδε φωνῶν. « Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, καὶ οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. » Ἑορτάσει μὲν οὖν ὁ τοιόσδε λαμπρῶς, ἐρηρεισμένην ἔχων τὴν πίστιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν εἰς Χριστὸν, ἡγιασμένος τῷ πνεύματι, τῇ τῆς υἱοθεσίας διαπρέπων χάριτι. Προσοίσει δὲ τῷ Θεῷ θυσίας πνευματικὰς, ἑαυτὸν ἀνατιθεὶς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ πᾶν εἶδος συνεπιτηδεύων ἀρετῆς, σωφροσύνην, ἐγκράτειαν, ἀνδρείαν, ὑπομονὴν, ἀγάπην, ἐλπίδα, φιλοπτωχείαν, χρηστότητα, καὶ μακροθυμίαν· « Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται Θεός. » Ἴστω γε μὴν ὁ νοητὸς Ἰούδας περὶ παντὸς ἐχθροῦ καὶ τῶν πάλαι κεκρατηκότων, ὅτι « Οὐ μὴ προσθήσωσι ἔτι τοῦ διελθεῖν εἰς παλαίωσιν, » τουτέστιν, ἐκ μέσου γενήσονται, πεμπόμενοι δηλονότι πρὸς κόλασιν τὴν ἀμήρυτον. Ὃ δὴ καὶ πεπλήρωκεν ὁ Χριστὸς, ἐπιτάσσων τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν, καὶ δοὺς τοῖς αὐτὸν ἀγαπῶσι τῶν ἐχθρῶν κατεξανίστασθαι, καὶ κατὰ παθῶν ἀνδρίζεσθαι καὶ ἁμαρτίας καθαιρεῖν, « καὶ ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων πατεῖν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. »

Audiat autem, et convenientius Judæus, qui animo concipitur, voces hujuscemodi. « Non enim qui in manifesto Judæus est, nec quæ in manisfesto est carnis circumcisio : sed qui in abscondito, Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, et non in littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo [78]. » Celebrabit igitur talis festivitates præclare, stabilem fidem habens, in Christo utique sanctificatus in spiritu, gratia adoptionis filiorum excellens [79]. Offeret autem Deo hostias spirituales, **495** seipsum consecrans in odorem suavitatis, et omne genus virtutis simul excolens, frugalitatem, continentiam, fortitudinem, patientiam, charitatem, spem, amorem in pauperes, benignitatem et longanimitatem : « Talibus enim hostiis promeretur Deus [80]. » Intelligat insuper Judas spiritualis de omni inimico, et qui olim in ipsum dominati sunt : « Non apponent amplius, ut pertranseant in vetustatem [81]; » hoc est, de medio tollentur, missi videlicet in supplicium æternum. Quod etiam præstitit Christus, jubens spiritus immundos in abyssum discedere [82], et donans se diligentibus contra hostes insurgere, passionesque viriliter domare, et peccata destruere, « et supra serpentes ac scorpiones, et supra omnem virtutem inimici ambulare [83]. »

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Συντετέλεσται, ἐξῆρται, ἀνέβη ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου, ἐξαιρούμενος ἐκ θλίψεως.

ΙΖ'. Ὡς ἀραρότως ἤδη, καὶ πάντη τε καὶ πάντως συμβησομένου τοῦ δεῖν ἀπολέσθαι τὴν Νινευὴ, συντετελέσθαι φησὶν αὐτὴν, τὸ οἷον ἐλθεῖν εἰς συντέλειαν διὰ τούτου δηλῶν. Καὶ μὴν, καὶ ἐξῆρθαι, τουτέστιν, ἐκκεκόφθαι τε εἰσάπαν, καὶ ἀνῃρῆσθαι παντελῶς. Εὖ δὲ δὴ σφόδρα καὶ τὸ « ἀνέβη » φησὶ ἐπὶ Κύρου, μετ' ἐμφάσεως, οἶμαί που, τοιοῦτόν τι σημαίνων, ὁποῖον ἔφη περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας, τὰ κατὰ καιροὺς ἐσόμενα τῇ Νινευὴ προαναφωνῶν· « Ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ, ἐξολοθρεύων ἔθνη, ἐξῆρε, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, τοῦ θεῖναι τὴν γῆν εἰς ἐρήμωσιν, καὶ αἱ πόλεις ἐρημωθήσονται, παρὰ τὸ μὴ κατοικίζεσθαι αὐτάς. » Θηρὸς γὰρ

CAP. II.

VERS. 1. *Consummatum est, ablatum est, ascendit insufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione.*

XVII. Tanquam congruenter, et omni ratione peritura Ninive, ipsam consummatam esse dicit, eo verbo quasi ad consummationem et interitum venisse significans. Quinetiam ablatam, hoc est, excisam totam et deletam penitus. Optime autem de Cyro dicit, « ascendit, » expressa significatione tale quid, opinor, indicans, quale et Jeremias, dum olim Ninive eventura vaticinatur : « Ascendit leo de cubili suo, et vastans gentes se levavit, et egressus est de loco suo, ut ponat terram in solitudinem, et civitates vastabuntur, quod non habitentur ipsæ [84]. » Instar enim feræ bestiæ insiliens in Niniven, incolas ejus devoravit. Verum illis quidem

[77] Isa. LII, 7. [78] Rom. II, 28, 29. [79] Rom. VIII, 15. [80] Hebr. XIII, 16. [81] Mich. I, 15. [82] Luc. VIII, 27 seqq. [83] Luc. X, 19. [84] Jerem. IV, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tanquam hostis atrox, et præfractus, et ira implacabili : Israelitis vero « insufflans in faciem, et eruens de tribulatione, » hoc est, ab insolenti servitute liberans, vinculis captivos levans, illos mittendo domum, et jubendo templum divinum reædificare exhilarans. Jam illud, « insufflans in faciem, » ut ex traditione, et consuetudine Judaica dicit. Et certum est hujusmodi rerum mentionem aliquando in divinis **496** Scripturis inveniri; quale est quod Judæi in maledictis adversus Deum vestimenta discindenda arbitrabantur. Itaque et Caiphas, cum Christus se Filium Dei affirmasset, scidit vestem, exclamavitque, Blasphemavit [86]. Hoc idem divini discipuli fecerunt Paulus et Barnabas in Lycaonia versantes, ubi cum ægrotum quemdam curavissent, et qui videbant factum summopere admirarentur, propter cœleste miraculum, sacerdotes ipsis rem divinam facere instituebant. Aiebant enim : Dii similes facti hominibus ad nos descenderunt, vocabantque Barnabam Jovem, Paulum Mercurium : « Quoniam ipse, inquit, erat dux verbi [86]. » Quia tamen quod agebatur quædam blasphemia erat, disciderunt illi vestimenta sua, Judaicas traditiones et consuetudines non scriptas adhuc observantes. Reprehensus est autem mos, ut qui cum lege non consentiret, esset que inutilis prorsus. Inquit enim universorum Deus Judæis hæc in speciem facientibus, et a vera pietate interim alienissimis : « Convertimini ad me ex toto corde vestro, et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra [87]. » Quemadmodum igitur usu receptum erat quibusdam vestes dirumpere cum blasphemasset quispiam, sic etiam insufflare in facies ægrotantium quocunque modo. Et hoc præsertim et insolentissime faciebant, qui adjurare consueverant, et curiosis incantationibus a spiritibus, et doloribus male habentes se liberare simulabant. Exemplo igitur e consuetudine ipsorum petito ait : « Ascendit, insufflans in faciem tuam, Cyrus nimirum, et exuens te de tribulatione. » Hoc enim, ut dixi, quidam alios afflantes se feliciter posse fingebant.

ἀγρίου δίκην ἐπιθρώσκων τῇ Νινευὴ, τοὺς ἐν αὐτῇ κατεδήδοκεν. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὡς πολέμιος δεινός τε καὶ ἀτεράμων ἦν, καὶ ἄθραυστος εἰς ὀργὰς γέγονε, τοῖς δὲ ἐξ Ἰσραὴλ « ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπον, καὶ ἐξαιρούμενος ἐκ θλίψεως, » τουτέστιν, ἀπαλλάττων αὐτοὺς τῆς ἀσυνήθους δουλείας, δεσμῶν ἀνιεὶς αἰχμαλώτους ὄντας, ἀνακτώμενος διὰ τοῦ πέμψαι μὲν οἴκαδε, προστάξαι δὲ καὶ τὸν θεῖον αὐτοῖς ἀναδείμασθαι νεών. Τὸ δὲ « ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπον, » ὡς ἐκ παραδόσεώς τε καὶ συνηθείας φησὶν Ἰουδαϊκῆς. Εὑρήσομεν δὲ καὶ τῶν τοιούτων μνήμην ἔσθ' ὅτε κειμένην παρὰ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, ὁποῖόν ἐστι τὸ δεῖν οἴεσθαι τοὺς Ἰουδαίους ἐπὶ ταῖς κατὰ Θεοῦ δυσφημίαις περιρηγνύναι τὰ ἱμάτια. Καὶ μὴν Καϊάφας, Υἱὸν ἑαυτὸν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ λέγοντος Θεοῦ, περιέῤῥηξε τὴν ἐσθῆτα, διακεκραγώς τε λέγων, Ἐδυσφήμησε. Δεδράκασι δὲ τοῦτο καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ Παῦλός τε καὶ Βαρνάβας. Γεγόνασι μὲν γὰρ ἐν Λυκαονίᾳ. Ἐπειδὴ δέ τινα τῶν ἠῤῥωστηκότων τοῦ πάθους ἀπήλλαττον, καὶ παράδοξον ἦν τοῖς ὁρῶσι τὸ χρῆμα, θύειν αὐτοῖς ἤθελον, τῆς θεοσημείας χάριν, οἱ ἱερεῖς. Ἔφασκον γάρ· Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις ἦλθον πρὸς ἡμᾶς, ἐκάλουν δὲ τὸν μὲν Βαρνάβαν *Δία*, τὸν δὲ Παῦλον *Ἑρμῆν*, « ὅτι αὐτὸς ἦν, φησὶ, ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. » Ἐπειδὴ δὲ τὸ δρώμενον δυσφημία τις ἦν, διέῤῥηξαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, παραδόσεσιν Ἰουδαικαῖς, καὶ ἀγράφοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες ἔτι. Διαβέβληται δὲ τὸ ἔθος, ὡς οὐκ ὂν ἐκ νόμου, καὶ ἀνόνητον παντελῶς. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς Ἰουδαίους ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, πλαττομένους τὰ τοιάδε, καὶ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας ἀποφοιτῶντας μακράν· « Ἐπιστρέψατε πρός με ἐξ ὅλης καρδίας ὑμῶν, καὶ διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν. » Ὥσπερ οὖν ἔθος ἦν περιρηγνύναι τισὶ τὴν ἐσθῆτα, δεδυσφημηκότος τινὸς, οὕτω καὶ τὸ ἐμφυσᾷν εἰς τὸ πρόσωπον τῶν ἠῤῥωστηκότων καθ' ὁντινοῦν τρόπον. Ἕδρων δὲ τοῦτο μάλιστα, καὶ ἅγαν ἐκτόπως, οἱ ἐφορκίζειν εἰωθότες, καὶ περιέργοις ἐπῳδαῖς, πνευμάτων τε καὶ ἀλγημάτων τοὺς κάμνοντας ἀπαλλάττειν προσποιούμενοι. Δέχεται τοίνυν ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς συνηθείας τὸ παράδειγμα, καί φησι· « Ἀνέβη ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου, « Κῦρος δὲ δηλονότι· » καὶ ἐξαιρούμενός σε ἐκ θλίψεως. » Τοῦτο γὰρ δύνασθαι κατορθοῦν, ὡς ἔφην, προσεποιοῦντό τινες, ἐμφυσῶντες ἑτέροις.

Sapienter autem et vere dicitur, diaboli et peccati, quod est tyrannus noster, imperium imminutum perisse, et quodammodo etiam mortem captam, et corruptionem omnino sublatam esse. Ascendit namque ab inferis, et revixit Christus, qui insufflavit in faciem sanctorum apostolorum, et dixit : « Accipite Spiritum sanctum [88]. » Ita enim omni malo expediti sumus, et participes facti sancti Spiritus in pristinum naturæ decus, quasi ab ipsis elementis reformamur, atque in imaginem primam spiritualiter denuo imprimimur. Formatur enim in nobis per Spiritum Dominus noster Jesus Christus.

Σοφὸν δὲ καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τὸ τῆς καθ' ἡμῶν τυράννου ἁμαρτίας συνέσταλται κράτος, καὶ ἥλω μὲν ὥσπερ ὁ θάνατος, ἐξῄρται δὲ καὶ εἰς ἅπαν ἡ φθορά. Ἀναβέβηκε γὰρ ἐξ ᾅδου, καὶ ἀνεβίω Χριστὸς, ὁ ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπον τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Ἀπηλλάγμεθα γὰρ οὕτως παντὸς κακοῦ, καὶ μέτοχοι γεγονότες τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς φύσεως ἀναστοιχειούμεθα κάλλος, καὶ εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην νοητῶς μεταχαραττόμεθα. Μορφοῦται γὰρ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ Πνεύματος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

[86] Matth. xxvi, 63-65. [86] Act. xiv, 9 seqq. [87] Joel ii, 13. [88] Joan. xx, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Σκόπευσον ὁδὸν, κράτησον ὀσφύος, ἀνδριζέ τῇ ἰσχύι σφόδρα, διότι ἀπέστρεψε Κύριος τὴν ὕβριν Ἰακὼβ, καθὼς ὕβριν τοῦ Ἰσραήλ.

XXXI. Obscurus admodum est verborum propositorum sensus : nec aliter patebit quam si historia iis inclusa prius commemoretur. Sic autem habet. Postquam Israel defectionem molitus, idola colere cœpit, et mille impietatibus universorum Deum exasperavit, Nabuchodonosor, divina ira ipsum ad hoc exstimulante, adversus Judæam et Hierosolymam arma corripuit. Deinde cum Israelitæ quam tractabant impietatem omittere, et ab alienis diis adorandis abstinere velle, arasque evertere, et delubra inflammare, atque diruere et conflatilia conterere, et pœnitentiæ exercitiis Deum mitigare, et opem ejus implorare deberent, hoc miseri non faciebant. Rebantur autem se humanis adjutos viribus, et Babylonios domituros, et hostes in potestate habituros, quamvis Deus servare ipsos nollet. Qua de causa multas de finitimis gentibus præmiorum pactione allicie-bant; etiam ad Ægyptios, et in Og dictam, sive Amon, quæ nunc est **509** Alexandria, mittebant, qui belli societatem coituros, et facile Babylonios repulsuros fidem dabant. Dabantque occasionem Israelitis existimandi quanquam non servaret Deus, se tamen nullius egentes, huic rei pares esse posse. Ubi vero Nabuchodonosor Deo ipsum adjuvante et adversarios illi subjiciente, Judæam occupavit, postmodum et Ægyptum, eodem duce et auspice invasit, totamque suæ ditionis fecit, una cum ipsa Og, sive Amon, hoc enim nomen, ut monui, Alexandria aliquando obtinuit, quæ supra alias Ægypti urbes plurimum excellebat, tuta a prædonibus, et securum perfugium, quod aquis undique ambiatur, et versus aquilonem mari alluatur, versus austrum vero latam et longam, et velut alterum mare, paludem, inquam, Mareotidem habeat : munita sit insuper aliis fluminibus, et lacubus cingatur [10]. Auxiliabantur etiam ipsi finitimæ Libyæ indigenæ, quæ usque ad Æthio-

ΛΑ'. Ἀσυμφανὴς μὲν λίαν τῶν προκειμένων ὁ νοῦς· νοηθείη δ' ἂν οὐχ ἑτέρως, εἰ μή τις γένοιτο προαφήγησις τῶν τῆς ἐν αὐτοῖς ἱστορίας. Ἔχει δὲ οὕτω· Τραπομένου πρὸς ἀπόστασιν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ εἰδώλοις λελατρευκότος, καὶ διὰ μυρίων ὅσων ἀσεβημάτων ἐφ' αὐτῷ καταθήγοντος τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ὡπλίζετο κατὰ τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Ναβουχοδονόσορ, θείας αὐτὸν εἰς τοῦτο διανιστώσης ὀργῆς. Εἶτα δέον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ καταλῆξαι τῆς ἐν χερσὶν ἀσεβείας, καὶ ἀποσχέσθαι μὲν τοῦ προσκυνεῖν ἐθέλειν θεοῖς ἑτέροις, ἀναστρέψαι δὲ βωμοὺς, καὶ κατεμπρῆσαι τεμένη, καὶ συντρίψαι μὲν τὰ χωνευτὰ, καὶ ταῖς εἰς μετάγνωσιν σπουδαῖς ἐκμειλίσσεσθαι Θεὸν, καὶ καλεῖν εἰς ἐπικουρίαν, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων οἱ τάλανες. Ἔφοντο δὲ, ὅτι ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρούμενοι συνδρομαῖς, καὶ ἀμείνους ἔσονται τῶν Βαβυλωνίων, καὶ κατευμεγεθήσουσι τῶν ἐχθρῶν, κἂν εἰ μὴ σώζειν αὐτοὺς ἔλοιτο Θεός. Τοιγάρτοι κατεμισθοῦντο πολλοὺς τῶν προσοίκων ἐθνῶν, ἐπρέσβευον δὲ καὶ πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ εἰς τὴν καλουμένην Ὠγ, ἤτοι Ἀμὼν, ἣ νῦν ἐστιν Ἀλεξάνδρεια· οἱ δὲ συνασπίζειν ἐπηγγέλλοντο, καὶ ἀποσοβεῖν εὐκόλως δύνασθαι τοὺς Βαβυλωνίους. Καὶ γεγόνασιν ἀφορμὴ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τοῦ νομίζειν, ὅτι κἂν εἰ μὴ σώζει Θεὸς, αὐτοὶ πρὸς τοῦτο ἀρκέσουσι, δεηθέντες οὐδενός. Ἐπειδὴ δὲ τὴν Ἰουδαίαν ὁ Ναβουχοδονόσορ εἷλε, Θεοῦ προασπίζοντος καὶ ὑποστρώνυντος αὐτῷ τοὺς ἀνθεστηκότας, κεχώρηκε μετὰ τοῦτο καὶ κατὰ τῆς Αἰγύπτου, θείας αὐτὸν πεμπούσης ὀργῆς, εἷλέ τε πᾶσαν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ὠγ, ἤτοι Ἀμών· ὠνόμαστο γὰρ οὕτω κατὰ καιροὺς, ὡς ἔφην, ἡ Ἀλεξάνδρεια, ἣ δὴ καὶ μάλιστα παρὰ τὰς ἄλλας τῆς Αἰγύπτου πόλεις λαμπρά τε ἦν ἄγαν, ἀσυλόν τε καὶ ἀσφαλὲς ὁρμητήριον, διάτοι τὸ ὕδασι πανταχοῦ διεζῶσθαι, καὶ ἐκ μὲν μοίρας τῆς βορειοτέρας ἔχειν τὴν θάλασσαν, ἐκ δὲ τῆς εἰς νότον εὐρύν τε καὶ μακρὰν, καὶ οἷον ἑτέραν θάλασσαν, λίμνην δὴ λέγω τὴν Μαρεώτιδα, πεπυργῶσθαι δὲ καὶ ἑτέροις

[10] IV Reg. xxiv, xxv, et I Paral. vi; II Paral. xxxvi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ποταμοῖς, καὶ τελμάτων περιβολαῖς. Ἐπήμυνον δὲ αὐτῇ καὶ οἱ τῆς ὁμόρου Λιβύης οἰκήτορες, παρατεινούσης μέχρι τῆς Αἰθιόπων γῆς, τῆς πρὸς ἑσπέραν καὶ νότον, Γαράμαντες δὲ οὗτοι, κατόπιν τῆς Ἄφρων κείμενοι γῆς. Συνωπλίζοντο δὲ καὶ τῶν εἰς ἠὼ, καὶ νότον Αἰθιόπων τινὲς, οἳ Μερόην τε τὴν ἐσωτάτην πόλιν οἰκοῦνται, καὶ ἀγρίαν καὶ μέλαιναν κατανέμονται γῆν. Ἀλλ' ὧδε μὲν ἡμῖν ὁ τῆς ἱστορίας ἐχέτω λόγος· ἴωμεν δὲ ἤδη πρὸς διασάφησιν τῆς ἐννοίας τῶν ἐγκειμένων. « Ἑτοίμασαι δὲ, φησὶ, μερίδα· » ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· Ὦ ἀθλία Νινευὴ, ἐπίλεξαι μερίδα σαυτῇ (ἐπειδὴ γὰρ μεγάλα πεφρόνηκας, οἷεί τε ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀπόρθητος ἔσῃ διάτοι τὸ τείχεσι μεγάλοις περιβεβλῆσθαι, καὶ ἀναριθμήτους ἔχειν τοὺς συνασπίζειν ἐθέλοντας), κατά τινα θέλεις τῶν χωρῶν, αἳ πεπόρθηνται περὶ σοῦ, καίτοι πλείστην ὅσην ἐπιτηδειότητα λαχοῦσα, φησὶ, πρός γε τὸ δύνασθαι δυσαλώτως ἔχειν τε καὶ ἁλῆπτως. « Ἄρμοσαι χορδήν· » τουτέστιν, ὨΙδὴ καὶ μέλος καὶ αὐτὴ γενοῦ πόλεσί τε καὶ χώραις, παθοῦσα τοιαῦτα παρὰ Περσῶν καὶ Μήδων, ὁποῖα δέδρακας εἰς ἑτέρους αὐτή. « Ἑτοίμασαι δὲ μερίδα Ἀμών· » ἔστω σοι, φησὶ, μερὶς, καὶ κλῆρος ἡ Ἀμών· ἃ δέδρακας ἐπ' ἐκείνῃ, τὰ αὐτὰ καὶ σὲ παθεῖν ἀναγκαῖον. Καὶ τί ἦν ἡ Ἀμὼν, ἤτοι κατοικοῦσα ἐν ποταμοῖς; Τουτέστιν, ἡ θαλάσσῃ καὶ ποταμοῖς εὖ μάλα τετειχισμένη, ταῖς Αἰγυπτίων ἐπικουρίαις καὶ τοῖς Αἰθιόπων τοξεύμασιν ἐπαυχήσασα, ἡ τὴν τῶν Λιβύων ἀλκιμωτάτην λαχοῦσα πληθύν. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχουσα θέσεώς τε καὶ ῥώμης καὶ τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας, εἰς μετοικεσίαν πεπόρευται, γέγονεν αἰχμάλωτος, Καὶ ἠδαφίσθη μὲν αὐτῆς τὰ νήπια· κληρωτοὶ δὲ γεγόνασιν οἱ διαφανεῖς, καὶ μερίδες τῶν νενικηκότων οἱ ἐνδοξότεροι, καὶ δέδενται χειροπέδαις. Ὥσπερ οὖν εἶλες τὴν Ἀμὼν ἀπόρθητον οὖσαν, ὅσον ἥκει εἰς ἐπικουρίαν καὶ θέσιν· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ παραδιδοὺς αὐτὴν, καὶ αὐτὴ δοθήσῃ πάντως εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, κἂν εἰ μεγάλην ἔχῃς ἐπὶ τε πληθύϊ τῶν μαχίμων καὶ τείχεσι τὴν ὀφρύν. Ἐγὼ γὰρ ἐπὶ σὲ, καὶ τὴν ἐμὴν οὐδεὶς ἀποστρέψει χεῖρα.

piam pertinet, et versus occasum et austrum, ubi Garamantes post Afros incolunt. Simul idem ad arma ibant Æthiopum nonnulli ad orientem et austrum, quique Meroen intimam urbem incolunt, et feram ac nigram tellurem tenent. Et de historia quidem hactenus : nunc ad sententiam declarandam accedamus. « Præpara partem, » inquit; ac si dicat : O infelix Ninive, elige partem tibi, pro arbitratu regionem aliquam ex finitimis quas subegisti, quandoquidem te extulisti, omninoque nulla vi expugnabilem te arbitraris, quod muris ingentibus cincta sis, et auxilia habeas innumera, tametsi opportunitatem longe maximam adepta es, inquit, ut subjugari atque capi difficiliter possis. « Apta chordam, » hoc est, cantus et carmen tu quoque urbibus et regionibus esto, talia a Persis et Medis perpessa, qualia aliis ipsa intulisti. « Præpara etiam partem Amon : » sit, inquit, tibi pars, et sors Amon; quæ illi fecisti, eadem te pati necesse est. Et quid est Amon, aut quid est habitans in fluminibus? Hoc est, quæ mari et fluminibus commodissime munita, Ægyptiorum auxiliis et Æthiopum arcubus gloriabatur, quæ Libycam multitudinem robustissimam sortita fuit. Sed quamvis ita haberet situ, et viribus externisque auxiliis, abiit nihilominus servitum in alienam regionem, et ad terram ipsfantes ejus allisi sunt. **510** Sortem subierunt conspicui, et partes victorum evaserunt illustres, et vincti sunt manicis. Quemadmodum igitur cepisti Amon, inexpugnabilem quod ad situm et auxilia attinet, Deus enim erat qui tradebat ipsam, sic ipsa quoque omnino in manus hostium traderis, etsi propter multitudinem bellatorum, et mœnia, grande habes supercilium. Ego enim adversor tibi, et manum meam nemo avertet [11].

Καὶ σὺ μεθυσθήσῃ, καὶ ἔσῃ ὑπερεωραμένη, καὶ σὺ ζητήσεις σεαυτῇ στάσιν ἐξ ἐχθρῶν.

ΛΒ'. Ὅπερ γὰρ τρόπον, φησὶν, ἡ Ἀμὼν τεταλαιπώρηκε, τὰ ἐκ τῆς σῆς ἀγριότητος βέλη ὑπενεγκοῦσα, καὶ τὰς ἐκ τῆς ἐφόδου συμφορὰς, οὕτω καὶ αὐτὴ σκοτοδινιάσεις, καὶ οἷον ἐν μέθῃ γενήσῃ, στάσιν οὐκ ἔχουσα, τουτέστι, κατασειομένη, καὶ πίπτουσα παρ' ἐχθρῶν, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐποπτείας ἐστερημένη. Οὐ; γὰρ ἂν ἐπισκέπτοιτο Θεὸς, ἐλεεῖ δὴ πάντως, καὶ ἐν τοῖς κατ' εὐχὴν ἑστάναι ποιεῖ.

VERS. 11. *Et tu inebriaberis, et eris despecta, et tu quæres tibi stationem ex inimicis.*

XXXII. Quo modo enim, inquit, Amon armis ferocitatis tuæ et invasione tua in ærumnam et calamitates conjecta est, sic et tu teneberis, et vertigine corripieris, et tu quasi in ebrietate versabere, nec habebis ubi consistas, hoc est, conquassabere, et superna inspectione, ac tutela privata, ab hostibus cades. Quos enim Deus inspexerit ac visitarit, eorum miseretur plane, et in iis quæ ipsis optata et chara sunt, stabilitatem largitur.

Μεμέθυσται δὲ ὥσπερ καὶ ἡ θεομάχος Ἱερουσαλὴμ, τὸ νήφειν οὐκ ἔχουσα, διά τοι τὸ μὴ καταλάμπεσθαι θείῳ φωτὶ, μήτε μὴν ἐπαΐειν ἐθέλειν λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· » καὶ πάλιν, « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Μέθη δ' ἂν νοοῖτο, καὶ σκότος εἰς νοῦν, καὶ νὺξ εἰς καρδίαν ἡ τῆς συμφορᾶς ἀγνωσία, καὶ τὸ μηδαμόθεν δύνασθαι

Inebriata est porro aliquo modo etiam Deum lacessens Jerusalem, sobrietate destituta, quia scilicet divino lumine illustrata non fuit, nec audire voluit Christum dicentem : « Ego sum lux mundi [12]; » et rursum : « Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant [13]. » Ebrietas autem, et tenebræ mentis, et nox cordis intelligi potest ignorantia calamitatis, et viam salutis perspicere

[11] Isa. xiv, 27. [12] Joan. viii, 12; ix, 5. [13] Joan. xii, 35.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

neutiquam posse. Concussam vero esse, et ad opera justitiæ stabilimentum nullum habuisse, quo pacto, aut unde quispiam dubitaverit? Universorum quippe basi excidit, et fundamentum indiruptum, hoc est, Christum non habet. Despecta autem, et hostibus tradita est, seu Romanos accipias, seu eos qui ad omne genus vitiosarum motionum illam impellerent, immundis, inquam, spiritibus. Christus itaque, et fides in ipsum ab omni malo nos liberabit, et hostium perversitate superiores præstabit, et in conspectu Dei constituet. Neutiquam enim diligentes se despiciet.

A κατιδεῖν τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. Ὅτι δὲ καὶ σεσάλευται, καὶ πρὸς τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα τὸ ἐρηρεισμένον οὐκ ἔχει, πῶς ἄν, ἢ πόθεν ἐνδοιάσειέ τις; Ἐκπέπτωκε γὰρ τῆς τῶν ὅλων κρηπῖδος, καὶ τὸν ἀῤῥαγῆ θεμέλιον οὐκ ἔχει, τουτέστι, Χριστόν. Παρεώραται δὲ, καὶ τοῖς ἐχθροῖς δέδοται, ἢ Ῥωμαίοις τυχὸν, ἤγουν τοῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν κατακομιοῦσι τῶν παθῶν, φημὶ δὴ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι. Χριστὸς οὖν ἄρα, καὶ πίστις ἡ εἰς αὐτὸν, παντὸς ἡμᾶς ἀπαλλάξει κακοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν δυστροπίας ἀποτελέσει κρείττονας, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἵστησι τοῦ Θεοῦ. Περιόψεται γὰρ οὐδαμῶς τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.

Vers. 12. *Omnes munitiones tuæ ficus, habentes speculatores. Si commotæ fuerint, cadent in os comedentis.*

Πάντα τὰ ὀχυρώτατά σου συκα, σκοποὺς ἔχουσαι. Ἐὰν σαλευθῶσι, πεσοῦνται εἰς στόμα B *ἐσθίοντος.*

XXXIII. Maturæ ficus concussa arbore decidunt facile, et tantum non in concutientis manum desiliunt, et quærentibus comedere, sponte veniunt. Cum Cyrus igitur Niniven aggrederetur et obsideret, et ad mœnia illius **511** machinas expugnatorias, sive arietes applicaret, propugnacula defensores servabant: deinde jaculantes qui oppugnabant, parvo negotio ad terram eos dejiciebant. Quare similitudinem ab eo ducit quod in ficubus ad maturitatem perductis et excoctis fieri assolet, aitque: Omnes munitiones tuæ, hoc est, muri tui, ficus, speculatores habentes, qui facillime in manum comedere volentis ibunt, si quis tantummodo stirpem, sive arborem agitaverit.

ΛΓ'. Τὰ πέπειρα τῶν συκῶν ἀποπίπτει ῥᾳδίως, εἰ δὴ κραδαίνοιτο τὸ φυτὸν, μονονουχὶ δὲ πρὸς τὴν τοῦ κατασείοντος καταθρώσκει χεῖρα, καὶ τοῖς δεομένοις τοῦ φαγεῖν, αὐτομάτως ἐπιφοιτᾷ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ Κύρου προσβάλλοντος, καὶ πολιορκοῦντος ἤδη τὴν Νινευὴ, τοῖς τείχεσί τε αὐτῆς ἐφιστάντος τὰς ἑλεπόλεις, ἤτοι τοὺς κριοὺς, τὰς ἐπάλξεις ἐτήρουν οἱ ἐπαμύνοντες· εἶτα τοξεύοντες οἱ μαχόμενοι, κατεκόμιζον εἰς γῆν εὐκόλως αὐτούς. Δέχεται οὖν τὴν ὁμοίωσιν ἀπὸ τοῦ πεφυκότος γίνεσθαι περὶ τὰ πέπειρα τῶν συκῶν· ταύτῃ τοι φησὶν, ὅτι πάντα τὰ ὀχυρώματά σου, τουτέστι, τὰ τείχη, συκαῖ, σκοποὺς ἔχουσαι, οἱ πρὸς τὴν τοῦ φαγεῖν ἐθέλοντος ἴέναι χεῖρα, καὶ μάλα εὐκόλως, εἰ δή τις μόνον καταδονήσειε τὸ φυτόν. C

Sic omnis anima supernis lapsa, et destituta præsidiis, facile in manus veniet, et capietur, citraque sudorem a Satana devorante auferetur. Scriptum est enim, « Cibus ejus electus [14]. »

Ἔσται δὲ οὕτω καὶ πᾶσα ψυχὴ, τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας ἐκπίπτουσα καὶ ἐστερημένη, εὐχερὴς καὶ εὐάλωτος, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι ληπτὴ τῷ κατεσθίοντι Σατανᾷ. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. »

Vers. 13. *Ecce populus tuus quasi mulieres in te, inimicis tuis apertæ aperientur portæ terræ tuæ, et comedet ignis vectes tuos.*

Ἰδοὺ ὁ λαός σου ὡς γυναῖκες ἐν σοὶ, τοῖς ἐχθροῖς σου ἀνοιγόμεναι ἀνοιχθήσονται πύλαι τῆς γῆς σου, καὶ καταφάγεται πῦρ τοὺς μοχλούς σου.

XXXIV. Eorum spem irritam declarat. Credebant enim nunquam se sub alienam ditionem concessuros, quandoquidem infinitam auxiliariorum multitudinem sibi aggregassent, et muris, qui dirui nequirent communitam urbem habitarent. Verum D hæc quoque inutilia eis futura palam prænuntiat, propugnatores eo ignaviæ deventuros dicens, ut a mulierculis invalidis nihil discrepent. Apertum etiam iri portas, violenter nimirum hostibus irrumpentibus. Certum est enim: « Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam [15]. »

ΛΔ'. Ματαίαν αὐτῶν ἀποφαίνει τὴν ἐλπίδα. Ἔφοντο μὲν γὰρ, ὡς οὐκ ἂν ἀλοῖεν πώποτε, πλῆθὺν ἀμέτρητον τῶν αὐτοῖς συνασπιζόντων συναγηγερκότες, καὶ ἀῤῥήκτοις τείχεσι πεπυργωμένην οἰκοῦντες πόλιν. Ἀλλ' ὅτι καὶ ταῦτα παντελῶς ἀνόνητα αὐτοῖς, προαναπεφώνηκεν ἐναργῶς, κακανδρίας εἰς τοῦτο κατοιχήσεσθαι λέγων τοὺς ἐπαμύνοντας, ὡς γυναίων ἀσθενῶν διενεγκεῖν οὐδέν· διανοιχθήσεσθαι καὶ τὰς πύλας, εἰσβιαζομένων δηλονότι τῶν ἐχθρῶν. Ἀληθὲς γὰρ, ὅτι « Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάσσῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. »

Supernam igitur munitionem habeamus necesse est, et minime nobis ipsis fidamus, sed Deo potius qui salvat, et non de humanis auxiliis magnopere nos jactemus, nec statuamus iram Dei effugituros, si ipsum irritaverimus. Nemo enim a tumultu et malis liberabitur, cui universorum Deus iratus fuerit.

Χρὴ δὴ οὖν ἄρα τὴν ἄνωθεν ἔχειν ἀσφάλειαν, πεποιθέναι τε ἡμᾶς ἥκιστα μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐπὶ Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ σώζοντι, καὶ μὴ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρίαις μεγαλαυχεῖν, μήτε μὴν οἴεσθαι διεκνεύειν δύνασθαι τὴν ὀργὴν, εἰ δὴ παροτρύνοιτο Θεός. Ἀπαλλάξει γὰρ οὐδεὶς θορύβων, καὶ κακῶν, τὸν ὑπὲρ ἂν ἐπιμηνίσῃ

[14] Habac. I, 16. [15] Psal. CXXVI, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁ τῶν ὅλων Θεός. Καὶ σοφὸς ἦν λίαν ὁ θεσπέσιος Λαβὶδ ψάλλων τε καὶ λέγων· « Οὐκ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ὁ βραχίων μου οὐ σώσει με. — Ποιήσομαι γὰρ δύναμιν ἐν τῷ Θεῷ, » κατά γε τὴν αὐτοῦ πάλαι φωνήν.

A Et sapientissime psallit ac dicit divinus David : « Non in arcu meo sperabo, nec brachium meum salvabit me[16]. — Faciam autem in Deo virtutem, » ut idem alibi dicit[17].

Ὕδωρ περιοχῆς ἐπίσπασαι σεαυτῇ.

ΛΕ'. Φασὶν ὅτι, Κύρου τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὰς περιοίκους τῆς Νινευὴ καταδηούντων χώρας, καὶ πάσας αὐτῶν προαποχειρόντων ἐπικουρίας, τὴν πόρθησιν ἤδη δεδιότες οἱ Νινευῖται λοιπὸν εἰς πολλὰς καὶ μακρὰς ἀνέτεμον τάφρους τὰ περὶ τὸ ἄστυ χωρία, καὶ δὴ καὶ δυσπόρευτον τοῖς ἐχθροῖς ἀπετέλουν, παροχετεύοντες ποταμοὺς, καὶ ὑδάτων ἐμπιπλῶντες, καὶ τελμάτων ἔμπλεω ποιοῦντες τὴν γῆν. Ἀλλ' ἦσαν καὶ τῶν τοιούτων ἐγχειρημάτων ἀμείνους οἱ μαχόμενοι, μᾶλλον δὲ ἡ θέλησις τοῦ περιδιδόντος Θεοῦ. Ὅτι τοίνυν οὐδὲν ἔσται καὶ τοῦτο αὐτοῖς τὸ σπούδασμα, δείκνυσι λέγων· « Ὕδωρ περιοχῆς ἐπίσπασαι σεαυτῇ. » Δοκεῖ δέ τισιν ὕδωρ ἐνθάδε νοεῖν τὸ ἐπισπώμενον τὴν τῶν κεκλημένων ἐθνῶν εἰς ἐπικουρίαν ἄθροισιν ἢ πληθύν. Βαδιεῖται δὲ καὶ οὕτως ἡμῖν ὁ λόγος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ· ὕδατα γὰρ πολλαχοῦ καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ὠνόμασται πληθύς.

B Et obline munitiones tuas. Ingredere in lutum, et conculca in paleis : obline super laterem.

XXXV. Fama est, Cyro cum exercitu vicinas Ninive regiones depopulante, et omnia iis auxilia intercludente, Ninivitas obsidionem metuentes spatia urbi circumjecta multis et longis fossis incidisse, et deductis eo **512** fluminibus, et fossis illis aqua repletis, et paludibus toto territorio inducto, hostibus viam inviam reddidisse. Verum hostes et istiusmodi molitiones, vel potius voluntas Dei donantis superarunt. Nec hos igitur conatus quidquam illis profuturos docet his verbis : « Aquam obsidionis hauri tibi. » Placet quibusdam hoc loco per aquam indicari contracta ex gentibus accitis auxilia magno numero et frequentia. Atqui etiam sic a meta non aberrabit oratio, sæpe enim gentium multitudo aquarum nomine exprimitur.

Καὶ κατακράτησον τῶν ὀχυρωμάτων σου. Ἔμβηθι εἰς πηλὸν, καὶ συμπάτει ἐν ἀχύροις· κατακράτησον ὑπὲρ πλίνθον.

ΑϚ'. Οὐ προτρέπει δ' ἂν τὰ τοιάδε ὁ Θεός· ἐπειδὴ δὲ πάντως ἐσόμενα προηπίστατο, διαγελᾷ τὴν σκῆψιν, καὶ ὅτι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, μάταιον αὐτῶν ἔσται τὸ σπούδασμα, δείκνυσι διὰ τούτων. Ἐπειδὴ γὰρ συμβέβηκεν ἢ ἐπάλξεων, ἤγουν ἑτέρας C τινὸς ἐπιμελείας δεῖσθαι τὰ τείχη (πλίνθους γὰρ εἰργάζοντο, τὰς ἐκ πηλοῦ δηλονότι, πλὴν ὀχυρωτάτας· ὀπτωμένη γὰρ ἡ πλίνθος ἀναγκαιοτάτη πρὸς ἔργα, καὶ οὐκ ἂν ἔχοιντο εὐδιάθρυπτον), « Συμπάτει δὴ οὖν, φησὶν, ἐν ἀχύροις, ἐργάζου καὶ πλίνθους. » Γενοῦ δὴ οὕτως ἰταμὸς καὶ ἀτεράμων εἰς μάχην, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ πλίνθος αὐτή· ἔσῃ γὰρ οὕτως εὐάλωτος, καὶ ἄθραυστος μὲν οὐδαμῶς, εὔκολος δὲ λίαν τοῖς κατασείειν εἰδόσι, καὶ τῆς σῆς σκληρότητος ἀλκιμωτέραν ἔχουσι τὴν ὁρμήν.

Ver. 14. *Aquam obsidionis hauri tibi.*

XXXVI. Non hortatur ista Deus : sed quia perfecte quod futurum est novit, impedimentum hujuscemodi irridet, et conatum eorum fore vanum, ut modo dixi, per hæc ostendit. Quoniam enim aut propugnaculis, aut alia procuratione mœnia indigebant, lateres e luto videlicet conficiebant, verumtamen firmissimos : later enim coctus ad opera valet plurimum, nec facile dissolvitur. « Conculca igitur, inquit, in paleis, confice etiam lateres. » Esto ita audax et præfractus ad pugnam, sicut videlicet later ipse, et sic tamen parvo negotio capieris, nec ullo modo infracta eris : imo perfacile subigeris ab iis qui te concutere noverint, et duritie tua impetus robustiores attulerint.

Ἐκεῖ καταφάγεταί σε πῦρ, ἐξολοθρεύσει σε ῥομφαία, καταφάγεταί σε ὡς ἀκρὶς, καὶ βαρυνθήσῃ ὡς βροῦχος.

ΑΖ'. Τὸ *ἐκεῖ* νοήσεις ἀντὶ τοῦ *τηνικάδε*· κατὰ χρόνον γὰρ, καὶ οὐ τοπικῶς, τὴν λέξιν ἀποδεχόμεθα. Εἰ γὰρ δὴ καὶ ταῦτα γένοιτο, φησὶ, καὶ πλίνθους ἐργάσῃ, δαπανηθήσῃ καὶ οὕτως ὡς ἀπόπυρος· κατανεμηθήσεται δέ τε καὶ τὴν χώραν καὶ ἐν ἀκρίδος τάξει ὁ πόλεμος. Ἔσῃ δὲ καὶ ὄκνῳ πεπεδημένος, καὶ βραδὺς εἰς φυγὴν, ὡς βροῦχος ὁ βαρυνθείς. Φασὶ γὰρ ὅτι πιπτούσης χαλάζης, καὶ ὑετῶν καταρηγνυμένων, ἀδρανὴς εἰς πτῆσιν ὁ βροῦχος, καταδεδευμένων αὐτῷ τῶν πτερῶν· οὐκοῦν τὸ ἄπορον εἰς φυγὴν τῶν Νινευιτῶν ὑποσημαίνει πάλιν ὑπὸ τοῦ τοῖς βρούχοις συμβαίνοντος.

Ver. 15. *Ibi comedet te ignis, disperdet te gladius, comedet te quasi locusta, et aggravaberis quasi bruchus.*

XXXVII. *Ibi*, intellige positum pro *tunc*, ut D tempus, non locum vox significet. Quamvis enim hæc facta fuerint, inquit, et lateres feceris, tamen sic etiam, ut ab igne consumeris; etiam regionem instar locustarum bellum depascet. Præpedieris autem metu, et tardus eris ad fugam, ut bruchus gravatus. Aiunt enim, cadente grandine, et pluviis cœlo erumpentibus, debilitari bruchum ad volatum, alis ei irrigatis videlicet. Ergo quam fugæ viam reperire Ninivitæ nullam potuerint, rursum sub integumento brucho accidentium insinuat.

Ἐπληθύνας τὰς ἐμπορίας σου ὑπὲρ ἄστρα τοῦ

513 Ver. 16, 17. *Multiplicasti negotiationes*

[16] Psal. XLIII, 7. [17] Psal. CVII, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

tuas super astra cœli. Bruchus impetum fecit, et expansus est. Exiluit ut locusta commistus tuus, ut locusta ascendens in sepem in die frigoris. Sol ortus est, et abstulit, et non cognovit locum ejus.

XXXVIII. Negotiationes hic videtur significare non quæ pecuniis propter quæstum et rem augendam exercentur, sed quæ potius ad gentes congregandas et conciendas suscipiuntur. Mercede etenim, ut dicebam, populos finitimos conducebant, tantum non mox morituros mercatorum more importantes, et ad pugnam colligentes brevi post tempore interituros : quorum erat multitudo longe maxima et innumerabilis. Quare etiam stellis comparantur. Sed quanquam congregati fuerint, inquit, et in una mœnia concurrerint, metu tamen hostium percellentur, et nihilominus ut bruchus et locusta peribunt. Est autem ἀττέλαβος parvæ locustæ species, quæ cum in sepes aut in hortorum macerias inciderit, frigore quidem, ut dixi, et pluvia ingruentibus, clausis oculis quiescit, vi humoris a volatu præpedita. At vero sole surgente, et radiorum calore illas profundente, mox abscedunt, et more suo avolant. Ita se gerent, inquit, commisti tui. Avolabunt enim et domum recurrent, spem tuam frustrantes. « Bonum est » igitur, juxta veram Prophetæ vocem, « confidere in Domino, quam confidere in homine[18]. »

VERS. 18. *Væ illis. Dormitaverunt pastores tui, rex Assyrius consopivit fortes tuos, abiit populus tuus super montes, et non erat qui susciperet.*

XXXIX. Lamentatur multitudinem, tanquam eo ignaviæ et metus projectam, ut ad solum hostium adventum languescant, et in juga montium transfugiant : et loca invia velut contra periculum munimentum sibi faciant. Statim hujus tanti pavoris causam afferens, scitam ponit narrationem, ducum videlicet interitum ; quasi urbane dicat, ob hoc expugnati sunt, et perierunt, et artium imperatoriarum nescii evaserunt : hoc ita significat, dum dicit dormitasse, et consopitos fuisse qui magistratibus et potestatibus præerant, **514** quique tribunatum plebis, et insigniores honores gerebant. Affecti sunt autem hoc somno a rege Assyriorum, hoc est, genus ab illis ducente. Indigena enim fuit Cyrus, et e sanguine Persico oriundus. Fingit autem propemodum propheticus sermo lamentationem, cum ad pavorem tam faciles potius irrideat. Inquit enim, « Abiit populus super montes, et non erat qui susciperet. » Hoc est, qui auderet, qui fugientium timiditatem cohiberet, et imbellem, et clypeum abjicientem retrahere posset de iis qui priores imponebant vulnera. Perierunt ante alios, qui hoc facere consueverunt, iidem præsides scientiæ militaris.

Poterit autem, et quidem aptissime, etiam de

[18] Psal. CXVII, 8.

οὐρανοῦ. Βροῦχος ὥρμησε, καὶ ἐξεπετάσθη. Ἐξήλατο ὡς ἀττέλαβος ὁ σύμμικτός σου, ὡς ἀκρὶς ἐπιβεβηκυῖα ἐπὶ φραγμὸν ἐν ἡμέρᾳ πάγους. Ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ ἀφήλατο, καὶ οὐκ ἔγνω τὸν τόπον αὐτῆς.

ΛΗ'. Ἐμπορίας ἔοικε ἐνθάδε δηλοῦν οὐχὶ τὰς διὰ χρημάτων, καὶ τὰς ἐπὶ λήμμασι καὶ πλεονασμοῖς, τὰς γεγενημένας δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῇ τῶν ἐθνῶν ἀθροίσει καὶ συγκομιδῇ. Κατεμισθοῦντο γὰρ, ὡς ἔφην, τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν, τοὺς τεθνηξομένους μονονουχὶ ἐμπορευόμενοι, καὶ συλλέγοντες εἰς μάχην τοὺς αὐτίκα δὴ μάλα ἀπολουμένους· ἦσαν δὲ οὗτοι πλεῖστοί τε ὅσοι καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες. Τοιγάρτοι καὶ τῇ τῶν ἄστρων παρεικάζονται πληθύϊ. Ἀλλ' εἰ καὶ συνήχθησαν, φησὶ, καὶ συνεδραμήκασι, καταπτοηθήσονται τῷ πολέμῳ, καὶ ἀπολοῦνται πάλιν ὡς βροῦχος καὶ ἀττέλαβος. Εἶδος δὲ τουτὶ μικρᾶς ἀκρίδος, ἣ ἐπειδὰν ἐμπέσῃ φραγμοῖς, ἢ ταῖς τῶν κήπων αἱμασιαῖς, πάγου μὲν ὄντος, ὡς ἔφην, καὶ ὑετοῦ κατασκήπτοντος, καταμέμυκέ τε καὶ ἠρεμεῖ, τῇ τῆς ὑγρότητος βίᾳ τὴν πτῆσιν παρῃρημένη. Ἡλίου γε μὴν ἀνίσχοντος, καὶ θερμὴν αὐταῖς ἐνιέντος ἀκτῖνα, τάχα ποιοῦνται τὴν ἀποφοίτησιν, καὶ ἀφίπτανται κατὰ τὸ εἰωθός. Οὕτως, φησὶν, ἔσονται οἱ σύμμικτοί σου. Ἀποπτήσονται γὰρ, καὶ οἴκαδε πάλιν ἀποδραμοῦνται, τὴν σὴν ἐλπίδα κενώσαντες. « Ἀγαθὸν » οὖν ἄρα, καὶ ἀτρεκὴς ὁ λόγος, τὸ, « πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον, » κατὰ τὴν τοῦ Προφήτου φωνήν.

Οὐαὶ αὐτοῖς. Ἐνύσταξαν οἱ ποιμένες σου, βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισε τοὺς δυνάστας σου· ἀπῆρεν ὁ λαός σου ἐπὶ δρη, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκδεχόμενος.

ΛΘ'. Ταλανίζει τοὺς ὄχλους, ὡς κακανδρίας εἰς τοῦτο καὶ δειμάτων ὠλισθηκότας, ὡς καὶ πρὸς μόνην αὐτοὺς ἀτονῆσαι τοῦ πολέμου τὴν προσβολὴν, καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ὀρῶν ἀναθρώσκειν κορυφὰς, καὶ οἷον προτείχισμα τοῦ κινδύνου ποιεῖσθαι τὰς δυσχωρίας. Εἶτα τῆς ψοφοδείας τὴν αἰτίαν ἀποδοὺς, εὐφυᾶ ποιεῖται διήγησιν, τῶν καθηγεῖσθαι λαχόντων τὸν ὄλεθρον· ὡς ἐν ἤθει λέγων, ἀπὸ τούτου πεπόρθηνται, καὶ διολώλασιν, ἀπόρητοί τε γεγόνασιν εἰς τὰς τέχνας τὰς στρατηγικὰς, τὸ ἐνύσταξαν, τιθεὶς, καὶ ὅτι κατεκοιμήθησαν οἱ ἐν δυνάμεσί τε καὶ ἐξουσίαις, καὶ δημαγωγοὶ, καὶ τὰς ἄνω καὶ διαφανεῖς λαχόντες τιμάς. Πεπόνθασι δὲ τὸ νυστάζειν ὑπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων, τουτέστι, τὸ γένος ἔχοντος ἐξ αὐτῶν. Αὐθιγενὴς γὰρ ὁ Κύρος, καὶ ἐξ αἵματος Περσικοῦ. Σκήπτεται δὲ ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος μονονουχὶ τὸ θρηνεῖν, ἧγουν καταμειδιᾷ τῶν εὐκόλων εἰς πτοίαν. « Ἀπῆρε γὰρ, φησὶν, ὁ λαός σου ἐπὶ τὰ δρη, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκδεχόμενος, » τουτέστιν, ὁ ἀνέχων εἰς εὐτολμίαν, ὁ περικόπτων τὰς τῶν φευγόντων δειλίας, καὶ ἀνασειράζειν δυνάμενος τὸν ἀδρανῆ καὶ ῥιψάσπιδα τῶν προδεδωκότων πληγήν. Προαπολώλασι οἱ τοῦτο δρᾷν εἰωθότες, καὶ τῆς ἐν πολέμῳ εὐτεχνίας οἱ ἐπιστάται.

Νοηθείη δ' ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ περὶ γε τῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἰουδαίων ἀγέλης τό· « Οὐαὶ αὐτοῖς! Ἐνύσταξαν οἱ ποιμένες σου, βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισε τοὺς δυνάστας σου. » Οὐαὶ γὰρ ὄντως τοῖς καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων ἀποκτονόσι Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων αἵμασι προστεθεικόσι καὶ αὐτὸ τὸ δεσποτικόν! Συμβέβηκε δὲ τοῦτο παθεῖν αὐτοὺς, διά τοι τὸ λίαν κατανυστάξαι πρὸς δυσβουλίαν τὸ ἡγούμενον, καὶ τοὺς ἐν ποιμένων τάξει παρειλημμένους, Γραμματέας δὴ λέγω, καὶ Φαρισαίους, καὶ τοὺς τῆς ἱερουργίας κατεστεμμένους αὐχήμασι, οὓς κατεκοίμισεν ὄντως ὁ Ἀσσύριος βασιλεὺς, τουτέστιν, ὁ Σατανᾶς. Λαμβάνεται γὰρ εἰς τὸ ἐκείνου πολλάκις πρόσωπον ἡ τῶν Βαβυλωνίων ἀρχή. Ὅτι δὲ κατενύσταξαν οἱ ποιμένες καὶ οἱ δυναστεύοντες παρ' αὐτοῖς, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν, ἄνω τε καὶ κάτω τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀνατιθείσης αὐτοῖς τῶν λαῶν τὴν ἀπώλειαν; Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ὦ ποιμένες, οἱ διασκορπίζοντες καὶ ἀπολοῦντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς μου! » Καὶ πάλιν· « Οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπαν· Ποῦ ἐστι Κύριος; καὶ οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου οὐκ ἠπίσταντό με, καὶ οἱ ποιμένες ἠσέβουν εἰς ἐμὲ, καὶ οἱ προφῆται προεφήτευον τῷ Βάαλ. » Ἡσαΐας δὲ πάλιν φησί· « Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιών; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθεῖς, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες. »

A Judæorum grege intelligi illud : « Væ ipsis! Dormitaverunt pastores tui, rex Assyriorum consopivit fortes tuos. » Vere enim væ illis qui et ipsum universorum Salvatorem Liberatoremque occiderunt, et præter sanctorum sanguinem etiam ipsius Domini effuderunt. Id inde factum, quod propter improbum consilium nimiopere dormitarunt ipsi principes, et in ordinem pastorum asciti, Scribæ, inquam, et Pharisæi, et sacerdotii ornamentis condecorati, quos revera rex Assyrius, hoc est, Satanas consopivit. Sæpius enim Babyloniorum principatus pro ejus persona sumitur. Dormitasse autem pastores et auctoritate potentiores apud eos, quo pacto dubitandum est, cum ubique divina Scriptura populorum perniciem ipsis ascribat? Scriptum est B enim : « O pastores, dispergentes et disperdentes oves pascuæ meæ [19]! » Et iterum : « Sacerdotes non dixerunt : Ubi est Dominus? et professentes legem non cognoverunt me : et pastores impie agebant in me, et prophetæ prophetabant Baal [20]. » Isaias quoque : « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion? in qua justitia dormivit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum vestrum reprobum, caupones tui miscent vinum aqua, principes tui non obediunt, participes furum, diligentes munera, sequentes retributionem, pupillis non judicantes, et judicium viduarum non attendentes [21]. »

Οὐκ ἔστιν ἴασις τῇ συντριβῇ σου. Ἐφλέγμανεν ἡ πληγή σου.

VERS. 19. *Non est sanatio contritioni tuæ. Intumuit plaga tua.*

C

Μ'. Πάντα συμβαίνῃ τῶν ἀπευκτῶν παθεῖν, εἰ μὲν ἔσω τοῦτο μεμετρημένως, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως πέρα τοῦ καθήκοντος. Ἐλπὶς ὕπεστιν ἀγαθὴ τοῖς τῷ παθεῖν ὑπενηνεγμένοις, ὅτι καὶ ἀνασφῆλαι δυνήσονται, καθάπερ ἐξ ἀῤῥωστίας ἐπὶ τὸ δύνασθαι διαβιοῦν εὐσθενῶς, καὶ ὅτι μετοιχήσονται πρὸς εὐημερίαν, ἀνενεγκόντων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Ἐπειδὰν δὲ εἰς λῆξιν αὐτοῖς ἀθλιοτάτην προήκοι τὰ πράγματα, τότε δὴ πάντως δυσδιάφυκτος ἡ συμφορὰ, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς ἀνεξίτητος. Τοῦτο παθούσης τῆς Νινευὴ, φησὶν ὅτι καὶ συνετρίβη, καὶ ὅτι ἀπόλωλε, καὶ τῆς τοῦ δύνασθαι θεραπείας τυχεῖν συνανῃρημένης ἐλπίδος, καὶ οἱονείπως ἀθλίως καταφλεγμαίνοντος τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν ἐσχάτην ἐφ' ἑαυτῇ ζητοῦντος τομήν. D

515 XL. Omnia dira et aversanda tolerarentur, si ea intra, et non penitus extra modum venirent. Conciperent enim spem bonam subjecti afflictionibus, se rursum erigi recrearique posse, quemadmodum si e morbo ad vitam deinceps cum validis viribus vivendam convalescerent, et ad statum prospérum, rebus in melius relatis, transituros. Ubi autem res conditione misérrima fuerint, tunc plane calamitas vix est evitabilis, imo prorsus exitum nullum habet. Hoc quia passa est Ninive, contritam esse dicit et periisse simul, ablata spe curationis adipiscendæ, et malo misére quodammodo intumescente, et extremum ei excidium machinante.

Ὅτι δὲ καὶ ἐν τούτοις γέγονεν ἡ κυριοκτόνος Ἱερουσαλὴμ, ἀτρεκὲς εἰπεῖν. Πολλάκις μὲν ἐπλήττετο, καταθεόντων αὐτὴν τῶν ἐχθρῶν, ἀλλ' ἠκολούθουν αἱ θεραπεῖαι, καθοικτείροντος Θεοῦ καὶ οἷον καταμαλάσσοντος τὴν συμβᾶσαν αὐτῇ πληγήν. Ἐπειδὴ δὲ πεπαρῳνήκασιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, συνετρίβη καὶ πέπτωκε, καὶ οὐκ ἦν ἴασις κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ἀμάλθακτος δὲ καὶ ἡ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς ἀπομεμένηκε φλεγμωνή. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκον οἱ μακάριοι προφῆται, τῇ Βαβυλωνίων αὐτὴν παρεικάζοντες· « Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ

Fuisse autem in his etiam Domini interfectricem Jerusalem, haud falso dici potest. Sæpius percussa est, hostibus eam incursantibus; sed, Deo miserante et acceptam plagam velut fovente, curationes consequebantur. Postquam autem ita in universorum Dominum injuriose debacchata est, contrita est et cecidit, nec erat sanatio, juxta prophetæ vocem, et rumor casuum ejus non mollitus ac mitigatus mansit. Proinde beati prophetæ, Babyloniæ ipsam comparantes, dicebant : « Curavimus Babylonem, et non est sanata. Derelinquamus eam, et eamus unus-

[19] Jerem. XXIII, 1. [20] ibid. 11-13. [21] Isa. I, 21-23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quisque in viam suam, quia appropinquavit ad cœlum judicium ejus : elevavit usque ad astra [11].» In cœlum autem judicium, et in sublime peccatum est. Non enim in unum sanctorum simpliciter, sed in sanctorum Dominum, ut dixi, sceleratos sese præbuerunt

Omnes qui audiverunt nuntium tuum, lætabuntur, et complodent manus super te : quia super quem non intravit malitia tua semper?

XLI. Justam sententiam tulisse Deum de imperio Babylonio evertendo, claro erit argumento, quod nemo ejus causa ingemiscet, quin plaudet et gaudebit potius, jacentique insultabit, propterea quod alios intolerandis calamitatibus inferendis et tributis exigendis vexavit, et quæ maxime dolere consueverunt, ea in ipsos exprompserit. Etenim omnibus odiosa et intoleranda erat, etiam cum longe remotos perversitatem suam sentire cogeret.

516 Dixerim porro, peccati quoque inventorem, nempe Satanam, suæ malignitatis rete ubique expandisse, et orbem terrarum erroris ac deceptionis sagena inclusisse, perditionisque laqueis illigasse, ac proinde a Christo eversum, et tyrannide in nos depulsum merito audire posse: « Omnes qui audiverunt nuntium tuum, lætabuntur et plaudent manibus super te : quia super quem non intravit malitia tua semper? »

[11] Jerem. LI, 9.

οὐκ ἰάθη. Ἐγκαταλίπωμεν ἕκαστος αὐτὴν, καὶ ἀπέλθωμεν εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ὅτι ἤγγικεν εἰς οὐρανὸν τὸ κρῖμα αὐτῆς, ἐξῆρεν ἕως τῶν ἄστρων.» Εἰς οὐρανὸν δὲ τὸ κρῖμα, καὶ ὕψος τὸ πλημμέλημα. Πεπαρῳνήκασι γὰρ, ὡς ἔφην, οὐκ εἰς ἕνα τῶν ἁγίων ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸν τῶν ἁγίων Δεσπότην.

Πάντες οἱ ἀκούσαντες τὴν ἀγγελίαν σου χαρήσονται, καὶ κροτήσουσι χεῖρας ἐπὶ σέ· διότι ἐπὶ τίνα οὐκ ἐπῆλθεν ἡ κακία σου διὰ παντός;

ΜΑ'. Ψῆφος ὅτι δικαία γέγονε παρὰ Θεοῦ, τὴν Βαβυλωνίων ἀρχὴν καταστρέφουσα, καταμαρτυρήσει λαμπρῶς τὸ ἐπιστυγνάζειν αὐτῇ παντελῶς οὐδένα, κροτεῖν δὲ μᾶλλον, καὶ ἐπιγάννυσθαι, καὶ καταμειδιᾷν κειμένῃ· διά τοι τὸ ἀφορήτους συμφορὰς ὑπενεγκεῖν καὶ πλεονεξίας, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα καταλυπεῖν εἰωθότων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν. Καὶ γὰρ ἦν ἅπασι φορτικὸς καὶ δύσοιστος πέμπουσα καὶ τοῖς εἰς μακρὰν τῆς ἐνούσης αὐτῇ δυστροπίας τὴν αἴσθησιν.

Φαίην δ' ἄν, ὅτι καὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρετὴς, τουτέστιν, ὁ Σατανᾶς, ὁ τῆς ἑαυτοῦ δυστροπίας τε λίνον κατευρύνων πανταχοῦ, καὶ σαγηνεύσας εἰς πλάνησιν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τοῖς ἀπωλείας ἐγκαταδήσας βρόχοις, ἀκούσειεν ἂν εἰκότως, καθηρημένος ὑπὸ Χριστοῦ, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀπεληλαμένος· « Πάντες οἱ ἀκούσαντες τὴν ἀγγελίαν σου χαρήσονται, καὶ κροτήσουσι χεῖρας ἐπὶ σέ· διότι ἐπὶ τίνα οὐκ ἦλθεν ἡ κακία σου διαπαντός; »

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΑΜΒΑΚΟΥΜ.

—

S. P. N. CYRILLI

ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI

IN HABACUC PROPHETAM COMMENTARIUS.

—

517 PROŒMIUM.

I. Etiam hujus, quam in manibus habemus, prophetiæ ratio persapienter, nec minus perite instituta

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Α'. Διεσκεύασται μὲν ἡμῖν εὖ μάλα σαφῶς καὶ εὐτέχνως καὶ τῆς προκειμένης προφητείας ὁ τρόπος,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐμπλεώ γε μὴν αὐτὸν οἰκονόμον ἁγιοπρεπῶς εὑρήσομεν. Πρέπει γὰρ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἐπιφωνεῖν τε καὶ λέγειν· « Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Δεῖ δὲ τοῖς ἐθέλουσι νοεῖν ἀγχινοίας οὐ μικρᾶς· ἐπεί τοι τῆς προφητείας τὸν σκοπὸν διττὴν ἐν ἑαυτῷ τὴν θεωρίαν ὠδίνοντα κατίδοι τις ἄν, πνευματικήν τε ἅμα καὶ ἱστορικήν. Προαφηγήσομαι δὲ χρησίμως, καὶ ὡς ἐν βραχεῖ συνενεγκών, τῆς προφητείας τὰ μέρη, καὶ ἐφ' ὅτῳ γέγονεν ἐρῶ. Εἴη γὰρ ἂν οὕτω τοῖς ἐντευξομένοις δι' εὐμαρείας ὁ νοῦς, καὶ οὐδὲν εὑρήσει τὸ ἄναντες. Ἀσχάλλοντος τοίνυν τοῦ Ἰσραὴλ οὐ μετρίως ἐπὶ τοῖς διὰ τῶν προφητῶν προαπηγγελμένοις· ᾔδει γὰρ, ᾔδει, ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς αἰχμάλωτος, καὶ πεσεῖται εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, καὶ ὑπὸ ζυγὰ κείσεται τῆς ἀσυνήθους δουλείας· πειρᾶται διδάσκειν ὁ μακάριος Ἀμβακοὺμ ὅτι, ψήφῳ δικαίᾳ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, κατὰ καιροὺς αὐτοῖς τὰ τοιάδε συμβήσεται, καὶ ἐπ' αἰτίαις εὐλόγοις. Ἐκτετιμηκότες γὰρ αὐτοὶ τὴν ἔξω νόμου καὶ ἐκτοπωτάτην ζωὴν, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν κατεψεγμένων ἀπονενευκότες, οὐ διαλελοίπασιν ἐφ' ἑαυτοῖς παραθήγοντες τὸν ἀκήρατον νοῦν, μέχριζ ἂν αὐτοῖς εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀθλιότητος κατέβη τὰ πράγματα. Καὶ τοῦτο καθίστησιν ἐναργὲς, τῶν ἀνοσίως βιοῦν ᾠρημένων ποιούμενος τὴν κατάῤῥησιν, καὶ τῆς ὅλης προφητείας προεισβολὴν ὥσπερ τινὰ καὶ ὑπόθεσιν τὸ χρῆμα τιθεὶς, εἶτα Θεὸν εἰσκεκομικὼς ἀπειλοῦντα τοῖς καταφρονηταῖς τῶν Βαβυλωνίων τὴν ἔφοδον. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν αὐτὸν οὐχὶ μόνον τῶν σκυθρωπῶν καὶ τῶν ὅτι μάλιστα καταλυπεῖν εἰωθότων προαγορευτὴν ἀναφαίνεσθαι, καὶ εἰς μέσον ἥκειν, καὶ τὰ πάντων αἴσχιστα τῶν κακῶν ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς αὐτοῖς προαναφωνεῖν, ἀλλά τι καὶ τῶν τελούντων εἰς ἄκεσιν προαφηγεῖσθαι χρησίμως, καὶ τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἦν ἀναπνεύσειν τοὺς πεπονθότας προαναφθέγγεσθαι· κατακεκράγει καὶ αὐτῆς τῆς τῶν Βαβυλωνίων ὠμότητος, καὶ καταφρονητὰς ὀνομάζει τοὺς καὶ αὐτὸν τὸν θεῖον ναὸν κατεμπρήσαντας, καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν πεπορθηκότας, καὶ σκευῶν τῶν ἱερῶν ἀφειδήσαντας. « Εἰς τί γὰρ, φησὶν, ἐπιβλέπεις ἐπὶ καταφρονοῦντας; παρασιωπήσῃ ἐν τῷ καταπίνειν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον; » Εἶτα προστέθεικε καὶ αὐτῆς Βαβυλῶνος τὴν ἅλωσιν, καὶ τῶν πεπονθότων τὴν ἀσυνήθη δουλείαν, τὴν διὰ Κύρου κατὰ καιροὺς ἐκλύτρωσιν. Ἀπὸ δέ γε τῆς μερικῆς λυτρώσεως μέτεισιν ὁ λόγος ἐπὶ τὴν καθόλου καὶ γενικωτάτην, τουτέστι, τὴν διὰ Χριστοῦ γεγενημένην ἅπασι τοῖς διὰ πίστεως ἐκλελυτρωμένοις, καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας ζυγὸν ἀποτιθεμένοις, καὶ πικρὸν καὶ ἀνήμερον ἀποφυγοῦσι δεσπότην, τὸν Σατανᾶν. Ἔχεις ἐν τούτοις τῆς ὅλης ἡμῖν προφητείας ὡς ἐν βραχέσι συνειλεγμένον τὸν σκοπόν. Ἐροῦμεν δὲ, ἀνὰ μέρος ἕκαστα διαλαμβάνοντες ὡς ἔνι.

est, et œconomiæ quæ decet sanctos, plena. Convenit enim sanctis acclamare ac dicere : « Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis [23]. » Ad eam autem percipiendam solertia opus est non mediocri ; quandoquidem perspicere licet, scopum ac finem ejus considerationem parere duplicem, spiritualem et historicam simul. Sed conducet ante narrare et breviter colligere partes hujus prophetiæ, et quorsum illa spectet exponere. Sic enim lectores sententiam facilius assequentur, nihilque arduum ac difficile invenient. Indignante igitur Israele mirum in modum, propter ea quæ a prophetis prædicta fuissent : norat enim, norat se aliquando captivum fore, venturumque in manus hostium, et insuetæ servitutis jugum subiturum: **518** conatur docere beatus Habacuc, juste judicio Dei omnipotentis, et ex causis consentaneis, aliquando hæc passuros. Cum enim vitam a lege alienam et rationi etiam atque etiam adversantem amplexati, in omnia reprehensioni obnoxia declinavissent, in seipsos exacuere mentem illam intemeratam non desinebant, donec huc miseriæ res eorum deciderunt. Et hoc liquido declarat, dum scelerosum vitæ genus sectantes insinulat, et istud velut totius prophetiæ metam quo collineet, argumentumque sibi præfigit, et postea Deum Babyloniorum irruptionem contemptoribus comminantem introducit. Quoniam vero illum non mœsta tantummodo et maximopere contristare solita prædicere videri oportebat, prodireque in medium, et quo pacto malorum omnium fœdissima illis subeunda forent, prænuntiare, sed aliquid item, quod ad medicinam pertineret ante commemorare conveniebat, et nonnulla, per quæ æruminosis respirare liceret vaticinari : adversus ipsam Babyloniorum crudelitatem exclamat, et contemptores appellat, qui et ipsum templum divinum incenderint, sanctam civitatem pervastaverint, nec vasis sacris pepercerint. « Quare enim respicis super contemptores? inquit; tacebis cum devoraverit impius justum [24] ? » Ipsius item Babylonis captivitatem, et eorum, qui insuetam servitutem pertulerunt, per Cyrum futuram liberationem subjicit. A singulari autem liberatione ad universam maximeque communem, qua Christus omnes per fidem redemptos, jugo peccati levatos, acerboque et immiti domino, Satanæ, inquam, elapsos, asseruit, sermonem transfert. Habes in his totius vaticinii paucis verbis a nobis comprehensum scopum. Nunc seorsum de singulis pro facultate disseremus.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τὸ λῆμμα, ὃ εἶδεν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης.

Β'. Λῆμμά φησι ἐν τούτοις τὴν τῆς ὁράσεως, ἤτοι τὴν τῆς προγνώσεως λῆψιν, ἣν ἄν τις ἕλοι, διδόντος Θεοῦ. Αὐτὸς γὰρ « ὁράσεις, » κατὰ τὸ γεγραμμένον,

CAP. I.

Vers. 1. *Assumptio, quam vidit Habacuc propheta.*

II. Assumptionem hic vocat visionis, sive præscientiæ sumptionem, quam quis, Deo dante, acquisierit. Ipse enim « visiones multiplicavit, » ut scri-

[23] Matth. x, 20. [24] Habac. I, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ptum est [25], et ipse locutus est ad prophetas, per **519** Spiritum sanctum futura illis præmonstraus, et quasi jam præsentia tantum non in conspectu ponens. Nolle vero de corde suo loqui, sed apportare ad nos Dei verba, prius dilucide nobis persuadet, prophetam seipsum appellans, et gratia ad istud plenum se ostendens.

A « ἐπλήθυνε, » καὶ αὐτὸς λελάληκε πρὸς προφήτας, προαναφαίνων αὐτοῖς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ ἐσόμενα, καὶ ὡς ἤδη παρόντα μονονουχὶ καὶ ἐν ὄψει τιθείς. Ὅτι δὲ οὐ τὰ ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτοῦ λαλεῖν ἔγνωκε, διαπορθμεύσει δὲ μᾶλλον εἰς ἡμᾶς τοὺς παρὰ Θεοῦ λόγους, προαναπείθει σαφῶς, προφήτην ἑαυτὸν ὀνομάσας καὶ τῆς εἰς τοῦτο χάριτος ἀποφαίνων ἔμπλεων.

Vers. 2. *Usquequo, Domine, clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non salvabis?*

Ἕως τίνος, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃ; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις;

III. Considerat propheta personam oppressi, et intolerabilem injuriam contumeliamque sustinentis ab his, quibus incommodare mos solemnis est. Et scite admodum inexplicabilem Dei benignitatem testificatur. Demonstrat enim malorum perquam B tolerantem, quamvis improbos odisse soleat. Peccantibus autem non protinus solere pœnam infligere, clare ostendit, dum eo silentii et longanimitatis venisse ait, ut jam etiam expostulatione opus sit : quandoquidem non ferenda amplius in alios maleficia quidam committant, et in infirmiores effrenate quodammodo injuriosi reperiantur. Qua enim oratione Deum ut immodice patientem incusat, eadem illi immensæ benignitatis testimonium præbet. « Quousque enim, inquit, clamabo, et non exaudies? clamabo ad te vim patiens, et non salvabis? » quamvis longe plurimas et atroces pœnas peccare volentibus miniteris.

Γ'. Σκέπτεται μὲν ὁ προφητης τὸ τοῦ πλεονεκτουμένου πρόσωπον, καὶ ὑπομένοντος δύσοιστον τὴν ἐκ τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων ὕβριν καὶ παροινίαν. Εὐτέχνως δὲ λίαν ἐπιμαρτυρεῖ τῷ Θεῷ τὴν ἐπέκεινα λόγου φιλανθρωπίαν. Ἀποφαίνει γὰρ ἀνεξικακοῦντα λίαν, καίτοι μισεῖν εἰωθότα τοὺς πονηρούς. Ὅτι δὲ οὐκ εὐθὺς τοῖς πταίουσιν ἐπάγει τὰς δίκας, δέδειχεν ἐναργῶς, εἰς τοῦτο σιωπῆς καὶ μακροθυμίας ἀφικέσθαι λέγων, ὡς δεῖσθαι λοιπὸν καὶ καταβοῆς, οἱστὴν μὲν οὐκέτι ποιουμένων τινῶν τὴν καθ' ἑτέρων πλεονεξίαν, ἀχάλινον δὲ ὥσπερ ἐπαφιέντων τοῖς ἀσθενεστέροις τὴν ὕβριν. Δι' ὧν γὰρ καταβοᾷ ἀνεξικακοῦντος Θεοῦ, διὰ τούτων αὐτῶν ἐπιμαρτυρεῖ τῷ Θεῷ τὸ πέρα μέτρον φιλάνθρωπον. « Μέχρι γὰρ τίνος, φησὶ, κεκράξομαι, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; » καίτοι πλείστας τε ὅσας καὶ πικρὰς τοῖς ἐθέλουσι παρανομεῖν ἀπειλῶν τὰς δίκας.

Vers. 3. *Quare ostendisti mihi labores et dolores, videre miseriam et impietatem?*

Ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους, ἐπιβλέπειν ταλαιπωρίαν καὶ ἀσέβειαν;

IV. Odium quo sancti tenentur adversus improbitatem, etiam hinc discas; aliorum enim dolores suos vocant. Quare et sapientissimus Paulus ait : « Quis infirmatur, et non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror [26]? » Præcepit etiam nos ipsos flere cum flentibus, commiserationem et dilectionem mutuam, quæ sanctos decet, liquidissime ostendens [27]. Deum autem sibi ostendisse affirmat labores et dolores, utique legis violatorum, et impietatem injurias irrogare solitorum; non quasi Deus ipsi mala patiendi auctor fuerit, sed quod malefacientes leniter tolerarit, seu cum ipsum e medio tollere potuerit, ne indignissimarum rerum etiam D spectator fieret. Fuit quippe mos sanctis, in tantis animi fracti doloribus dissolvi cupere, sicut nimirum et beatus Jonas : « Et nunc, Domine, inquit, tolle animam meam a me, quoniam melius est mihi mori quam vivere [28]. » **520** Scribit et sapientissimus Paulus, melius sibi fore dissolvi, et cum Christo esse [29]. Labores enim deponere vitæ sanctimoniam consectantibus, est rebus mundi hujus et negotiis absolvi, et tanquam istis curarum molestiis eximi.

Δ'. Τῶν ἁγίων τὸ μισοπόνηρον κἀντεῦθεν ἂν μάθοις· ἰδίους γὰρ τοὺς ἑτέρων πόνους ὀνομάζουσι. Ταὐτηγοί φησι καὶ Παῦλος ὁ σοφώτατος· « Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; » Προστέταχε δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς κλαίειν μετὰ κλαιόντων, τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάλληλον ἁγιοπρεπὲς ὅτι μάλιστα δεικνύς. Θεὸν δέ φησιν αὐτῷ δεῖξαι κόπους τε καὶ πόνους, δῆλον δὲ ὅτι τῶν παρανομουμένων, ἀσέβειαν δὲ τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων, οὐχ ὡς αὐτὸν κατεσκευακότα αὐτῷ τὸ παθεῖν, ἀλλ' ὡς τοῖς δεδρακόσι μακροθυμήσαντα, ἤγουν ὡς ἀπαλλάξαι μὲν τοῦ βίου δυνάμενον, ἵνα μὴ γένηται τῶν ὄντως ἐκτοπωτάτων καὶ θεατής. Ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις ἐν ταῖς οὕτω πικραῖς ὀλιγοψυχίαις τὸ ἀναλῦσαι ζητεῖν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ μακάριος Ἰωνᾶς· « Καὶ νῦν, Κύριε, φησὶ, λαβὲ τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι καλὸν τὸ ἀποθανεῖν με, ἢ ζῆν. » Γράφει δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος, ὅτι « Κρεῖττον τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. » Πόνων γὰρ ἀπόθεσις τοῖς ἁγίως ἐθέλουσι ζῆν, τὸ ἀπαλλάττεσθαι λοιπὸν τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πραγμάτων, καὶ οἷον δεινῆς ἀνεῖσθαι τῆς ἐνθάδε φροντίδος.

Vers. 4. *Ex adverso mei factum est judicium, et judex accipit. Propterea dissipata est lex, et non deducitur in finem judicium. Quia impius prævalet*

Ἐξεναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. Διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρῖμα, ὅτι ἀσεβὴς κατα-

[25] Osee xii, 10. [26] II Cor. xi, 29. [27] Rom. xii, 15. [28] Jon. iv, 3. [29] Philipp. i, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δυναστεύει τὸν δίκαιον· ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρῖμα διεστραμμένον.

Ε'. Ὅτι μηδὲν ἴδιον αὐτῷ τὸ μικροψυχεῖν ἀναπείθων, ἀλύει δὲ μᾶλλον ὡς ἁγιός τε καὶ φιλοδίκαιός τε, τῆς θείας ἐντολῆς ἀλογοῦντας βλέπων, οὐχὶ τοὺς τυχόντας ἁπλῶς, ἀλλὰ τοὺς ταῖς ἀνωτάταις τιμαῖς ἐκλελαμπρυσμένους, καὶ λαῶν προεστηκότας, καὶ εἰς τὸ τῶν δοκιμαζόντων ἀξίωμα τεταγμένους, δείκνυσι σαφῶς, τὰς εἰς ὀρθότητα ψήφους παραλελύσθαι λέγων, καίτοι τοῦ νόμου σαφῶς διηγορευκότος· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστι. » Μέγα δὴ οὖν τὸ κρίνειν ἐστὶ, καὶ τῆς θείας ὑπεροχῆς τε καὶ δόξης μιμητὴς ἂν γένοιτο σοφὸς ὁ ἀδέκαστος δικαστὴς, καὶ τὴν ψῆφον τοῦ δικαίου παρευθύνειν οὐκ ἀνεχόμενος. Ὑβριστὴς δὲ λίαν καὶ κατ' αὐτῶν ἔρχεται τῶν θείων ἀξιωμάτων ὁ δωροδόκος, ἅτε δὴ τὸ κάλλος τῆς ἀληθείας παρασημαίνων, καὶ διαστρέφειν μὲν τὰ ὀρθὰ μεμελετηκὼς, « λέγων δὲ τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, καὶ τὸ μὲν σκότος εἰς φῶς, τὸ δὲ φῶς εἰς σκότος » ἀνοσίως καταλογιζόμενος. Ἀποφαίνει δὴ οὖν ὁ προφήτης, ὡς ἐν μιᾷ δὴ ταύτῃ τῇ παναρίστῃ καὶ λίαν εὐκλεεστάτῃ ἐντολῇ ὅλον πεπατημένον τὸν νόμον εὐθύς. Ὁ γάρ τοι περὶ τὸ κράτιστον τοῦ πρέποντος διημαρτηκὼς, πῶς ἂν γένοιτο περὶ τὸ μεῖον ἀσφαλής; Ἑαυτὸν δὲ τῆς πλεονεξίας ὁ προφήτης εἰσκεκόμικε μάρτυρά τε καὶ θεατήν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ κρίνειν, φησὶν, ὀρθῶς παρεώραται, ταύτῃτοι καὶ νόμος ἀσθενεῖ, καὶ ἡ τῶν κριμάτων ὀρθότης οὐ διεξάγεται κατὰ τὸ σοὶ δοκοῦν τῷ Δεσπότῃ, καταδυναστεύει δὲ καὶ ὁ ἀσεβὴς τὸν δίκαιον. Ἔγκλημα δὲ τοῦτο τῇ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγῇ καὶ διὰ φωνῆς ἑτέρων προφητῶν ἐπενήνεκται παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον. » Καὶ πρὸς αὐτὴν δὲ πάλιν διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες. » Ἔοικε δὲ καὶ νῦν ὁ προφήτης Ἀμβακοὺμ ἐκεῖνο βούλεσθαι πληροῦν, τὸ ἐν βιβλίῳ Παροιμιῶν· « Ἃ εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, λέγε. » Προσαποδείκνυσι λοιπὸν, καὶ ἀλογωτάτης ἐνούσης Θεῷ γαληνότητος ἐποιήσατο τὴν καταβολὴν (1), ἀνεξικακοῦντος μὲν οὕτως ὡς ἂν αὐτῷ πρέποι, Θεὸς γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, πλὴν ὅσον ἥκει εἰς νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ πέρα μέτρου παντὸς ποιουμένου τὸ ἀνεξίκακον.

Ἐκβέβηκε δὲ καὶ ἐπὶ Χριστῷ τὸ κρῖμα διεστραμμένον, καὶ διεσκέδασται νόμος. Ὃν γὰρ ἦν ἄμεινον καταγεραίρειν ὡς Θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο θαυματουργὸν, συκοφαντοῦντες οὐ διαλελοίπασιν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀθυροστομίαις πάντα σείοντες κάλων, οὐδὲν τῶν ἀτόπων ἐστὶν, ὃ μὴ κατειπεῖν τετολμήκασιν· ὡς ποτὲ μὲν ἐν Βεελζεβοὺλ

A *adversus justum, propter hoc egredietur judicium perversum.*

V. Nihil esse quod privatim animum ejus dejiciat, sed mœrere se magis, ut sanctum et justitiæ amantem, cum videat divina mandata contemni, non a plebeiis duntaxat, sed a supremis honoribus illustratis, populique rectoribus, et in judicum ordinem cooptatis, perspicue docet, calculos sive suffragia vera corrupta esse affirmans, tametsi lex aperte prohibuerit : « Non accipies personam in judicio, quia judicium Dei est [20]. » Eximium igitur quiddam est judicare, divinæque præstantiæ et gloriæ sapiens imitator est judex sincerus et incorruptus, et se a suffragatione justitiæ detorqueri non sustinens. Injuriosus autem vehementer et divinæ auctoritati refractarius censendus est, qui munera accipit, utpote veritatis elegantiam adulterans, et recta pervertere laborans, et « dicens malum bonum, et bonum malum, et tenebras lucem, et lucem tenebras [21] » scelerate reputans. Demonstrat igitur propheta, ut in uno hoc longe optimo et gloriosissimo mandato statim totam legem conculcatam esse. Qui enim in officium maximum offendit, quo pacto is a culpa sese tutum in minore præstabit? Jam vero seipsum propheta oppressionis testem spectatoremque introduxit : Quoniam, inquit, recte judicare nihili fit, ideo et lex labefactatur, et judiciorum rectitudo ad beneplacitum tuum, Domine, non deducitur, et impius justo dominatur. Hoc crimen Synagogæ Judæorum etiam per alios prophetas a Deo objicitur. Ait enim : « Principes ejus in muneribus judicabant [22]. » Et ad eamdem denuo voce Isaiæ : « Argentum vestrum reprobum, caupones tui miscent vinum aqua, principes tui inobedientes, socii furum, diligentes munera, **521** sequentes retributionem, pupillis non judicantes, et judicium viduæ non attendentes [23]. » Apparet autem et nunc prophetam Habacuc illud præstare velle quod in libro Proverbiorum exstat : « Quæ viderunt oculi tui, dic [24]. » Ostendit insuper accusabundus lenitatem et tranquillitatem illam Dei rationi adversari permultum, ut qui patienter quidem mala toleret, quemadmodum illum deceat (Deus enim bonus est), verumtamen pro humano sensu supra omnem modum.

Egressum est porro etiam super Christo perversum judicium, et dissipata lex. Quem enim conveniebat venerari ut Deum, et idcirco mirabilium patratorem, primores Judæorum calumniari non destiterunt, linguarumque suarum incontinentia omnem moventes rudentem, omni eum infamia aspergere non erubuerunt ; ut nunc in Beelzebub

[20] Deut. I, 17. [21] Isa. V, 20. [22] Mich. III, 11. [23] Isa. I, 22, 23. [24] Prov. XXV, 8.

(1) Καταβολὴν legit Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.*, II, 524, et paulo ante, εὐλογωτάτης pro ἀλογ. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipsum ejicere dæmonia opinarentur [35], nunc potatorem vini [36], et a dæmone obsessum dicerent [37]. Deinde cum Salvatorem ac Liberatorem omnium appellare oporteret, miseri perverse condemnatum occiderunt, quanquam id lege evidenter vetante : « Innocentem et justum non interficies [38]. » Accusat autem eos etiam alia ratione Christus, ut qui recta et justa cogitare nollent, sed tacerent, mentisque oculum veluti clauderent super iis quæ a Mose dicta essent. Quanquam cum legem Sabbati non servasset, et illi eum acrius invasissent, pro eo quod divinum quiddam in Sabbato egisset, sic eis respondit : « Unum opus feci, et omnes miramini. Propterea Moses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Mose est, sed quia ex patribus. Et in Sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Mosis, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato? Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate [39]. »

ΚΖ'. Ταλανίζει τὸν Βαβυλώνιον πάλιν, ὡς ὑψοῦ μὲν τὴν ἰδίαν αἴροντα δόξαν, καὶ τῆς ἀρχῆς τὸ περιφανὲς, οὐκ ἐξ ὧν ἔδει μᾶλλον, ἀλλ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν, ποιεῖσθαι σπουδάζοντα. Οὐ γὰρ ὅτι πολλοὺς ὠλόθρευσε λαοὺς, διαβόητον εἶναι χρὴ, ἑτέρῳ δὲ μᾶλλον κατασεμνύνεσθαι κόσμῳ, καὶ τοῖς εἰς δίκαιον αὐχήμασιν ὁρᾶσθαι λελαμπρυσμένον. Ἀλλ' ὡς ἀχρεῖον τοῦτο μεθεὶς, ᾠκοδόμησεν αὐτὴν ἐν αἵμασι καὶ ἀδικίαις. Ὅτι γὰρ ὠμοτάτη γέγονεν ἡ Χαλδαίων ὀρχὴ, καὶ ἁπάσαις ἁπλῶς πόλεσί τε καὶ χώραις ἐπιθρώσκουσα θηριοπρεπῶς τὰ πέρα λόγου εἴργασται κακὰ, πᾶσιν ἂν γένοιτο καταφανὲς τοῖς τὴν θείαν ἀνεγνωκόσι Γραφήν. Ἀλλ' οὐ ταῦτά ἐστι παρὰ Κυρίου παντοκράτορος. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὰ τοιάδε τῶν κακῶν ἄνωθεν γεγενῆσθαι λέγειν· ἀλλ' οὐδ' ἂν νοοῖτο θεόσδοτον, τὸ ἔν γε δὴ τούτοις κατασεμνύνεσθαι δεῖν. Ἔσται δὴ οὖν οὐκ ἐρηρεισμένα, μᾶλλον δὲ οὐκ ἔξω δίκης. Ἃ γὰρ οὐκ οἶδεν ἐπαινεῖν ὁ θεῖός τε καὶ ἀκήρατος νοῦς, κολάζει πάντως, ὡς οὐκ ἔχοντα τὸ εἰκός. Πῶς γὰρ οὐκ ἀπῃχὲς καὶ ἀνόσιον παντελῶς, τὸ

A XXVI. Sæpius divina Scriptura anima etiam sensuque carentibus voces affingit; non quasi forte loqui queant, sed quod res ipsæ propemodum clament. Proinde beatus Isaias inquit : « Erubesce, Sidon, ait mare [77]. » Præterea David : « Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum [78]. » Ipsa enim creatura, per quæ beneficiis ab illo ornata mirabilis est, per eadem ipsa benefacientis gloriam prædicat. Quare in rebus quoque voces sunt, **540** quamvis verba non formentur. Simile quid et hic denuo intellige. Lapidem enim ex pariete, et scarabæum e ligno contra Babylonium loqui ait. Quonam autem modo, exponemus. Babylonius Judææ et alias urbes hostiliter adortus, omnes illarum domos succendit. Inde et B lapides dissilire oportebat, et muros labefactari, et cum ipsis ligna, et contignationes propter vetustatem nimiam, parvos scarabæos, seu tineas habentes procumbere. Ideirco futurum narrat, ut crudelitatem ejus clamoribus ipsæ ruinæ insectentur. Hæc autem, ut dixi, erant lapides disjecti, et in medio platearum jacentes, et ligna plane semiusta, et ex ipsa quoque putrefactione urbium antiquitatem testantia. Crimini igitur fuit Babylonio, tam antiquas et vetustissimas urbes incendio delevisse. Destruet etiam domos, earum incolis e medio sublatis. Sciendum porro pro vocabulis κάνθαρος ἐκ ξύλου, *scarabæus e ligno*, ab aliis interpretibus editum esse, ἔνδεσμος ξύλου, *junctura ligni*. Unde cogitare fas, fortasse ædium cinctus et nexus, sive C contrabeationes, ætate illa cantharos fuisse appellatos, quod impositum ipsis tectum quasi multis pedibus sustinerent.

VERS. 12, 13. *Væ qui ædificat civitatem in sanguinibus, et præparat urbem in iniquitatibus ! Non sunt hæc a Domino omnipotente. Et defecerunt populi multi in igne, et gentes multæ coangustatæ sunt.*

XXVII. Adhuc Babylonii miseriam et calamitatem prodit, ut qui gloriam suam extollat, et imperium illustrari contendat, non unde conveniebat, sed unde minime oportebat. Non enim ex pernicie multis importata, fama quærenda; sed aliis potius ornamentis gloriandum, et ex justitia clari nominis petendum decus. Verum ille, hoc ut inutili neglecto, D ædificavit ipsam Babylonem in sanguinibus et iniquitatibus. Chaldæorum namque imperium fuisse immitissimum, omnibusque urbibus et regionibus belluarum in morem irrumpendo quantum verbis loqui nequeas cladium dedisse, nosse possunt omnes, qui divinam Scripturam legerunt. Cæterum hæc non sunt a Domino omnipotente. Non enim fas, non est, inquam, fas, affirmare mala istiusmodi superne contigisse : nec intelligi potest, in hujuscemodi rebus jactantiam a Deo proficisci. Non ergo stabunt, sed corruent. Quæ enim illa **541** divina, et incorrupta mens approbare nescit, ut non consentanea omnino ulciscitur.

[77] Isa. XXIII, 4. [78] Psal. XVIII, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quomodo enim non absurdum et impium plane est, populos multos defecisse in igne, et multas gentes sæpe coangustatas esse, puta inclytas urbes simul cum incolis periisse flammis, et totas gentes cum rectoribus defecisse in malis?

Idem quispiam ipsis quoque Judæorum principibus apposite occinuerit, qui omnes sanctos prophetas necaverunt [79], et Hierosolymæ multum se commodaturos existimarunt, si eam in sanguinibus et violentia in omnes exercenda ædificarent. Alios siquidem injuriose tractarunt, alios lapidarunt, ac tandem ad illa scelera Filii quoque necem, amentiæ suæ legem prætextentes, adjecerunt. Mandatis enim Mosaicis per Christum abrogatis, dolore se cruciari fingebant. Sed eorum zelum Deo displicuisse, nec, ut divinus Paulus ait, « secundum scientiam fuisse [80], » propheta his verbis liquido demonstrat: « Non sunt hæc a Domino omnipotente. » Proinde etiam defecerunt in argento, coangustati sunt, bello ipsos consumente. Evenerunt enim talia Judæorum populis, quia debacchati sunt in Filium, et, ut dicebam, ante ipsum prophetas occiderunt.

ἐκλεῖψαι μὲν ἐν πυρὶ λαοὺς ἱκανοὺς, ἔθνη δὲ ὀλιγοψυχῆσαι πολλάκις, τουτέστι, τὸ λαμπρὰς μὲν καταπρησθῆναι πόλεις ὁμοῦ τοῖς οἰκοῦσιν αὐτὰς, ἔθνη δὲ ὅλα καὶ κεφαλὰς ἀπειπεῖν ἐν κακοῖς;

Τοῦτο δ' ἄν τις εἰκότως καὶ αὐτοῖς ἐπιφωνήσειε τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς, οἳ πάντας μὲν ἀπεκτόνασι τοὺς ἁγίους προφήτας· ᾠοντό γε μὴν οὐ μετρίως ὀνήσειν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οἰκοδομεῖν αὐτὴν ἐν αἵμασι καὶ τῇ κατὰ πάντων πλεονεξίᾳ. Οὓς μὲν γὰρ ὕβρισαν, οὓς δὲ ἀπέκτειναν, οὓς δὲ ἐλίθασαν, καὶ τελευτῶντες τοῖς ἄλλοις προσέθεσαν τὸν Υἱὸν, καὶ πρόφασις αὐτοῖς τῆς ἀπονοίας ὁ νόμος ἦν. Ὑπεπλάττοντο γὰρ τὸ ἐπαλγύνεσθαι δοκεῖν ἀθετουμένῃ παρὰ Χριστοῦ τῇ διὰ Μωσέως ἐντολῇ. Ἀλλ' ὅτι μὲν θεοστυγὴς ὁ ζῆλος αὐτῶν, καὶ « οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, » ὡς γοῦν καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ἀποφήνειεν ἂν εὐκόλως ὁ προφήτης λέγων· « Οὐ ταῦτά ἐστι παρὰ Κυρίου παντοκράτορος. » Τοιγάρτοι καὶ ἐκλελοίπασιν ἐν ἀργυρίῳ, ὠλιγοψύχησαν, δαπανῶντος αὐτοὺς τοῦ πολέμου. Συμβέβηκε γὰρ τὰ τοιάδε τοῖς Ἰουδαίων δήμοις πεπαρῳνηκόσιν εἰς τὸν Υἱὸν, καὶ ἀπεκτονόσιν, ὡς ἔφην, πρὸ αὐτοῦ τοὺς προφήτας.

Verse 14. *Quia repleta est universa terra, ut cognoscat gloriam Domini. Quasi aqua multa operiet eos.*

Ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὴν δόξαν Κυρίου. Ὡς ὕδωρ πολὺ καταλαλύψει αὐτούς.

XXVIII. Discrimen temporum non raro divina Scriptura confundit, et futura ut jam transacta commemorat, id quod etiam hic perspicere datur. Nam cum dicendum fuisset, *implebitur*, dixit, *impleta est*. Quando igitur Babylonem ira cœlestis obruerit, et prædicta hæc omnia in ea per Cyrum et copias ejus patrabuntur, et illa aliquando formidabilis et infracta, et quæ ita in alios semper immanitatem suam exserebat, ut ei vi nulla occurri posset, de cætero miseranda, et sine viribus, et omnimodis deserta, hostiumque scabellum apparuerit, tunc, tunc, inquam, qui sub cœlo est orbis divinam gloriam, qualis et quanta sit intelliget, ejusque cognitione replebitur. Validum quippe, et adeo illustre et terribile et invictum erat Chaldæorum imperium, Deo tolerante, et ipsis largiente, ut Judæa quoque potirentur, et innumera oppida everterent. Postquam autem Deus malis promeritis id involvere constituit, concussum corruit, et in solitudinem datum est. 542 Tale quid de eo Jeremias propheta: « Quomodo confractus et contritus est malleus universæ terræ? Quomodo facta est in perditionem Babylon in gentibus? Invadent te, et capieris, Babylon, et non cognosceris. Inventa es, et capta es, quia Domino restitisti. Aperuit Dominus thesaurum suum, et protulit vasa iræ suæ, quia opus Domino Deo in terra Chaldæorum, quoniam venerunt tempora ejus [81]. » Sciendum, capta Hierosolyma, Christum ad gentes transiisse: unde deinceps totus mundus Dei et Patris gloriam cognovit, hoc est, ipsum, velut torrente terras

ΚΗ'. Ἀδιαφορεῖ πολλάκις περὶ τοὺς χρόνους ἡ θεία Γραφὴ, καὶ τὰ ἐσόμενα τίθησιν, ὡς ἤδη πεπραγμένα. Τοῦτο δὴ οὖν κἀνθάδε γεγονὸς εὑρήσομεν. Δέον γὰρ εἰπεῖν, τὸ *ἐμπλησθήσεται*, τὸ *ἐνεπλήσθη* φησίν. Ὅταν τοίνυν, ἐπιῤῥιφείσης τῇ Βαβυλῶνι τῆς θείας ὀργῆς, ταῦτα ἐν αὐτῇ πάντα γένηται διά τε Κύρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ ἡ πάλαι δεινὴ καὶ ἄθραυστος, καὶ δυσάντητον τοῖς ἄλλοις ἀεὶ κατεξανιστῶσα τὴν ἑαυτῆς ὠμότητα, φαίνηται λοιπὸν οἰκτρά τε καὶ ἄναλκις, καὶ ὁλοτρόπως ἠρημωμένη, καὶ ὑποπόδιον ἐχθρῶν, τότε δὴ, τότε πᾶσα λοιπὸν ἡ ὑπ' οὐρανὸν τὴν θείαν συνήσει δόξαν ὅση τέ ἐστι καὶ ἡλίκη, κατεμπλησθήσεται δὲ τῆς εἰς τοῦτο γνώσεως. Ἐκράτει μὲν γὰρ ἡ Χαλδαίων ἀρχὴ, καὶ ἦν οὕτω περίοπτος, δεινή τε καὶ ἄμαχος ἀνεξικακοῦντος Θεοῦ, καὶ δόντος αὐτῇ τὸ καὶ αὐτῆς κρατῆσαι τῆς Ἰουδαίας, μυρίας τε ὅσας ἐξαναστῆσαι πόλεις. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς αὐτῇ πρέπουσι κακοῖς περιβαλεῖν ἐκἐφατο, κατεσείσθη, καὶ πέπτωκε, καὶ δέδοται πρὸς ἐρήμωσιν. Τοιοῦτόν τί φησι Ἱερεμίας περὶ αὐτῆς· « Πῶς ἐκλάσθη καὶ συνετρίβη ἡ σφῦρα πάσης τῆς γῆς; Πῶς ἐγενήθη εἰς ἀφανισμὸν Βαβυλὼν ἐν ἔθνεσιν; Ἐπιθήσονταί σοι, καὶ ἁλώσῃ, Βαβυλὼν, καὶ οὐ γνώσῃ. Εὑρέθης, καὶ ἐλήφθης, ὅτι τῷ Κυρίῳ ἀντέστης. Ἤνοιξε Κύριος τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, ὅτι ἔργον τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἐν τῇ Χαλδαίων, ὅτι ἐληλύθασιν οἱ καιροὶ αὐτῆς. » Ἰστέον, ὅτι μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πόρθησιν, μεταπεφοίτηκε μὲν ἐπὶ τὰ ἔθνη Χριστὸς, ἔγνω δὲ πᾶσα λοιπὸν ἡ ὑπ' οὐρανὸν τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δόξαν, τουτέστιν αὐτοῦ ὡσανεὶ χειμάῤῥου τὴν γῆν

[79] Matth. xxiii, 31-36. [80] Rom. x, 2. [81] Jerem. l, 23-25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατακλύζοντος. Ποταμοῦ γὰρ δίκην ἐξένευσεν ἐπ' αὐτὴν ὁ Χριστὸς, ὃ καὶ πάλαι ὑπέσχετο, λέγων διὰ προφήτου φωνῆς· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάρρους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν. » Μεμοσχοποιηκότος δὲ κατὰ τὴν ἔρημον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ προσκεκρουκότος ταύτῃ τοι Θεῷ, τὴν διὰ τοῦ Σωτῆρος ἀνάδειξιν, καὶ τῆς δι' αὐτοῦ χάριτος τὸ ἀμφιλαφὲς κατεπηγγέλ[λ]ετο λέγων· « Ἀλλὰ ζῶ ἐγὼ, καὶ ζῶν τὸ ὄνομά μου, καὶ ἐμπλήσει ἡ δόξα Κυρίου πᾶσαν τὴν γῆν. » Μετὰ γὰρ τὰ πάντα Χριστοῦ, ὃς ἐστι δόξα τοῦ Πατρός. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω αὐτό. »

A inundante. Instar fluminis enim Christus eum pervasit, quod et olim promisit per prophetam his verbis : « Ecce ego declinabo ad eos quasi fluvius pacis, et quasi torrens inundans gloriam gentium [82]. » Item postquam Israël in deserto vitulo fabricato Deum offendit [83], Salvatorem adfuturum, et gratiæ copiam per ipsum communicandam promisit dicens : « Verumtamen vivo ego, et vivit nomen meum, et implebit gloria Domini omnem terram [84]. » Cum Christo enim omnia, qui est gloria Patris. Quare etiam dicebat : « Ego te glorificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut facerem illud [85]. »

Ὢ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπῇ θολερᾷ, καὶ μεθύσκων, ὅπως ἐπιβλέπῃ ἐπὶ τὰ σπήλαια αὐτῶν! πλησμονὴν ἀτιμίας ἐκ δόξης πίε.

B

Vers. 15. *Væ qui potat proximum suum subversione turbida, et inebriat, ut aspiciat in speluncas ipsorum : saturitatem ignominiæ de gloria bibe.*

ΚΘ'. Ἐπιφθέγγεται πάλιν τὸ, Ὢ τοῖς Ναβουχοδονόσορ ἀνοσίοις τολμήμασι! προφωνῶν ἃ πείσεται· καὶ ὅτι πικρᾶς ὀδύνης ἔμπλεως ἡ πληγὴ, καὶ διὰ τούτου σημαίνειν ἔοικε, τὴν θολερὰν ὀνομάζων ἀνατροπὴν τὴν ἄκρατον λύπην, ἤγουν αἰκίαν, ἣν καὶ μονονουχὶ ποτίζων τοὺς ἁλισκομένους, ὁρᾶσθαι παρεσκεύαζε διενεγκόντας ὀλίγῳ τῶν ἐν οἴνῳ καὶ μέθαις. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Καθάπερ τι σπήλαιον ἀνοιγνὺς, τὸν ἑκάστου νοῦν τοῖς ἄλλοις ἅπασι καθίστησι διαφανῆ. Πικρὰς γὰρ, ὡς ἔφην, ἐπάγων αἰκίας, τοῖς τῶν εἰλημμένων περιφανεστέροις, ἢ τάχα που καὶ βασιλεῦσιν αὐτοῖς, ὁλοφύρεσθαι παρεσκεύαζε, καὶ τὴν κεκρυμμένην ἔσθ' ὅτε μικροψυχίαν, ἤγουν δειλίαν, ὡς ἐξ ἀφορήτου λοιπὸν ἀνάγκης ἀπογυμνοῦν. Ὁ δὲ ἦν οὕτω δεινός τε καὶ ἀτεράμων, ὡς ἐπαλγύνεσθαι δέον τε καὶ κατοικτείρειν αὐτοὺς, ἐντρυφᾷν ἐπ[ο]ιμώζουσιν, αὖχημά τε τῆς ἰδίας ἀρχῆς ποιεῖσθαι. Τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ποτίζειν τὸν πλησίον ἀνατροπὴν θολερὰν, ὅπως ἂν ἐπιβλέπῃ ἐπὶ τὰ σπήλαια αὐτῶν, τουτέστι, τὰ κεκρυμμένα καὶ λεληθότως ἐνόντα τισίν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀκράτοις ἐχρῆτο θυμοῖς, καὶ φειδοῦς ἁπάσης ἐξῃρημένης, μικροὺς καὶ μεγάλους, καὶ λαμπροὺς καὶ ἀσήμους ταῖς ἀνηκέστοις περιβέβληκε συμφοραῖς, ταύτῃ φησὶν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης· « Πλησμονὴν ἀτιμίας ἐκ δόξης πίε· » τουτέστιν, ἤσθα μὲν γὰρ διαβόητός τε καὶ εὐκλεὴς, καὶ περίοπτος τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ ἐξ ὠμότητος γνωριμώτατος· ἀλλ' ἔσῃ λοιπὸν ἠτιμωμένος, καὶ τῇ τῆς εὐκλείας ὑπεροχῇ τὴν ἰδίαν ἀναπλήσεις δίκην.

XXIX. Acclamat rursum, Væ impiis Nabuchodonosoris facinoribus! prænuntians quæ passurus sit ; et acerbo dolore plenam fore plagam, etiam hinc videtur monere, quod turbidam subversionem nominat immodicam ægritudinem, sive injuriam qua tantum non potans captivos, paulum a vinolentis et ebriis, ut differre viderentur effecit. Et quid inde? Sicut speluncam aliquam aperiens, uniuscujusque mentem cæteris omnibus pandit. Diras enim, sicut dixi, injurias insignioribus captivorum, aut fortasse etiam regibus ipsis inferens, ad lamenta, et ad occultam aliquando pusillanimitatem, sive timiditatem, ex intolerabili necessitate C nudandam, ac patefaciendam commovit. Adeo autem atrox, et immitis erat, ut cum eorum vicem miserans dolere deberet, voluptatem ex gemitu et lamentis ipsorum caperet, idque suo imperio laudi et gloriæ duceret. Hoc, opinor, est proximum potare subversione turbida, ut aspiciat in speluncas ipsorum : **543** hoc est, abscondita, et in quorumdam animi recessibus latentia. Quoniam igitur intemperanti furore, sine ulla moderatione parvos et magnos, claros et obscuros, calamitatibus indignissimis implicuit, ideo inquit universorum Dominus : « Saturitatem ignominiæ de gloria bibe : » hoc est, eras tu quidem celebratus et gloriosus et inclytus apud omnes ubique, et ex feritate notissimus : sed D eris in posterum despicabilis, et exsuperans ignominia quam debet pœnam implebit.

Πρέποι δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐπ' αὐτῶν, εἴπερ ἑλοιτό τις, τῶν ἀνοσίων Φαρισαίων ἀληθὲς εἶναι λέγειν. Πεποτίκασι γὰρ τὸν πλησίον ἀνατροπὴν θολερὰν, ταύτην δὲ εἶναί φαμεν τὴν αὐτῶν διδασκαλίαν, τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐντάλματα, πρός γε δὴ τούτοις τὴν κατὰ Χριστοῦ μανίαν, καὶ τὰ τῆς ἀθυροστομίας ἐγκλήματα. Ὁ μὲν γὰρ ἐκάλει πρὸς ζωὴν, οἱ δὲ εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀπονοίας, ὥστε καὶ φάναι τοῖς ἀκροωμένοις· « Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται, τί ἀκούετε αὐτοῦ; » Ἕδρων δὲ τοῦτο, ἵνα τὸν τῆς σω-

Conveniet hoc etiam, si quis de impiis Pharisæis verum esse dicere voluerit. Potaverunt enim proximum subversione turbida, quam ipsorum doctrinam et mandata hominum [86], et insuper contra Christum insaniam, et linguæ eorum petulantiam esse autumamus. Ille namque ad vitam vocabat : hi eo vecordiæ venerant, ut etiam ipsum audientibus dicerent : « Dæmonium habet, et insanit, quid eum auditis [87] ? » Quod faciebant, ut salutarem sermonem, qui mentem illuminat, aspernati,

[82] Isa. LXVI, 12. [83] Exod. XXXII, 1 seqq. [84] Num. XIV, 21. [85] Joan. XVII, 4. [86] Matth. XV, 9. [87] Joan. X, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ipsorum speluncas aspicerent, id est, tenebrosa, luce carentia, et mortua dogmata. Proinde in saturitatem ignominiæ, quanquam olim illustres, et non vulgari gloria cumulati, ceciderunt. Præibant enim pastoribus, erantque et sacerdotes et judices.

Eadem in dogmatum impiorum inventores quadrabunt, qui revera proximum subversione turbida potant, venenum fallaciæ et deceptionis simplicium animis infundentes, ut speluncas ipsorum aspiciant. Tenebrosa enim est eorum mens, plena doli, vere caligine diabolica referta, et, ut arbitror, nihil a speluncis, mortuorum cadaveribus et omni fetore immunditiaque repletis discrepans.

Ad accuratiorem autem verborum propositorum declarationem et illud dicendum opinor. Narrant Hebræi, per manus quasi traditum esse, Nabuchodonosorem, Judæa et cæteris omnibus regionibus sub jugum redactis, et in regnum suum gentium principibus abductis, aliquando potiones confecisse, deinde captivos introduxisse, et curiose illo potu inebriatos, ad saltationem impulisse. Qui cum corporum illa agitatione lassati caderent, partesque secretiores interdum nudatas ostenderent, arrisisse, et inde sibi ludum, jocumque fecisse. **544** Hæc inquiunt scite speluncas vocatas esse. Nec probabilitate caret quod affertur. Nam alii interpretes pro speluncis ediderunt γύμνωσιν, *nudationem*, ut hæc subsit sententia : « Væ qui potat proximum suum subversione turbida, et inebriat ut aspiciat nudationem, seu nuditatem ejus [88]. »

VERS. 16, 17. *Et tu, cor, commovere, et concutere. Circumdedit te calix dexteræ Domini, et congregata est ignominia super gloriam tuam. Quia impietas Libani operiet te, et miseria bestiarum terrebit te, propter sanguines hominum, et impietates terræ, et civitatis, et omnium habitantium eam.*

XXX. Superborum animis semper nescio quomodo inest, et mire innatus cernitur stupor maximus. Ac præterquam quod felicitatem partam sibi perennem fore opinantur, exspectationem mutationis rerum in deterius admodum generose quadammodo, et penitus profligant. Quale est, quod per os Davidis tanquam ex persona vitam voluptuariam et deliciosam viventium profertur: « Ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in æternum [89]. » Superbia igitur maxima ægrotum Babylonium, et propemodum nihil dolentem, et immobilem increpat his verbis : « Et tu, cor, concutere : » hoc est, ne te in prosperitatibus inconcussis firmatum putes; de cætero cogitationes tristes suscipe : quæ futura sunt intellige, et experientiæ cede, tametsi antequam experirere, ne pauxillum saltem

τηρίας ἀποσειόμενοι λόγον, τὸν καταλαμπρύνοντα νοῦν, εἰς τὰ αὐτῶν ἐπιβλέπωσι σπήλαια, τουτέστιν, εἰς τὰ σκοτεινὰ, καὶ ἀφεγγῆ, καὶ τεθνηκότα διδάγματα. Τοιγάρτοι πεπτώκασι εἰς πλησμονὴν ἀτιμίας, καίτοι πάλαι λαμπροί τε ὄντες καὶ δόξης εἴσω βεβηκότες οὐ μικρᾶς. Καθηγοῦντο γὰρ ποιμένων, ἦσαν δὲ καὶ ἱερεῖς καὶ κριταί.

Ἁρμόσαι δ' ἂν ὁ τοιόσδε λόγος καὶ τοῖς τῶν ἀνοσίων δογμάτων εὑρεταῖς, οἱ ποτίζουσι κατὰ τὸ ἀληθὲς τὸν πλησίον ἀνατροπῇ θολερᾷ, τὸν τῆς ἀπάτης ἰὸν ταῖς τῶν ἁπλουστέρων ψυχαῖς ἐπιχέοντες, ἵνα δὴ καὶ ἐπιβλέπωσιν ἐπὶ τὰ σπήλαια αὐτῶν. Σκοτεινὸς γὰρ ὁ ἐκείνων νοῦς, ἀπάτης ἔμπλεως, ἀχλύος διαβολικῆς ἐπίμεστος ἀληθῶς, καὶ σπηλαίων, οἶμαι, διενεγκὼν κατ' οὐδὲν, ἃ νεκρῶν ἐστι σωμάτων ἔμπλεα, καὶ δυσωδίας ἁπάσης καὶ ἀκαθαρσίας.

Χρῆναι δὲ, οἶμαι, πρὸς διασάφησιν τῶν προκειμένων ἀκριβεστέραν κακεῖνο εἰπεῖν· Ἑβραῖοί φασιν (ὡς ἐκ παραδόσεως δὲ πάλιν ὁ λόγος), ὅτι νικήσας τήν τε Ἰουδαίαν καὶ ἁπάσας δὲ τὰς ἄλλας χώρας ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἀποκομίσας εἰς τὴν ἑαυτοῦ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένους, ἐποιεῖτο πότους κατὰ καιρούς. Εἶτα τοὺς ἀλόντας εἰσφέρων, καὶ περιέργως πόμασι καταμεθύσκων αὐτοὺς, ὀρχεῖσθαι παρεσκεύαζε. Σειομένοις δὲ, καὶ διαπίπτουσι, καὶ ἀπογυμνουμένοις ἔσθ' ὅτε τὰ κεκρυμμένα τοῦ σώματος μέρη δεικνύουσιν, ἐπιμειδῶν τρυφὴν ἐποιεῖτο τὸ χρῆμα, καὶ πρόφασιν εὐθυμίας. Ταῦτά φασιν ὠνομάσθαι εὐφυῶς σπήλαια. Ἔχει δέ πως καὶ τὸ εἰκὸς ὁ λόγος. Ἐκδεδώκασι γὰρ οἱ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν ἀντὶ τῶν σπηλαίων, τὴν *γύμνωσιν*, ἵν' ᾖ τοιοῦτο τὸ λεγόμενον· Οὐαὶ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπῇ θολερᾷ, καὶ μεθύσκων, ὅπως ἐπιβλέψῃ ἐπὶ τὴν γύμνωσιν αὐτοῦ!

Καὶ σὺ, καρδία, σαλεύθητι καὶ σείσθητι. Ἐκύκλωσεν ἐπὶ σὲ ποτήριον δεξιᾶς Κυρίου, καὶ συνήχθη ἀτιμία ἐπὶ τὴν δόξαν σου. Διότι ἀσέβεια τοῦ Λιβάνου καλύψει σε, καὶ ταλαιπωρία θηρίων πτοήσει σε, δι' αἵματα ἀνθρώπων, καὶ ἀσεβείας γῆς, καὶ πόλεως, καὶ πάντων τῶν κατοικούντων αὐτήν

Λ'. Ἔνεστί πως ἀεὶ καὶ προσπεφυκὸς ὁρᾶται δεινῶς ταῖς ἀλαζόνων ψυχαῖς, καὶ τὸ πλείστην ὅσην εἰς νοῦν ἔχειν ἀναισθησίαν. Καὶ μέντοι πρὸς τῷδε τὸ οἴεσθαι κατὰ σφᾶς ἀκράδαντον ἕξειν τῆς εὐημερίας τὴν μέθεξιν, ἀποσείονταί τε ὥσπερ, καὶ σφόδρα γενικῶς, τὸ προσδοκᾶν ὅλως ἔσεσθαί ποτε τὴν ἐπὶ τὰ χείρω τῶν πραγμάτων μεταδρομήν. Ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ ὡς ἐκ προσώπου λεγόμενον τῶν ἐν εὐπαθείαις ὄντων καὶ τρυφαῖς· « Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνείᾳ μου· Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἠρώτηκότι δὴ οὖν ἐκ πολλῆς ἄγαν ὑπεροψίας τῷ Βαβυλωνίῳ, καὶ ἀναλγήτῳ μονονουχὶ, καὶ ἐπιπλήττει λοιπὸν ὡς ἀτέγκτῳ, λέγων· « Καὶ σὺ, καρδία, σείσθητι· » τουτέστι, μὴ ἐν ἀκλονήτοις εὐημερίαις ἐρηρεῖσθαι νομίσῃς, εἰσδέχου λοιπὸν τὰς περὶ τῶν λυπούντων, ἐν αἰσθήσει τῶν συμβησομένων γενοῦ, καὶ παραχώρει

[88] Habac. II, 15, sec. Vulg. [89] Psal. XXIX, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τῇ πείρᾳ, καίτοι πρὸ[ς] αὐτῆς οὐδ' ὅσον εἰπεῖν κἂν γοῦν ἐν ψιλαῖς ἐπινοίαις ἀξιώσας ἐλεῖν, ὅτι γενήσῃ ποτὲ καὶ αὐτὸς ἐν σκυθρωποῖς, καὶ τοῖς ἀνιᾷν οὐ μετρίως πεφυκόσιν ἡ σὴ περιπεσεῖται καρδία. Τί δὴ οὖν ἄρα τὸ σαλεῦον αὐτὴν, καὶ καταδονοῦν εἰς λύπας; « Ἐκύκλωσεν ἐπὶ σὲ ποτήριον δεξιᾶς Κυρίου, καὶ συνήχθη ἀτιμία ἐπὶ τὴν δόξαν σου. » Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἐπότιζες τὸν πλησίον ἀνατροπῇ θολερᾷ, τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ ἐκ θείας ὀργῆς ἐπενεχθησόμενα πεπωκὼς, βδελυρὸς ἔσῃ παρὰ πᾶσι καὶ ἠτιμωμένος, οἰκτρός τε καὶ κατερρίμμένος, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης εὐκλείας ὁλοτρόπως ἠττώμενος. Δεξιὰν δὲ Κυρίου τὸ ποτήριον εἶναι λέγων ὁ μακάριος προφήτης, οἷον ἀναπείθει φρονεῖν, ὡς οὐκ ἐνδέχοιτο μὴ πιεῖν αὐτὸ, Θεοῦ προσκομίζοντος. Ἔδει γὰρ πάντως ἀνατλῆναι τὰ ἐξ ὀργῆς. « Ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ ᾗ φησιν ὁ προφήτης, « Τὴν χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » Ἀνθ' ὅτου δὲ δὴ τὰ τοιάδε συμβήσεται, διατρανοῖ, λέγων· « Ὅτι ἀσέβεια τοῦ Λιβάνου καλύψει σε, καὶ ταλαιπωρία θηρίων πτοήσει σε. » Καὶ Λίβανος μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Φοινίκης, τῶν ὅτι μάλιστα διαφανεστάτων, εὔξυλόν τε καὶ εὐῶδες ὡς λιβανοφόρον, παρεικάζει δὲ αὐτὸν τὸν Ἰσραὴλ ἔσθ' ὅτε τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, διά τοι τὸ πολλαῖς ἁγίαις ἐπισεμνύνεσθαι κεφαλαῖς, ὑψοῦ τε ἠρμέναις, καὶ φρονούσαις τὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας κάλλει περιβυθισμέναις. Τούτων διαμέμνηται καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, οὕτω λέγων πρὸς Θεόν· « Αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσας, ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσι. » Κέδρου γὰρ δίκην τῶν ἁγίων ἕκαστος, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, αἴρεται ὑψοῦ, τῷ μὴ φρονεῖν ἀνέχεσθαι τὰ κατερρίμμενα, τουτέστι, τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ οἷον σκέπη γίνεται τοῖς ἑτέροις, στρουθίων δίκην δεχόμενος τοὺς ὑπ' αὐτῷ μαθητεύεσθαι βουλομένους. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐκπεπόρθηκε μὲν ὁ Χαλδαῖος τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἠσέβησε δὲ καὶ προσκέκρουκε τῷ Θεῷ, προσεμπρήσας τῇ πόλει τὸν θεῖον ναὸν, ἧλω δὲ καὶ αὐτὰ τὰ περίπυστα ἅγια, ταύτῃτοί φησι καλύψειν αὐτὸν τὴν ἀσέβειαν τὴν κατὰ Λιβάνου γεγενημένην. Λίβανον δὲ, ὡς ἔφη[ν], ἢ τὴν Ἰουδαίαν ἤγουν τὰ Ἱεροσόλυμα καλεῖ· οἰκηθείη δ' ἄν τις καὶ αὐτὸν ἴσως τὸν νεὼν πολὺ τὸ εὔωδες ἔχοντα, καὶ ταῖς τῶν ἱερέων καθάπερ τισὶ κέδροις κομῶντα κεφαλαῖς. Τίνα δὲ τρόπον αὐτὸν ἡ τοῦ Λιβάνου καλύψειν ἔμελλεν ἀσέβεια, παρέδειξε, προστιθείς· « Ὅτι ταλαιπωρία θηρίων πτοήσει σε. » Ἔοικε δὲ πάλιν ἀποκαλεῖν θῆρας τοὺς Κύρῳ συνωπλισμένους Πέρσας τε καὶ Μήδους, ὡς πολὺ τὸ ἀτίθασσον ἔχοντας, καὶ εἰς ὠμότητα τεθηγμένους. Ὅτι δὲ κολάζει Θεὸς οὐ μάτην, ἀλλ' οἷς ἂν τις δράσειε τὰς ἰσορρόπους ἐπάγει ποινὰς, ἀσεβείας τῆς πόλεως, καὶ πάντων τῶν κατοικούντων αὐτήν. »

Ἀκούσεται δὲ καὶ τῶν Φαρισαίων ἕκαστος, οἳ καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ μιαιφονίας γεγόνασιν εὑρεταὶ, καὶ συνθέτα[ι]· « Καὶ σὺ, καρδία, σαλεύθητι καὶ σείσθητι. Ἐκύκλωσε αὐτοὺς ποτήριον δεξιᾶς Κυρίου, συνήχθη δὲ καὶ ἀτιμία ἐπὶ τὴν δόξαν αὐτῶν. » Καταπεπώκασι

A cogitare tantummodo voluisti, te quoque aliquando conditione mœsta futurum, et cor tuum molestiis non mediocribus conflictaturum. Quid ergo est, quod illud agitat, et tristitia concutit? « Circumdedit te calix dexteræ Domini, et congregata est ignominia super gloriam tuam. » Sicut enim tu potasti proximum eversione turbida, eodem modo cum ab irato Deo: tibi infligenda biberis, exsecrationi et dispicatui eris apud omnes, miserabilisque et abjectus, et veteris illius gloriæ omnino exsors. Dexteræ autem Domini calicem esse dicens, beatus propheta vere cogitandum subjicit, non posse non bibi, cum ipsum Deus ingerat. Prorsus enim ab ira Dei irrogata perpeti necesse est. « Si enim clauserit contra hominem, quis aperiet? » ut B scriptum est [90]: 545 et ut ait propheta: « Manum excelsam quis avertet [91]? » Quamobrem autem talia eventura sint, exponit: « Quia, inquit, impietas Libani operiet te, et miseria bestiarum terrebit te. » Ac Libanus quidem mons est Phœnices maxime conspicuus, arboribus frequens, et suavem odorem spirans, utpote thurifer, quem nonnunquam sacræ Litteræ Israeli comparant, quod multis sanctis capitibus in sublime tendentibus, et cœlestia cogitantibus, et pietatis pulchritudine undique coopertis gloriaretur. Horum et beatus David meminit, sic Deum alloquens: « Cedri Libani quas plantasti, illic passeres nidificabunt [92]. » Instar cedri namque sanctorum quilibet, ut modo C dixi, sublime assurgit, dum humilia, hoc est, terrena sapere dedignatur, et velut tegumentum fit aliis, tanquam passeres suscipiens, qui ab eo erudiri desiderant. Quare postquam Chaldæus Hierosolymam vastavit, impie egit, et cum urbe templo quoque incenso, Deum offendit, et sancta ipsa celebrata diripuit [93], hac de causa impietatem in Libanum commissam ipsum operturam dicit. Libanum porro, uti monui, aut Judæam, aut Hierosolymam appellat; quin etiam, ut quis putaverit, ipsum templum suaveolentiæ plenum, et sacerdotum capitibus quasi quibusdam cedris comans ac refertum. Quonam autem modo impietas Libani ipsum operturа sit, enucleat, dum addit: « Miseria bestiarum terrebit te. » Videtur hic rursum nominare feras, D Cyri exercitum, Persas et Medos, ut indomitos admodum, et ad sævitiam incitatos. Deum autem non temere punire, sed quæ quis commiserit, iis pares pœnas imponere ostendit, subjiciens: « Propter sanguines hominum, et impietates terræ, et urbis, et omnium habitantium eam. »

Etiam quilibet Pharisæorum, qui necis Christi auctores et architecti fuerunt, audiet: « Et tu, cor, commovere et concutere. Circumdedit eos calix dexteræ Domini, et congregata est ignominia super gloriam eorum. » Iram siquidem Dei, quam

[90] Job xii, 14; Isa. xxii, 22. [91] Isa. xiv, 27. [92] Psal. ciii, 17. [93] Jerem. lii, 13 seqq.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

senserunt, ut exitiabile poculum hauserunt, contemptique et ab omni gloria quam remotissimi evaserunt. Nam et hi adversus Libanum sese impios præstiterunt; quo nomine Ecclesiam revera fragrantem intelligas censeo, montem in conspectu omnium, et omnibus ubique gentium notissimum. Persecuti sunt autem Ecclesiam **546** post crucem Salvatoris. Proinde etiam territi sunt velut a bestiis, a quibus vastitatem pertulerunt; cumque multorum sanguinum essent rei, sanctorum prophetarum puta, illis nihilominus credentium in Christum sanguines adjecerunt, quorum primus fuit beatus Stephanus [94], qui se ut præclaras primitias exhibuit.

γὰρ ὡς ὀλέθρου ποτήριον τὴν ἐπισυμβᾶσαν αὐτοῖς ὀργὴν, ἄτιμοί τε γεγόνασι, καὶ ἁπάσης εὐκλείας ὡς ἀπωτάτω. Ἠσέβησαν γὰρ καὶ οὗτοι κατὰ τοῦ Λιβάνου· Λίβανον δὲ νοήσεις τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἀληθῶς εὐώδη, τὸ ὄρος τὸ διαφανὲς, καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ γνωριμώτατον. Ἐδίωξαν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν μετὰ τοῦ Σωτῆρος σταυρόν. Τοιγάρτοι καὶ κατεπτόηνται καθάπερ ὑπὸ θηρίων τῶν πεπορθηκότων αὐτοὺς, καὶ πολλοῖς αἵμασι γεγονότες ἔνοχοι τοῖς τῶν ἁγίων προφητῶν, προσέθηκαν τούτοις καὶ τὰ τῶν πεπιστευκότων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὧν ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ μακάριος Στέφανος, πρωτόλειον κόσμιον ὥσπερ τι καὶ ἀπαρχὴ δεδειγμένος.

Vers. 18. *Quid prodest sculptile, quod sculpserunt illud? Formavit illud conflatile, imaginationem falsam, quia confidit fictor in figmento suo, ut faciat idola muta.*

Τί ὠφελεῖ γλυπτὸν, ὅτι ἔγλυψαν αὐτό; Ἔπλασεν αὐτὸ χώνευμα, φαντασίαν ψευδῆ, ὅτι πέποιθεν ὁ πλάσας ἐπὶ τὸ πλάσμα αὐτοῦ, ποιῆσαι εἴδωλα κωφά.

XXXI. Ordo verborum hic erit: « Quid enim prodest, inquit, sculptile, quia sculpserunt illud? » Quid vero juvat fictorem figmentum suum, quia confidit in eo? Quid sibi in his velit propheta, exponemus, quantum in nobis est. Ubi Cyrus et Medi Babylonium invaserunt, et bellum circumquaque fama divulgavit, magi deos commentitios auxilium urbi in periculum adductæ poscebant, sacrificiaque, et libamina sensus expertibus, tota salutis spe in ipsis collocata, offerebant. Sed erant nugæ illa, et ludibrium, deceptio, consilium futile, et præterea nihil. Capta enim et excisa est, quod nunquam fore putaverat. Itaque universorum Deus perperam factorum commentationem, et spem in rebus inanimis repositam irridet. Quid enim prodest, inquit, sculptile, cum aliud nihil sit, nisi imago falsa, veritatis nihil habens? Divina enim virtus quomodo tandem, aut unde, humana manu fictis inesse credi possit? Vanum est igitur in ipsis confidere, et sine dubio res ridicula apud eos, qui virili et vigilanti sunt judicio. Existimat autem quispiam, aliter hæc verba posse declarari. Captis urbibus, et, ut breviter dicam, regionibus vastitudine deformatis, Babylonius impotenter, perfractis omnibus repagulis, spiritus sublimes concipit, induens superbiam, et Dei gloria miser caput suum cingens, decernit statuam auream, id quod divinus Daniel propheta scriptum reliquit, quam a tribubus et linguis adorari jussit, recusantibus supplicio mortis proposito [95]. Quæ ergo hinc utilitas? dic, inquit. Qui enim si etiam Deum rebatur, nunc miseriis omnibus circumseptus, et in calamitates inexplicabiles devolutus est.

ΛΑ'. Ἡ μὲν οὖν θέσις τοῦ ῥητοῦ διὰ τοῦτον ἔσται τὸν τρόπον. « Τί γὰρ ὠφελεῖ, φησὶ, τὸ γλυπτὸν, ὅτι ἔγλυψαν αὐτό; » Τί δὲ ὠφελεῖ ὁ πλάσας ἐπὶ τὸ πλάσμα αὐτοῦ, ὅτι πέποιθεν ἐπ' αὐτῷ; Τίς δὲ δὴ πάλιν ὁ τοῦ προφήτου σκοπὸς; ἐροῦμεν ὡς ἔνι. Κύρου καὶ Μήδων κατὰ τῆς Βαβυλῶνος ἐμβεβληκότων, καὶ τοῦ πολέμου λοιπὸν περιηγγελμένου, οἱ μάγοι τοὺς ψευδωνύμους ἐκάλουν θεοὺς εἰς ἐπικουρίαν κινδυνευούσῃ τῇ πόλει, θυσίας τε καὶ σπονδὰς τοῖς ἀναισθήτοις προσῆγον, ὅλην ἐπ' αὐτοῖς τοῦ σώζεσθαι θέμενοι τὴν ἐλπίδα. Ἀλλ' ἦν ὕθλος ἐκεῖνα, καὶ φενακισμὸς, ἀπάτη, καὶ κενοβουλία, καὶ ἕτερον οὐδέν. Ἦλω γὰρ, καὶ πεπόρθηται, καὶ τοῦτο παθεῖν οὐκ οἰηθεῖσά ποτε. Διαγελᾷ τοιγαροῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν πεπλημμεληκότων τὴν σκέψιν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀψύχοις ἐλπίδα. Τί γὰρ ὠφελεῖ, φησὶ, τὸ γλυπτὸν, ἕτερον οὐδὲν ὑπάρχον ἢ φαντασία ψευδὴς, οὐδὲν ἔχουσα τὸ ἀληθές; Θεία γὰρ ὅλως δύναμις πῶς ἂν ἦ πόθεν εἶναι πιστεύοιτο τοῖς ἐξ ἀνθρωπίνων χειρῶν πεπλαστουργημένοις; Εἰκαῖον οὖν ἄρα τὸ ἐπ' αὐτοῖς πεποιθέναι, καὶ καταγέλαστον ἀληθῶς τὸ χρῆμά ἐστι παρά γε τοῖς ἐῤῥωμένην ἔχουσι τὴν φρένα καὶ διεγηγερμένην. Δοκεῖ δέ τις καὶ καθ' ἕτερον τὴν αὐτῶν προκειμένων δύναμιν ἀναπτύξαι. Ἡρηκὼς γὰρ τὰς πόλεις ὁ Βαβυλώνιος, καὶ πάσας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀναστήσας τὰς χώρας, ἀπονένευκεν ἀσχέτως εἰς τὸ ὑψοῦ καὶ ἀχάλινον· ἐνόσει λοιπὸν τὴν ὑπεροψίαν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ὁ δείλαιος τῇ οἰκείᾳ περιτιθεὶς κεφαλῇ, γράφει μὲν εἰκόνα χρυσῆν, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος προφήτης γέγραφε Δανιήλ· Εἶτα προσκυνεῖν ἐκέλευσεν αὐτῇ φυλάς τε καὶ γλώττας, καὶ τοῖς τοῦτο δρᾷν οὐκ ἀνεχομένοις θάνατος ἦν ἡ δίκη. Τί τοίνυν τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος; εἰπὲ, φησί. Ὁ γὰρ οἰηθεὶς εἶναι καὶ Θεὸς, εἰς λῆξιν ἤδη ἐλήλακε τοῦ παντὸς κακοῦ, καὶ ταῖς ἐπέκεινα λόγου πέπτωκε συμφοραῖς.

547 Vers. 19, 20. *Væ qui dicit ligno: Evigila, surge; et lapidi: Elevare: et ipsum est imaginatio. Et hoc est productio auri et argenti, et omnis spiri-*

Οὐαὶ ὁ λέγων τῷ ξύλῳ· Ἔκνηψον, ἐξεγέρθητι καὶ τῷ λίθῳ· Ὑψώθητι! καὶ αὐτό ἐστι φαντασία. Τοῦτο δέ ἐστιν ἔλασμα χρυσίου, καὶ

[94] Act. VI, VII. [95] Dan. III, 4 seqq.

ἀργυρίου, καὶ πᾶν πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.

ΑΒ'. Ἕπεται πάλιν, ὡς ἔφην ἀρτίως, τῶν προκειμένων ἡ δύναμις. Ταλανίζει γὰρ εἰκότως τοὺς πεπλανημένους, οἳ τὸν ἕνα τε καὶ φύσει ἀληθῶς καταλελοιπότες Θεὸν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐλαβείας παρεκθέοντες τὴν ὁδὸν, ἴενται πρὸς ἀπώλειαν, ξύλῳ μὲν ἐπιφωνοῦντες· « Ἔκνηψον, ἐγέρθητι· » λίθῳ δὲ ἀβούλως· « Ὕψώθητι. » Ἔθος γὰρ τοῖς πεπλανημένοις, εἴ δή τις αὐτοὺς καταπτοήσειε φόβος, ἀνάπτειν βωμοὺς, ἀνοιγνύναι τεμένη, καὶ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις ἐπιφωνεῖν· Ἐλεήσατε, σώσατε· ὑψώθητι καὶ σὺ, λίθε, προασπίζων, ὡς θεὸς, τῶν τὰ αὰ σεβόντων κράτη, καὶ σὲ προσκυνεῖν ἠρημένων. Οὐαὶ δὴ οὖν τοῖς τοιούτοις εἰκότως, τοῖς ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένοις, τοῖς οὐκ ἔχουσι πνεῦμα προσκειμένοις, καὶ τὰς τοιαύτας λέγουσι φωνὰς, ἃς ἦν δήπου Θεῷ λέγειν ἄμεινον, τῷ κατοικοῦντι τὸν οὐρανὸν, καὶ ναὸν ἴδιον ἔχοντι τὴν ἄνω πόλιν. Ἅγιος γὰρ ἐν ἁγίοις κατοικεῖ, καὶ τοῖς σεβομένοις αὐτὸν ἐναυλίζεται. Χρήσιμον δέ τι καὶ ἀναγκαῖον ὁ προφήτης ἡμῖν ἐπιφθέγγεται τὸ, « Εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. » Προσκυνητέον γὰρ τοῖς γε ἀληθῶς ἀρτιφρονοῦσιν ἕνα τὸν φύσει καὶ ἀληθῆ Θεὸν, καὶ αὐτῷ τὸ σέβας ἀνάψει πᾶς σοφὸς, αὐτῷ προσοίσει τὰς ἱκετείας, παρ' αὐτῷ ζητήσει τὸ σώζεσθαι, αὐτὸν ὁμολογήσει δημιουργὸν, Δεσπότην τῶν ὅλων, Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, πανσθενῆ, πάναγνον, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων μετασκευάζοντα φύσεις, ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο κατὰ καιροὺς καὶ ἰδίοις νεύμασι τὸ πᾶν διιθύνοντα.

tus non est in eo. Dominus autem in templo sancto suo. Revereatur a facie ejus omnis terra.

XXXII. Consequentem superiori explicationi sensum hæc verba continent. Errore enim circumventos merito deplorat, qui uno, et vere, et natura Deo relicto, atque a via cultus ac timoris ejus digressi, in perditionem præcipitent, ligno quidem acclamantes : « Expergiscere, exsurge ; » lapidi autem stulte : « Elevare. » Solent enim seducti, si quis eos timor consternaverit, tangere aras, aperire delubra, et idola anima carentia compellare : Miseremini, salvate : elevare et tu, lapis, tanquam deus, tuam potentiam venerantes, et adorare non detrectantes protege. Væ igitur jure talibus, qui ex auro et argento factis, spiritum non habentibus advoluti, ejusmodi voces promunt, quas utique præstaret Deo habitanti cœlum, et templum suum supernam civitatem habenti, promere. Sanctus enim in sanctis habitat, et a quibus colitur, eos incolit. Utile porro et necessarium quiddam propheta nobis occinit, videlicet, « Revereatur a facie ejus omnis terra. » Quibus enim sana mens, illi unum, natura et vere Deum adorandum censent, cui quivis sapiens cultum adhibebit, ei supplex erit, apud eum salutem quæret : ipsum opificem, omnium Dominum, Salvatorem et Redemptorem, fortissimum, purissimum, naturas rerum ut voluerit interdum immutantem, et nutibus suis universitatem hanc gubernantem confitebitur.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Εἰς τὴν ᾠδὴν, ἐξήγησις τοῦ αὐτοῦ.

ΑΓ'. Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐν τῇ Βαβυλῶνι λόγον, καὶ ὅτι πικρὰς ἀποτίσουσι δίκας οἱ καταδηώσαντες μὲν τὴν ἁγίαν πόλιν, ἀποκομίσαντες δὲ τὸν Ἰσραὴλ αἰχμάλωτον διαρκέστατα προαναπεφωνηκὼς, εὐαφόρμως ἔρχεται πρὸς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ ὡς ἐκ λυτρώσεως τῆς γεγενημένης ἐφ' ἑνὸς ἔθνους, καὶ μερικῶς, παρακομίζει τὸν λόγον εἰς τὴν κατὰ πάντων καὶ γενικωτάτην, ὑφ' ἧς σέσωσται μὲν τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, σέσωσται δὲ οὐδὲν ἧττον ἡ σύμπασα γῆ. Κῦρος μὲν γὰρ ὁ Καμβύσου, τῆς αἰχμαλωσίας ἀνῆκε τὸν Ἰσραὴλ, τὴν ἀλαζόνα καὶ θεομισῆ βασιλείαν καθελὼν, φημὶ δὲ δὴ τὴν Χαλδαίων. Ἐξεικονισμὸς δὲ ἄρα καὶ ὑποτύπωσις ἦν τὸ δρώμενον τῶν διὰ Χριστοῦ κατωρθωμένων. Ὃς πᾶσαν ἀνθρωπότητα δορίληπτον ὥσπερ εὑρὼν, καὶ ὑπὸ χεῖρα κάμνουσαν τὴν τυραννικὴν (βεβασίλευκε γὰρ ἡμῶν διὰ τῆς ἁμαρτίας Σατανᾶς), ἀπέφηνε μὲν ἐλευθέρους δεσμῶν τε καὶ πόνων, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ἐκτόπου δουλείας ἀνεὶς, ἀνεκόμισεν ὥσπερ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ. Γεγόναμεν γὰρ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, συμπολῖται τῶν ἀγγέλων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, καὶ πατριάδην λοιπὸν ἀπεγραψάμεθα[96] Ephes. II, 19.

CAP. III.

Ejusdem, in canticum Habacuc.

XXXIII. Absoluta commodissime oratione de Babylone, et pœnas daturos sanctæ civitatis eversores, qui et Israelem captivum abduxerunt, sufficientissima prædictione demonstrato, opportune ad Christi mysterium transit, et ex liberatione in una gente, ac separatim facta, sermonem ad communissimam omnium liberationem accommodat, per quam salvatæ sunt reliquiæ Israel : salvatus nihilominus universus orbis. 548 Cyrus quippe, Cambysæ filius, arroganti, Deoque exoso Chaldæorum regno everso, Israelem manu misit. Adumbratio igitur et descriptio quædam erat, quod tum agebatur, eorum quæ per Christum eximie confecta sunt ; qui totum genus humanum quasi armis captum et sub imperio tyrannico vexatum (a Satana enim per peccatum oppressi tenebamur), cum invenisset, vinculis et ærumnis absolvit, et ipsa servitute indigna exemptos, velut in sanctam civitatem Jerusalem cœlestem reduxit. Evasimus enim, ut scriptum est [96], cives angelorum, et domestici Dei, et cœlum nobis jam patriam esse professi sumus. Obstupefactus itaque propheta mysterii virtute,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et ineffabile, ac divinam Unigeniti œconomiam adventus cum carne vehementer admirans, preces concipit, in forma cantus, omnino secundum illud a Davide dictum : « Lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam [97]. »

μεθα τὸν οὐρανόν. Κατατεθηπὼς δὴ οὖν ὁ προφήτης τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἄφραστόν τε καὶ θεοπρεπῆ τῆς μετὰ σαρκὸς ἐπιδημίας τοῦ Μονογενοῦς οἰκονομίαν ὑπεραγάμενος, ποιεῖται τὴν προσευχὴν, καὶ ἐν ᾠδῆς τρόπῳ, κατ' ἐκεῖνό που πάντως τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. »

VERS. 1. *Domine, audivi auditionem tuam, et timui ; consideravi opera tua, et obstupui.*

Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα ἔργα σου, καὶ ἐξέστην.

XXXIV. Intelligi potest sermo, si placuerit, vel ad ipsum universorum Patrem et Deum converti, ut qui revelet Filium, et auditionem de ipso per Spiritum manifestet : vel etiam, et jure, ad ipsum Verbum incarnatum. Quod si quis dicat ad Patrem verba fieri, fortasse talem quemdam sensum complectentur. O universorum Domine, inquit, imperitam revelationem, sive auditionem de progenie tua, obstupui : est enim tremenda, et supra quam explicari queat præclara narratio, et modus œconomiæ extra omnem legem. Quod si cordis oculo tuorum operum virtutem subtiliter intuear, res nisi merus stupor et admiratio est. Sin autem verba ad Filium spectent, nihilominus eodem ad hunc fere modum accedemus. O Domine, qui regis omnia, tametsi caro factus es [98], ut suscepi auditionem, sive auditum et revelationem de te, in timorem incidi ; et rei magnitudine mirifice ac merito, obstupefactus sum. Intelligo enim, quod cum forma, et omnibus Patri per omnia æqualis sis, te ipsum sponte ac volens ad exinanitionem demittes [99], nostrique similis homo fies ex muliere [1], et formam servi accipere non dedignabere [2], et qui est Deus nobiscum, tuum tibi Patrem vindicabis. Eris item « obediens **549** usque ad mortem, mortem autem crucis [3]. » — « Audivi igitur auditionem tuam et timui : consideravi opera tua, et expavi. » Evangelizasti cæcis apertionem visus, prædicasti captivis remissionem [4], sanasti contritos corde, convertisti quod aberraverat, alligasti quod contritum erat [5], lux factus es his qui sedebant in tenebris [6], janua et via ad vitam, et sanctificationem [7] ; factus es pax, conjungens per fidem in unum populum eos qui ex circumcisione, et eos qui ex gentibus [8] ; factus es lapis angularis electus, pretiosus [9]. Recuperasti mundum Deo Patri, expiasti a peccatis, quique ex infirmitate capti fuerant, de manu diabolica eruisti [10] ; gratia adoptionis filiorum illustrati sunt servi [11], homo de terra natus, cœlesti civitate donatus est [12]. Inprimis autem et hoc auditu dignum reor : Qui omnes vivificas, nobiscum carnis mortem sustinuisti. Verumtamen factus es primogenitus ex mortuis, et primitiæ dormientium, et primitiæ humanæ naturæ, in incorruptionem restitutæ [13]. Revixisti enim, ut Deus, et sæva atque inexpugnabili bellua, hoc est, morte, conculcata,

ΛΔ'. Νοοῖτ' ἂν ὁ λόγος καὶ πρὸς αὐτὸν, εἴπερ ἕλοιτό τις, τὸν τῶν ὅλων Πατέρα καὶ Θεὸν, ὡς ἀποκαλύπτοντα τὸν Υἱὸν, ἀκοήν τε τὴν περὶ αὐτοῦ διατρανοῦντα διὰ τοῦ Πνεύματος· ἢ καὶ πρὸς αὐτὸν εἰκότως τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον. Καὶ εἰ μέν τις λέγοι πρὸς τὸν Πατέρα γενέσθαι, τυχὸν τοιόνδε τι συνήσομεν. Ὦ τῶν ὅλων Δέσποτα, φησὶ, τὴν δοθεῖσαν ἀποκάλυψιν, ἤγουν ἀκοὴν, τὴν περὶ τοῦ σοῦ γενήματος κατατέθηπά τοι· φρικτὰ γάρ ἐστι καὶ πέρα λόγου τὰ διηγήματα, καὶ τῆς οἰκονομίας ὁ τρόπος παντὸς ἂν εἴη λοιπὸν ἐπέκεινα νόμου. Εἰ δὲ δὴ, λεπτὸν ἐνιεὶς τῆς καρδίας τὸν ὀφθαλμὸν, τὴν τῶν σῶν ἔργων καταθρήσαιμι δύναμιν, ἔκστασις ἔσται τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον οὐδέν. Βλέποντος δὲ τοῦ λόγου πρὸς τὸν Υἱὸν, οὐδὲν ἧττον προσβαλοῦμεν κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον. Ὦ Κύριε, καὶ κατάρχων τῶν ὅλων, κἂν εἰ γέγονας σὰρξ, ὡς τὴν περὶ σοῦ δεξάμενος ἀκοὴν, ἤγουν ἄκουσμα, καὶ ἀποκάλυψιν, εἰς δέος ἐμπέπτωκα, καταπέπληγμαι δὲ, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὴν τοῦ πράγματος ὑπερβολήν. Μανθάνω γὰρ, ὅτι ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τῇ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὑπάρχων τῷ γεγεννηκότι, σαυτὸν μὲν καθήσεις εἰς ἐκούσιον κένωσιν, γενήσῃ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, καὶ τὴν τῆς δουλείας ἀνατλήσεις μορφὴν, καὶ Θεὸν μεθ' ἡμῶν, ἐπιγράψῃ τὸν σεαυτοῦ Πατέρα. « Ὑπήκοος » δὲ γενήσῃ, « καὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. — Εἰσακήκοα τοίνυν τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Εὐηγγελίσω γὰρ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἐκήρυξας αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, ἰάσω τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, ἐπέστρεψας τὸ πλανώμενον, κατέδησας τὸ συντετριμμένον, φῶς γέγονας τοῖς ἐν σκότει, θύρα καὶ ὁδὸς εἰς ζωὴν καὶ ἁγιασμὸν, γέγονας εἰρήνη, συνείρων διὰ τῆς πίστεως εἰς ἕνα λαὸν τούς τε ἐκ περιτομῆς, καὶ μέντοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν· γέγονας λίθος ἀκρογωνιαῖος, ἐκλεκτὸς, ἔντιμος. Κατεκτήσω τὴν οἰκουμένην τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἠλευθέρωσας ἁμαρτιῶν τοὺς ἐξ ἀσθενείας ἐαλωκότας, ἐξεῖλου χειρὸς διαβολικῆς, τῇ τῆς υἱοθεσίας χάριτι κατελαμπρύνθη τὸ δοῦλον, οὐρανοῦ πολίτης ὁ ἐκ γῆς γέγονεν ἄνθρωπος. Ἀξιάκουστον δὲ πρὸς τούτοις κἀκεῖνο, οἶμαί που. Ὁ γὰρ πάντας ζωογονῶν, ὑπομεμένηκας μεθ' ἡμῶν τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον. Πλὴν γέγονας πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, καὶ πρωτόλειον ἀνθρωπότητος, ἀνακομισθείσης εἰς ἀφθαρσίαν. Ἀνεβίως γὰρ ὡς Θεὸς, τὸ σκληρὸν καὶ

[97] Psal. XXIV, 28. [98] Joan. I, 14. [99] Philip. II, 6-9. [1] Galat. IV, 4. [2] Philip. II, 7. [3] Philip. II, 8. [4] Isa. LXI, 1, 2; Luc IV, 18, 19. [5] Psal. CXLVI, 3. [6] Isa. IX, 2; Luc. I, 79. [7] Isa. XLV, 1. [8] Ephes. II, 14 18. [9] Isa. XXVIII, 16; Matth. XXI, 42. [10] I Joan. III, 8. [11] Ephes. I, 5; Coloss. I, 13. [12] I Cor XV, 47-49. [13] Ibid. passim.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δυσάντητον πατήσας θηρίον, τουτέστι, τὸν θάνατον, παρέλυσας τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἐκείνης τὴν δύναμιν. Πέπαυται δὲ ἐν σοί τε καὶ διὰ σοῦ τὸ, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » καθ' ἡμῶν εἰρημένον.

Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ.

ΛΕ'. Κατὰ διαφόρους τρόπους ἑρμηνεύεται τοῦτό τισι. Καὶ ὁ μὲν ἔφη, δύο κεκλῆσθαι ζῶα, τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱόν, ὧν καὶ ἐν μέσῳ γινώσκεσθαι τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Ἀμαθὲς δὲ, οἶμαι, τὸ τῇδε νοεῖν, καὶ πολὺ τὸ εὐηθες ἔχει. Τίς γὰρ ὁ φάναι τολμῶν, ὅτι *ζῶόν* ἐστιν ἡ *ζωὴ*, τουτέστι, τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ζωὴ γὰρ μᾶλλον τὸ ζωοποιοῦν, ζῶον δὲ δὴ τὸ παρ' ἑτέρου μετέχον ζωῆς. Ἄτοπον δὲ καὶ ἑτερῶς μέσον ὥσπερ ἀμφοῖν νοεῖσθαι τὸν Πατέρα, ὃς καὶ πρῶτος ὀνομάζεται, κατά γε τὴν σύνταξιν τῆς ὁμολογίας τῆς ἁγίας τε καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. Καὶ οὐ δή ποτέ φαμεν, ὡς προτεταγμένος κατὰ τὴν κλίσιν τοῦ τε Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, προὐφέστηκεν αὐτῶν. Λῆρος γὰρ τοῦτο καὶ ψευδοέπεια. Διακείμεθα δὲ μᾶλλον καὶ πεπιστεύκαμεν, ὅτι συναΐδιον ἔχει τὸν Λόγον, καὶ ἦν, ὅ ἐστιν, οὐ δίχα τοῦ ἰδίου Πνεύματος. Ἀλλ' ἅμα τε Θεὸς νοεῖται ὁ Πατὴρ, καὶ συνεισδέδηκεν εὐθὺς ἡ ὕπαρξις τοῦ δι' ὃν ἐστι Πατὴρ, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Ἐπειδὴ δὲ πηγή τίς ἐστιν ὥσπερ ἰδίου γεννήματος, οἰκονομικῶς προωνόμασται. Πῶς οὖν ἔσται μέσος Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, ἐννοεῖν οὐκ ἔχω. Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσι, κατὰ τὸ εἰκὸς, ὡς ἐν τόπῳ χρῆναι νοεῖσθαι τὸ μέσον. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄτοπον. Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον, ὅτι μήτε ἐν ποσῷ, μήτε μὴν κατὰ σῶμά ἐστιν. Ἕτεροι δὲ αὖ δύο ζωὰς εἰρήκασι, τὴν τε Νέαν καὶ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην, ὧν ἐν μέσῳ γινώσκεται Χριστός. Ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις θεωρήμασιν ὁδὸν ἴτω τις, ἣν ἂν βούλοιτο καθ' ἑαυτόν. Ἡμεῖς δὲ ἅπαξ τὸν λόγον εἰς τὸ Χριστοῦ πρόσωπον περιτρέποντες, νομικὴν ποιησόμεθα τὴν τῶν νοημάτων ἀφήγησιν. Γέγονε τοίνυν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως· ἐδόκει γὰρ ὧδε φρονεῖν τε καὶ λέγειν καὶ τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ. Ἀπηλλάγμεθα γὰρ δι' αὐτοῦ παντὸς ἐγκλήματος, ἱλεώ τε καὶ εὐάντητον ἐσχήκαμεν τὸν Πατέρα. Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης· « Τεκνία, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε. Καὶ ἐάν τις δὲ ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. » Ἐπειδὴ δὲ ἦσαν τύποι τῶν ἐσομένων κατὰ ἀλήθειαν τὰ πάλαι δι' αἰνιγμάτων τυπούμενα, ῥέρε τι λέγωμεν τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ γεγονότων, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἱλαστήριον δεικνύοντες τὸν Υἱόν. Προστέταχε τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς κιβωτὸν γενέσθαι, καὶ λυχνίαν, καὶ μέντοι καὶ τράπεζαν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ. Εἶτα πρὸς τούτοις ἱλαστήριον ἐκ χρυσοῦ, καὶ πορφύρας, ἢ βύσσου κεκλωσμένης καὶ κοκκίνου διανενησμένου, καὶ τοῦτο ἐπὶ τεσσάρων αἰρόμενον στύλων, ἐπεκρέματο τῇ ἁγίᾳ κιβωτῷ. Εἶτα δύο Χε-

A veteris illius maledicti efficientiam dissolvisti [16]. Et in te, ac per te illud contra nos prolatum, cessavit : « Terra es, et in terram reverteris [18]. »

Vers. 2. *In medio duorum animalium cognosceris.*

XXXV. Diversa ratione quidam hæc interpretantur. Et alius quidem dixit, duo animalia vocari Spiritum et Filium, et in medio eorum cognosci Deum et Patrem. Quam ego interpretationem imperitam et deliram statuo. Quis enim dicere audeat ζῶον *animal* esse ζωὴν *vitam*, hoc est, Filium aut Spiritum sanctum? Potius etenim vita est, quod vivificat : animal autem quod ab alio vitam accipit. Aliter quoque absurdum est Patrem velut medium B amborum intelligere, qui juxta ordinem confessionis sanctæ et consubstantialis Trinitatis primus nominatur. Nec ullo modo dicimus, Filio et Spiritui secundum appellationem præponi propterea, quod ante eos exstiterit. Hoc enim esset nugari, et mentiri. Quin potius sentimus, et credimus, eum habere Verbum coæternum, et esse, quod est, non sine Spiritu proprio. Sed simul Deus intelligitur Pater, simul statim subit animum subsistentia illius, per quem est Pater, et ipse divinus ac sanctus ejus Spiritus. Quoniam autem quasi fons quidam est ejus, quod genuit, prudenti ratione prius nominatur. **550** Quomodo igitur inter Filium, et Spiritum medius sit, dispicere nequeo. Sed fortasse, ut verisimile est, respondebunt, medium ut C in loco intelligendum. Sed hoc quoque ineptum est. Divinitas enim loco non continetur, nec enim quanta, aut corporata est. Rursum alii duas vitas esse dixerunt Novum et Vetus Testamentum, in quarum medio Christus cognoscitur. In hujusmodi sententiis, quam quisque viam sibi elegerit, jam ambulet. Nos semel sermonem ad Christi personam convertentes, sensum juxta legem enarrabimus. Factus est igitur Dominus noster Jesus Christus propitiatio per fidem : ita enim sentire et dicere divino Paulo visum est [16]. Per ipsum enim liberati ab omni peccato, propitium et accessu facilem nacti sumus Patrem. Testatur istud sapiens Joannes, dicens : « Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed et D si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed et totius mundi [17]. » Quoniam autem vetera illa typi revera, et figura futurorum, in ænigmatis expressa exstiterunt : age dicamus quædam quæ fiebant in sancto tabernaculo a Patre, et ex propitiatorio Filium Dei significatum demonstremus. Jussit igitur universorum Dominus arcam fieri, et candelabrum, et mensam in sancto tabernaculo. Ad hæc propitiatorium ex auro, et purpura, et bysso retorta, et cocco perneto, quod sublatum super columnas quatuor, ante sacram arcam pen-

[16] Galat. III, 13. [18] Gen. III, 19. [16] Hebr. II, 17; III, 14. [17] I Joan. II, 1, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

debat. Postea duos cherubim ad dexteram et sinistram aureos, facies sibi obvertentes super propitiatorio constituit [18]. Res involuta est, et mysterium rei in Christo perpetratum continet. Verbum enim caro factum est [19], quamvis sit Deus, et Dominus omnium, ut ex Deo, et Patre omnium exsistens, ut ex Deo et Patre naturaliter apparens. Sed quamvis factum sit caro, et constitutum a Patre propitiatorium, non abjecit tamen quod erat, hoc est, deitatem, sed etiam sic potestatem, et gloriam Deo convenientem habet, et nihilominus eum supernæ virtutes circumstant, præscripta sibi officia peragentes. Idcirco cherubim propitiatorium tegunt, et ipsum assiduissime intuentur. Solent enim supernæ virtutes, ut sanctæ et purissimæ, divina sine intermissione contemplari, et Deum intueri, et quæ ipsi placita acceptaque sunt, ad ea se commodare semper. **551** Cognosceris igitur, inquit, o Domine, quis eris, nostrum similis factus : nempe propitiatorium, ut ex paradigmate seu exemplari in sancto tabernaculo perspicue cognosceris. Stas enim in medio duorum animalium, hoc est, cherubim, et nomen tibi, propitiatorium, et verus est sermo. Nam, ut ipse Christus ait, « Non misit Pater Filium in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum [20]. »

A ρουβὶμ εἰς δέξιόν τε καὶ εὐώνυμον ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα περιειστήκει τὸ ἱλαστήριον, τὰ πρόσωπα πρὸς αὐτὸ συντείνοντα. Αἴνιγμα δὲ τὸ χρῆμα πάλιν, μυστήριον τοῦ κατὰ Χριστόν. Γέγονε μὲν γὰρ ὁ Λόγος σὰρξ, καίτοι Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων ὑπάρχων, ὡς ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πεφηνὼς κατὰ φύσιν. Ἀλλ' εἰ καὶ γέγονε σὰρξ, καὶ τέθειται παρὰ τοῦ Πατρὸς ἱλαστήριον, οὐκ ἀποβέβληκεν ὅπερ ἦν, τουτέστι, τὸ εἶναι Θεός· ἀλλ' ἔστι καὶ οὕτως ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, καὶ πάλιν αὐτὸν περιεστᾶσιν αἱ ἄνω δυνάμεις, τὰς αὑταῖς συντεταγμένας ἀποπεραίνουσαι λειτουργίας. Ταύτῃ τὰ Χερουβὶμ περιεστᾶσι τὸ ἱλαστήριον, καὶ πρὸς αὐτὸ βλέπουσι διαπαντός. Ἔθος γὰρ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν, ἁγίαις οὔσαις καὶ πανάγνοις, ἀεὶ κατασκέπτεσθαι B τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν βλέπειν, καὶ εἰς τὰ αὐτῷ δοκοῦντα καὶ φίλα τετράφθαι διαπαντός. Γνωσθήσῃ δὴ οὖν, φησὶν, ὦ Δέσποτα, τίς ἔσῃ, καθ' ἡμᾶς γεγονώς· ὅτι γὰρ ἱλαστήριον, ὡς ἐκ παραδείγματος τοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ γνωσθήσῃ σαφῶς. Ἔστηκας γὰρ ἐν μέσῳ δύο ζώων, τουτέστι, τῶν Χερουβὶμ, καὶ ὀνομά σοι, τὸ Ἱλαστήριον, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. Ὡς γὰρ αὐτός φησιν ὁ Χριστὸς, « Οὐκ ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον· ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. »

Cum appropinquaverint anni, cognosceris. Cum aderit tempus, demonstraberis.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ἐπιγνωσθήσῃ. Ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ.

XXXVI. Mysterium Christi lex vaticinata est : quin etiam sanctorum prophetarum chorus ante C promulgavit. Sacri autem doctores, quæ tempore adventus, seu præsentiæ ejus acciderunt, et rite gesta sunt, cum olim de ipso prædictis fructuose conferentes, multis modis nos in fide in ipsum corroborant : et videmus sæpenumero eosdem inde sensus et cogitationes suas confirmare. Quale est illud apud evangelistas : « Ejecit Dominus noster Jesus Christus e templo vendentes oves et boves, et mensas nummulariorum evertit. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, » omnes exturbavit, dicens : « Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. » Quid postea? « Recordati sunt, inquit, discipuli ejus, quia scriptum esset de eo : Zelus domus tuæ comedit me [21]. » Cum Joseph aliquando suspicaretur desponsam sibi virginem im- D minutam esse, velletque clam dimittere, « Apparuit ei angelus Domini in somnis, dicens : Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum [22]. » Mox oraculum sanctum huic rei certissimam fidem conciliat. Sequitur enim in hæc verba : « Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem : Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen

ΛϚ'. Κεχρησμῴδηκε μὲν ὁ νόμος τὸ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ μὴν καὶ ὁ τῶν ἁγίων προφητῶν προανεκεκράγει χορός. Συμβάλλοντες δὲ χρησίμως τοῖς πάλαι περὶ αὐτοῦ γεγραμμένοις τὰ ἐν καιρῷ τῆς ἐπιδημίας συμβεβηκότα τε καὶ κεκατωρθωμένα, ποικίλως βεβαιοτέρους ἡμᾶς εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν καθιστᾶσιν οἱ μυσταγωγοί, καὶ αὐτοὺς δὲ πλειστάκις εὑρήσομεν τὸν οἰκεῖον ἐντεῦθεν ἐμποδοῦντας νοῦν. Ὁποῖόν ἐστιν ἐκεῖνο τὸ διὰ φωνῆς εὐαγγελιστῶν· Ἐκβέβληκε μὲν γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς « ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς πωλοῦντας πρόβατα καὶ τοὺς βόας, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέτρεψε τῶν κολ[λ]υβιστῶν. Καὶ ποιήσας ὡσεὶ φραγγέλιον ἐκ σχοινίων, « πάντας ἐξέβαλε, λέγων· Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. » Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; « Ἐμνήσθησαν, φησὶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι ἦν γεγραμμένον· Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με. » Οἰηθέντι δέ ποτε τῷ Ἰωσὴφ τὴν μνηστευθεῖσαν αὐτῷ διεφθάρθαι παρθένον, ἐθέλοντί τε λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν, « Ὤφθη, φησὶν, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ, λέγων· Ἰωσὴφ, υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. » Εἶτα λόγιον ἱερὸν παρεκόμιζε πρὸς πληροφορίαν. Ἔφη γὰρ πάλιν ὠδί· « Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγον-

[18] Exod. xxv, 10 seqq. [19] Joan. I, 14. [20] Joan. III, 17. [21] Joan. II, 14-17. [22] Matth. I, 20, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τος· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. » Εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτὸν Ἐμμανουὴλ ἐκ τῶν τοῖς προφήταις προηγγελμένων τὴν ἐφ' ἑαυτῷ κρατύνοντα πίστιν, ἀξιοῦντά τε δι' αὐτῶν ἤδη τῶν πραγμάτων ἐπιγινώσκεσθαι, καὶ τοῖς ἤδη προειρημένοις τὴν τῶν ἀποτελεσμάτων συμφέροντας ἔκβασιν, ἐνδοιάζειν οὐδαμῶς ὡς αὐτὸς εἴη λοιπὸν, ὁ διὰ νόμου καὶ προφητῶν προκεκηρυγμένος. Ἦκον μὲν γὰρ πρὸς αὐτόν τινες τῶν Ἰωάννου μαθητῶν, φιλοπευστοῦντες, καὶ λέγοντες· « Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἀπέστειλεν ἡμᾶς, λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; » Ὁ δὲ, καίτοι λέγειν ἕξὸν· Ἐγὼ, οὐχ ἕτερος· ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοὺς ἀναπείθει προάγγελσιν ἀναφοιτῆσαι, λέγων· « Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε, καὶ βλέπετε. Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, καὶ νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. » Ἀληθὲς οὖν ὅτι, καθά φησι ὁ προφήτης, « Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, » καὶ ὅτι κατὰ καιροὺς, τοὺς πάλαι προωρισμένους ὡς ἐν θελήσει τε καὶ βουλῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀνεδείχθη Χριστός. Ἐν ἐσχάτοις γὰρ τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐπέφανεν ἡμῖν, ἐπεγνώσθη τε καὶ ὡμολόγηται, καθάπερ ἀμέλει καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ὁ Ναθαναὴλ ἀνέκραγε λέγων· « Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ βασιλεὺς εἶ τοῦ Ἰσραήλ. » Ἐπεγνώσθη οὖν ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, τουτέστιν, ὡς ἐν καιρῷ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. Ἐπεγνώσθη παρά τε ἁγίων καὶ ἀπάσης ἤδη λοιπὸν τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ἐγνώκαμεν γὰρ τὸ ἐν μέσῳ δύο ζώων ἱλαστήριον, ὡς ἐν αἰνίγμασι νομικοῖς προανατυπούμενον, τουτέστι, Χριστόν.

A ejus Emmanuël [22]. » Inveniemus quoque ipsum Emmanuelem ex prophetarum prædictionibus fidem in se constabilire, et postulantem, jam rebus ipsis cognosci, et cum prænuntiatis rerum gestarum eventum conferendo, dubitationem omnem tolli de cætero, quin ipse sit, quem lex et prophetæ prænuntiaverint. Veniebant enim **552** ad eum quidam Joannis discipuli, sciscitantes curiosius in hunc modum : « Joannes Baptista misit nos, dicens : Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? » Ille vero tametsi liceret respondere : Ego sum, et non alius, veterem eos prædictionem hortatur audire, dicens : « Euntes renuntiate Joanni quæ auditis et videtis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, et mortui resurgunt, et pauperes evangelizantur, et beatus qui non fuerit scandalizatus in me [24]. » Verum est igitur quod ait propheta : « Cum appropinquaverint anni, cognosceris, » et secundum tempora olim voluntate et consilio Dei et Patris definita manifestatum esse Christum. Ultimis enim sæculi temporibus apparuit nobis, et cognitus et multorum confessione indicatus est : quemadmodum scilicet et ante alios Nathanael exclamavit his verbis : « Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel [25]. » Cognitus est igitur cum appropinquarent anni, hoc est, tempore œconomiæ in carne. Cognitus est a sanctis, et jam nunc a toto orbe. Cognovimus in medio duorum animalium propitiatorium, ut in legalibus ænigmatis præfiguratum, hoc est, Christum.

Ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου, ἐν ὀργῇ ἐλέους μνησθήσῃ.

Cum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ recordaberis.

ΛΖ'. Προσκέκρουκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις τῷ Δημιουργῷ διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, ὃς ὀλίγου παντελῶς ἠξίωσε λόγου τὴν δοθεῖσαν ἐντολήν. Τοιγάρτοι καὶ τεταράγμεθα, καὶ διολώλαμεν, ἀρᾷ καὶ δίκῃ περιπεσόντες οἱ δείλαιοι· καὶ θανάτῳ κεκρατήμεθα, παρωργισθέντος Θεοῦ. Ἤκουε γὰρ ὁ πρωτόπατωρ Ἀδὰμ, ὡς ῥίζα τοῦ γένους· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· » Πλὴν οὐ μέχρι παντὸς περιεῖδεν ἡμᾶς ὁ Δημιουργὸς, ἀλλὰ κατηλέησεν ὡς Θεός. Εἰ γὰρ καὶ κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ἀλλὰ « πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. » Τὸ ὄνειδος τοῦ λαοῦ ἀφεῖλεν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς. Κατήργηται μὲν γὰρ ἐν Χριστῷ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἀνῃρημένης τῆς ἁμαρτίας, ἐφ' ᾗ καὶ ὠνειδίσμεθα. « Κύριος γὰρ ἐμνήσθη ἡμῶν, καὶ ἠλέησεν ἡμᾶς, » καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἀναμέλπει Δαβίδ. Ἀνεκόμισε γὰρ ἡμᾶς εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ζωὴν, καίτοι τεταραγμένους, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἀπό γε τῆς θείας ὀργῆς, ὡς ἐν ἐκλείψει γενέσθαι τοῦ πνεύματος, τουτέστιν, ἐν ἀποθέσει τε καὶ ἀποβολῇ τῆς ψυχῆς· πράττεται γὰρ οὕτως ἐν ἡμῖν ὁ θάνατος. Ὅτι δὲ καταδεδικάσμεθα μὲν τῷ θανάτῳ προσκεκρουκότες Θεῷ, σεσώσμεθα

XXXVII. Natura humana propter transgressionem Adami, qui datum sibi mandatum minimi duxit, opificem læsit. Proinde irascente Deo et conturbati sumus, et periimus, et in maledictum ac pœnas incidimus miseri, et subjugati a morte fuimus. Audivit enim primus parens Adam, tanquam radix generis nostri : « Terra es, et in terram redibis [26]. » Verumtamen non in perpetuum despexit nos conditor : sed ut Deus, nostri misericordia captus est. Quanquam enim mors potentia sua, juxta vocem prophetæ, nos absorbuit, tamen « abstulit rursum Deus omnem lacrymam ab omni facie [27]. » Probrum populi sui abstulit de tota terra. Evacuatum est enim in Christo mortis imperium, sublato peccato, cujus causa in opprobrio eramus. « Dominus enim memor fuit nostri, et misertus est nostri : » sicut et divinus David canit [28]. In incorruptionem siquidem, et in vitam nos restituit, quamvis conturbatos, ut dixi modo, ab ira divina, ut deficeremus spiritu, hoc est, ut animam deponeremus, et abjiceremus : sic enim mors in nobis efficitur. Damnatos autem ad mortem postquam **553** Deum offendimus, et iterum misericordiam et salutem consecutos, fidem facit beatus

[22] Matth. I, 22, 23. [24] Luc. VII, 20-23. [25] Joan. I, 49. [26] Gen. III, 19. [27] Isa. XXV, 8. [28] Psal. CXIII, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

David, cum universorum Deum sic affatur : « Avertente te faciem tuam turbabuntur, et in pulverem suum revertentur. Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [29]. » Aversionem enim propter Adami transgressionem perpessi, in pulverem, unde et facti eramus, reversi sumus [30]. Ast ubi rursus in Christo, et per Christum Spiritum divinum abunde possedimus, naturæ ejus consortes facti, secundum Scripturas [31], denuo ad id quod erat in principio reformati et innovati, et salvati sumus : quod et Paulus scribit : « Omnia in Christo nova creatura, » et, « Vetera præteriernnt, facta sunt autem omnia nova [32]. » Ergo conturbati sumus, ab initio divinæ iræ animadversionem sustinentes. Postquam autem appropinquantibus annis cognitus, et juxta tempora olim statuta manifestatus est Christus, de cætero misericordiæ recordatus est. Justificati sumus « non ex operibus legis, secundum Scripturas : neque ex operibus justitiæ quæ fecimus nos : sed secundum magnam misericordiam ipsius [33]. »

Vers. 3. *Deus a Thæman veniet, et sanctus de monte Pharan umbroso condenso.*

XXXVIII. Dupliciter hæc verba intelliguntur, de quibus pro modulo nostro dicemus. Thæman redditur auster. Vergit autem ad austrum penitus solitudo, in qua et mons Choreb fertur esse, ubi Moses Deo Israelitis certas agendorum leges præscribenti astitit [34]. Quare alteram verbis propositis sententiam aptantes, illud dicimus : « Veniet, inquit, Deus ex Thæman, ex monte Pharan, sive Choreb : » Hoc est, qui quondam in solitudine maxime australi, in monte Choreb patribus in specie ignis visus est, ipse qui olim locutus est legem, veniet et in carne apparebit nostrum similis, et ut propheta, ac mediator : sicut nimirum divinus quoque Moses, qui audivit a Deo : « Prophetam suscitabo de fratribus ipsorum sicut te, et ponam verba mea in ore ejus, et loquar ipsis secundum omnia, quæcunque mandavero ei [35]. » Sin quis hæc verba aliter enodare voluerit, is erit hic modus. Thæman, ut dixi, intimam solitudinem australem appellabant. Aiunt igitur in oris Judææ australibus plane interioribus sitam esse Bethlehem. Itaque « Deus ex Thæman veniet, » hoc **554** est, ex Bethlehem, quæ austrum respicit. Naturalis enim, et verus Deus, unigenitum Dei Patris Verbum, nostra natura assumpta, ex muliere in Bethlehem primogenitus est. Quia vero divina Scriptura interdum insignioribus montibus Judæorum Synagogam, sive populum, comparare consuevit, quod plurimis longeque celeberrimis viris quasi arboribus densa videatur, idcirco et nunc cum monte Pharan illam componit, dicens, e monte umbroso et condenso venturum. Umbrosum autem et condensum montem nominat propter patres, e quibus

δὲ πάλιν ἠλεημένοι, πιστώσεται λέγων ὁ μακάριος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Ἀποστρέψαντός σου τὸ πρόσωπον, ταραχθήσονται, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Πεπονθότες μὲν γὰρ τὴν ἀποστροφὴν, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, ὑπεστρέψαμεν εἰς τὸν χοῦν, ἐξ οὗ καὶ γεγόναμεν. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν ἐν Χριστῷ καὶ διὰ Χριστοῦ τὸ θεῖον πεπλουτήκαμεν Πνεῦμα, τῆς αὐτοῦ φύσεως γεγονότες μέτοχοι, κατὰ τὰς Γραφὰς, ἀνεστοιχειώμεθα πρὸς τὸ ἐν ἀρχῇ, κεκαινουργήμεθα, καὶ σεσώσμεθα· καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὃ καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ θεῖος γέγραφε Παῦλος, ὅτι « Πάντα τὰ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· » καὶ, « Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, γέγονε δὲ τὰ πάντα καινά. » Οὐκοῦν τεταράγμεθα μὲν, ἐξ ἀρχῆς τὰ ἐκ τῆς θείας ἀνατλάντες ὀργῆς. Ἐπειδὴ δὲ ἐγγιζόντων τῶν ἐτῶν ἐπεγνώσθη Χριστὸς, ἀνεδείχθη δὲ κατὰ τοὺς πάλαι προωρισμένους καιροὺς, ἐμνήσθη λοιπὸν ἐλέους. Δεδικαιώμεθα γὰρ « οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, κατὰ τὰς Γραφὰς, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. »

Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους [ς] Φαρὰν κατασκίου δασέως.

ΛΗ'. Διττὴν ἔχει θεωρίαν τῶν προλεγομένων ὁ νοῦς, καὶ δὴ ἐροῦμεν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὡς ἔνι. Ἑρμηνεύεται δὲ Θαιμὰν ὁ νότος. Ἔστι δὲ νοτιωτάτη λίαν ἡ ἔρημος, οὗ καὶ ὁ Χωρὴβ ὄρος εἶναι λέγεται, ἔνθα παρέστησεν ὁ Μωσῆς τῷ Θεῷ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῶν πρακτέων τοὺς ὁριστὰς ὁρίζοντι νόμους. Οὐκοῦν μίαν μὲν τοῖς προκειμένοις ἐφαρμόζοντες ἔννοιαν, ἐκεῖνό φαμεν· « Ἥξει, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐκ Θαιμὰν, ἐξ ὄρους Φαρὰν, ἤτοι Χωρὴβ, » τουτέστιν, ὁ πάλαι κατὰ τὴν νοτιωτάτην ἔρημον ἐν τῷ ὄρει Χωρὴβ ὀφθεὶς τοῖς πατράσιν ἐν εἴδει πυρὸς, αὐτὸς ὁ πάλαι λαλήσας τὸν νόμον, ἥξει, καὶ μετὰ σαρκὸς ὀφθήσεται καθ' ἡμᾶς, ἐν τάξει προφήτου, καὶ μεσίτου ὄντος· καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, πρὸς ὃν εἴρηται παρὰ Θεοῦ· « Προφήτην ἀναστήσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ὥσπερ σὲ, καὶ θήσω τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντείλωμαι αὐτῷ. » Εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις τοῖς γεγραμμένοις προσβαλεῖν καθ' ἕτερον τρόπον, ἔστι δὴ οὗτος· Θαιμὰν, ὡς ἔφην, τὴν νοτιωτάτην ἔρημον ἀπεκάλουν. Φασὶ τοιγαροῦν ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα νοτιωτάτοις τῆς Ἰουδαίας μέρεσι κεῖσθαι τὴν Βηθλεέμ. Οὐκοῦν, « Ὁ Θεὸς ἐκ Θαιμὰν ἥξει, » τουτέστιν, ἐκ Βηθλεὲμ τῆς πρὸς νότον. Ὁ γὰρ φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Πατρὸς Λόγος καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, γεγένηται διὰ γυναικὸς ἐκ Βηθλεέμ. Ἐπειδὴ δὲ ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ, τοῖς τῶν ὀρέων περιφανεστέροις ἔσθ' ὅτε τὴν τῶν Ἰουδαίων παρεικάζειν συναγωγὴν, διά τοι τὸ πλείστοις τε καὶ δσοι εὐκλεεστάτοις ἀνδράσιν ὁρᾶσθαι κατάκομον, ταύτῃτοι καὶ νῦν τῷ ὄρει Φαρὰν ἐξομοιοῖ, λέγων, ὡς ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος. Κατάσκιον δὲ καὶ δασὺ τὸ ὄρος

[29] Psal. CIII, 29, 30. [30] Gen. III, 19. [31] II Petr. I, 4. [32] II Cor. V, 17. [33] Rom. III, 20 ; Tit. III, 5. [34] Exod. 24, 1 seqq. [35] Deut. XVIII, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φησὶ διὰ τοὺς πατέρας, ἐξ ὧν γεγενῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα Χριστός. Ἔσται γοῦν ἀκοῦσαι σαφῶς τοῦ μὲν μακαρίου Λουκᾶ τὸν τῆς γενεαλογίας ἐκλογισμὸν ἀναφέροντος ἐξ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν Ἀδάμ· Ματθαίου γε μὴν ἐκ Δαβίδ τε καὶ Ἀβραὰμ κατακομίζοντος πάλιν στοιχηδὸν, ὡς ἔφην, ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ. Ὄρος οὖν δασὺ καὶ κατάσκιον ἡ Συναγωγὴ, πολλοὺς ἐνεγκοῦσα κατὰ καιροὺς τοὺς ἐξ ὧν ἀνέφυ Χριστός. Ὅτι γάρ ἐστιν ἐξ Ἰουδαίων, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν; Γεγένηται γὰρ ἐξ αἵματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ, κατά γε τὴν σάρκα, φημὶ, καὶ αὐτὸς δέ πού φησι περὶ αὐτοῦ· « Ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. »

A Christus secundum carnem prognatus dicitur. Licebit igitur audire beatum Lucam, genealogiam ejus percensendo a Joseph ad Adam perspicue referentem [36] : Matthæum vero a Davide et Abraham ordine, ut dixi, ad Joseph usque deducentem [37]. Mons ergo condensus et umbrosus Synagoga est, quæ diversis temporibus multos tulit, ex quibus propagatus est Christus. Ex Judæis enim natum quis dubitet? Genitus est enim ex sanguine Abraham et David, secundum carnem, inquam; quin ipse quodam loco de semet affirmat : « Quia salus ex Judæis est [38]. »

Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ.

Operuit cœlos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra.

ΛΘ'. Γέγονε μὲν ἱλαστήριον διὰ πίστεως τοῖς ἐπὶ γῆς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὅτε πέφυκε καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐν δούλου μορφῇ, τουτέστιν, ἄνθρωπος. Ἔδοξέ πως ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ αὐτῶν μειονεκτεῖσθαι τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τῆς ἐκείνων εὐκλείας ἰέναι κατόπιν. Ἀλλ' ἦν ἀνωτάτω πάλιν ὡς Θεός. Καὶ πιστώσεται λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος· « Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. » Ἐπειδὴ γὰρ « γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, » ταύτῃ, καθὼς γέγραφε πάλιν ὁ αὐτὸς, « ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Ἀληθεύσει δὴ οὖν ὁ προφήτης λέγων· « Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ. » Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἁγίαν οἰκοῦντες πόλιν, καὶ ταῖς ἄνω μοναῖς διαιτώμενοι, « πάντες εἰσὶ πνεύματα λειτουργικὰ, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. » Ὁ δὲ τοῖς τῆς θεότητος ἐνίδρυται θώκοις. Καὶ οὐδενὶ μὲν ἐκείνων εἴρηται παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρός· « Υἱός μου εἶ σύ· » τὸν δὲ καὶ Υἱὸν ὁμολογεῖ καὶ ἀγαπητὸν ὀνομάζει, καὶ σύνεδρον ἔχει συνυμνούμενόν τε καὶ συμπροσκυνούμενον. Ἔφη γὰρ πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ αὐτοῦ· « Ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Οὐκοῦν κἂν εἰ γέγονε ἱλαστήριον κατηγμένος εἰς ἀνθρωπότητα δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, οὐδὲν ἧττόν ἐστι Θεὸς, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὁρατὴν δὲ λέγω καὶ ἀόρατον. « Καλύπτει γὰρ οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ· ἔσται δὲ πλήρης καὶ ἡ γῆ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. » Τοῦτο καὶ αὐτὰ διακέκραγεν ἐναργῶς τὰ Σεραφὶμ τὰ ἅγια, τὸν θεῖον αὐτοῦ περιεστῶτα θρόνον, καὶ ταῖς εὐφημίαις ὡς Κύριον Σαβαὼθ, καὶ τῶν ὅλων Θεὸν εὖ μάλα καταγεραίροντα. Πλήρη γὰρ ἔφασκον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. Εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις ἐκεῖνο λέγειν,

XXXIX. Unigenitum Dei Verbum factum est quidem propitiatorium per fidem in terra degentibus [39], quando nostrum simile, et in forma servi [40], hoc est, homo natum est. Quam ob causam etiam sanctis angelis quodammodo inferius [41], et iis gloria posterius visum est. Sed rursum, quatenus Deus, erat sublimissimum. Fidem astruet Paulus sapientissimus : « Eum autem, inquit, qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum [42]. » Quoniam vero « factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, » sicut idem alicubi scripsit, « Deus ipsum exaltavit et donavit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus est in gloria Dei Patris [43]. » Verus igitur erit propheta dum dicit : « Operuit cœlos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra. » Qui enim sanctam civitatem habitant, et in supernis mansionibus degunt, « Omnes sunt administratorii spiritus, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capient salutis [44]. » Ille vero in solio deitatis collocatus est. **555** Et nulli eorum a Deo et Patre dictum est : « Filius meus es tu [45], » cum hunc et Filium confiteatur, et dilectum vocet [46], et assessorem habeat, qui cum eo collaudatur et adoratur. Et rursum de eodem divinus Paulus : « Cum autem introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit : Et adorent eum omnes angeli ejus [47]. » Quocirca, etsi factus est propitiatorium, cum ad humanam naturam propter nos et pro nobis induendam descendit, nihilominus est Deus, et omni creaturæ quæque videtur, inquam, quæque non videtur, imperat. « Operuit enim cœlos virtus ejus, et plena est terra laudis ejus. » Hoc quoque et ipsa sancta seraphim divinum ejus thronum circumstantia, et honorificis acclamationibus, ut Dominum Sabaoth et universorum Deum, merito ac jure venerantia manifeste proclamarunt. Ipsius enim laudibus plenos esse cœlos et terram dicebant. Quod si cui placuerit illud dicere, magnam et supereminen-

[36] Luc. III, 23-38. [37] Matth. I, 1-16. [38] Joan. IV, 22. [39] I Joan. II, 2. [40] Philipp. II, 7. [41] Hebr. II, 9; Psal. VIII, 7. [42] ibid. [43] Philipp. II, 8, 9. [44] Hebr. I, 14. [45] Psal. II, 7; Hebr. I, 5. [46] Matth. XVII, 5. [47] Hebr. I, 6; Psal. XCVI, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tem esse virtutem Christi, ut etiam ipsos cœlos operiat, si in magnitudine definita concipiatur, probabiliter sentiet. Ait siquidem alicubi beatus David : « Domine, misericordia tua in cœlo, et veritas tua usque ad nubes [48] : » quibus verbis bonitatis celsitudinem et veritatis excellentiam, ut in magnitudine corporis et loci, demonstravit.

VERS. 4. *Et splendor ejus ut lux erit.*

XL. Propitiatorium per fidem, hoc est Christum, affuturum ut illuminet sedentes in tenebris, etiam a sanctis prophetis clarere queat. Quorum unus dicebat : « Regio Zabulon, terra Nephthalim, et reliqui, maritimam habitantes, Galilæa gentium, populus sedens in tenebris vidit lucem magnam [49]. » Alius : « Illuminare, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est [50]. » Testatus est ipse Deus Pater his verbis : « Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur sicut lumen justitia mea, et salutare meum ut lampas accendetur [51]. » Justitia enim Dei, et salutare Christus, « Qui factus est nobis sapientia a Deo, justitiaque et sanctificatio, et redemptio, » secundum Scripturas [52]. Quamobrem, velut in tenebris ambulantibus, lampas nobis manifestus est Christus, per institutionem evangelicam ab illa veteri caligine nos liberans, quam in mentibus nostris diffundens omnium inimicus, neque natura et verum Deum intueri, neque pietatis et vitæ semitam considerare patiebatur. **556** Splendor igitur, a Christo nobis ostensus, ut lux erit, hoc est, non obscurus neque exilis, sicuti nimirum per Mosen. In ænigmatis quippe et umbris lex tota versabatur, sed ut lux pura, nullique caligini permista, atque in mentem et cor ingrediens, et intellectuali fulgore in nos coruscans, et præcognitionis radium in nos introducens.

Cornua in manibus ejus.

XLI. Cornua in Scripturis a Deo inspiratis semper aut regni et potentiæ, aut superbiæ notionem habent, quod ipse beatus David docet : « Dixi iniquis : Nolite inique agere, et delinquentibus : Nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum, et nolite loqui adversus Deum iniquitatem [53]. » Quidam enim superbas vanitates loquentes, juxta Scripturam [54], iniquitatem contra Deum loquuntur, dogmatum de ipso sinceritatem adulterantes, aut alio quocunque modo gravi contumelia afficientes. Significat autem virtutem, seu potentiam, vocabulum cornu, cum dicitur de Deo et Patre, qui nobis Filium exhibuit : « Erexit cornu salutis nobis [55] : » et rursum : « Cornu ejus exaltabitur in gloria [56]. » Gloriosa sunt enim omnia quæ in virtute et potestate Christi admirabiliter et insigniter patrata sunt. Venit itaque Unigenitus, nostri gerens similitudinem [57] : et quod ad carnem naturamque humanam attinet,

ὅτι μεγάλη καὶ ὑπερτελὴς ἡ ἀρετὴ τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ αὐτοὺς καλύψαι τοὺς οὐρανούς, εἰ ἐν μεγέθει νοοῖτο τῷ μετρητῷ, πιθανὸν εἰσδέξεται νοῦν. Ἔφη γάρ που ὁ μακάριος Δαβίδ· « Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν, » τὸ τῆς χρηστότητος ἐπηρμένον, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν ὑπεροχὴν ὡς ἐν ποσότητι τῇ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ τόπους σημαίνων.

Καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται.

Μ'. Ὅτι φωτιῶν ἀφίκηται τοὺς ἐν σκότει τὸ διὰ πίστεως ἱλαστήριον, τουτέστι, Χριστός, σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ διὰ φωνῆς τῶν ἁγίων προφητῶν. Ὁ μὲν γὰρ ἔφασκε· « Χώρα Ζαβουλών, καὶ γῆ Νεφθαλείμ, καὶ οἱ λοιποί, οἱ τὴν παραλίαν κατοικοῦντες Γαλιλαίαν τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα. » Ὁ δέ· « Φωτίζου, Ἱερουσαλήμ· ἦκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε. » Μεμαρτύρηκε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, οὕτω λέγων· « Διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου, τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται. » Δικαιοσύνη γὰρ καὶ σωτήριον αὐτοῦ, ὁ Χριστός, « Ὃς ἐγενήθη μὲν ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, » κατὰ τὰς Γραφάς. Οὐκοῦν οἵπερ ἐν σκότει βαδίζουσι, λαμπὰς ἡμῖν ἀνεδείχθη ὁ Χριστὸς, διὰ παιδεύσεως εὐαγγελικῆς, τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἀπαλλάττων ἀχλύος, ἣν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐνιεὶς ὁ πάντων ἐχθρὸς, καταθρεῖν οὐκ ἠφίει τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῆ ὄντα Θεὸν, οὔτε μὴν τὴν τῆς εὐσεβείας καὶ ζωῆς κατασκέπτεσθαι τρίβον. Τὸ τοίνυν φέγγος, ὅπερ ἡμῖν ἔδειξεν ὁ Χριστὸς, ὡς φῶς ἔσται, τουτέστιν, οὐκ ἀμυδρὸν, οὐδὲ οἷον ἀσθενὲς, καθάπερ ἀμέλει διὰ Μωσέως (ἐν αἰνίγμασι γὰρ καὶ σκιαῖς ὁ νόμος), ἀλλ' ὡς φῶς καθαρὸν, καὶ ἀμιγὲς ἀχλύῖ, καὶ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσδυόμενον, καὶ τὴν νοητὴν ἡμῖν ἐναστράπτον αὐγὴν, καὶ τὴν τῆς ἀκιβδήλου γνώσεως ἐνοικίζον ἀκτῖνα.

Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ.

ΜΑ'. Τὸ κέρας ἀεὶ λαμβάνεται παρὰ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἢ εἰς βασιλείαν καὶ δύναμιν, ἤγουν ὑπεροψίαν, καὶ διδάσκει αὐτὸς ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· « Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι· Μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι· Μὴ ὑψοῦτε κέρας. Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. » Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοί τινες, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀδικίαν κατὰ Θεοῦ λαλοῦσι, τῶν περὶ αὐτοῦ δογμάτων παρασημαίνοντες τὴν ὀρθότητα, ἢ καθ' ἕτερον ὀντινοῦν περιυβρίζοντες τρόπον. Δυνάμεως δὲ σημαντικὸν τὸ κέρας, ὅταν λέγηται περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, προσαναδείξαντος ἡμῖν τὸν Υἱόν· « Ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν. » Καὶ πάλιν· « Τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ. » Ἐν εὐκλείᾳ γὰρ πάντα τὰ ἐν δυνάμει Χριστοῦ παραδόξως κατωρθωμένα. Ἀφῖκται δὴ οὖν ὁ Μονογενὴς ἐν εἴδει μὲν τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὅσον εἰς σάρκα καὶ ἀνθρωπότητα, τῆς ἐν ἡμῖν ἀσθενείας ὑπομένων

[48] Psal. XXXV, 6. [49] Isa. IX, 1, 2. [50] Isa. LX, 1. [51] Isa. LXII, 1. [52] I Cor. I, 30. [53] Psal. LXXIV, 5, 6. [54] Psal. CXLIII, 8. [55] Luc. I, 69. [56] Psal. CXI, 9. [57] Philipp. II, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὴν δόκησιν, πλὴν ἐν χερσὶν ὡς Θεὸς ἔχων πάντα τὰ κέρατα, τουτέστι, πάσας τὰς βασιλείας, κατὰ πᾶσαν δύναμιν τῶν ἀντικειμένων ἐνεργειῶν. Τὸ δὲ, ἐν χερσὶν, ὅταν λέγωμεν, τὸ ἐν ἐξουσίᾳ λέγομεν. Καὶ γοῦν πρὸς Θεὸν δεδιδάγμεθα λέγειν ἐν προσευχαῖς· « Ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. » Ὅτι δὲ ὑπενήνεκται τῷ Χριστῷ πᾶσα δύναμις διαβολικὴ, καὶ τὰ καλούμενα κέρατα, τουτέστιν, αἱ κατὰ πόλεις τε καὶ χώρας τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων τυραννίδες (διεμοιρήσαντο γὰρ τὴν σύμπασαν γῆν), πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Τὰ μὲν γὰρ ἐπ' ἐξουσίας τῶν ἀνθρώπων ἐξήλαυνε, τὰ δὲ προσῄεσαν, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. Γέγραπται γὰρ οὕτως παρὰ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς. Ὅτι δὲ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος καὶ αὐτὸν ἀπεσόβησε τὸν τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἐπιστάτην, τουτέστι τὸν Σατανᾶν, ἀκονιτὶ καταθρήσομεν, αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· καὶ ὁ ἄρχων ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντα ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Οὐκοῦν καὶ εἰ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὖν ἐν χερσὶ, τουτέστιν, ἐν ἐξουσίᾳ τὰς τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἔχει τυραννίδας, ἤτοι βασιλείας, ἤγουν καὶ δυνάμεις. Εἰ δὲ δή βούλοιτό τις ἐκεῖνο νοεῖν ἀπεριεργώτερον, ὡς ἐν χερσὶν ἔχει κέρατα Χριστὸς, τουτέστιν, ἄμαχόν τε καὶ ἀκαταγώνιστον τὴν ἰσχὺν, καὶ οὓς ἂν ἕλοιτο τῶν ἐχθρῶν κερατίζουσαν εὐκόλως, καὶ καταδηοῦσαν εὐχερῶς, καὶ οἷον μόσχου δίκην ἀφορήτως ἐπιθρώσκουσαν, συνήσει πάλιν ὀρθῶς.

A infirmitatis nostræ opinionem habens, verum ut Deus, habens in manu omnia cornua, hoc est, universa regna, secundum omnem virtutem operationum adversariarum. Cum autem dicimus, in manibus, in potestate dicemus. Quare in precibus docti sumus Deo dicere : « In manibus tuis sortes meæ [58]. » Subjectam autem Christo omnem virtutem diabolicam, et quæ vocantur cornua, puta, per urbes et regiones immundorum spirituum tyrannides (totam enim terram diviserant), dubitandum est nemini. Alios enim cum potestate ex hominibus expulit : alii accedentes eum orabant ne juberet eos in abyssum abire [59]. Sic enim apud sacros evangelistas legimus. Quod autem tyrannide quæ nos opprimebat ipsum quoque immundorum spirituum præsidem, nempe B Satanam, depulerit, clare perspicere licet ex verbis Christi : « Nunc judicium est mundi hujus : princeps mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum [60]. » Quapropter, etsi homo factus est, tamen in manibus, **557** hoc est, in potestate habet contrariarum virtutum tyrannides, sive regna, sive vires etiam. Qui porro simplicius ita locum vult intelligere, Christum habere in manibus cornua, hoc est, inexpugnabili et invicto robore præditum esse, et quos libuerit inimicos eo facile tanquam cornu petere ac ferire, levique momento labefactare, et instar tauri intolerabili impetu irruere, etiam recte intelliget.

Καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ. C

Vers. 5. *Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ.*

ΜΒ'. Δύο ταῦτα κατορθώσων ἀφίκετο Χριστὸς, καθελεῖν μὲν τοὺς δι' ἐναντίας, οἳ πᾶσαν ἐπλάνησαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἀπεκόμισάν τε τοῦ κτίσαντος Θεοῦ τὴν αὐτῷ καὶ μόνῳ πρεπωδεστάτην κλέπτοντες δόξαν, καὶ ταῖς σφῶν ἀνάπτοντες κεφαλαῖς· ἀνασώζειν δὲ τοὺς ἠπατημένους, καὶ δυσδιάφυκτον ἀληθῶς ὑπομείναντας πλεονεξίαν. Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τὰ ἐκείνων οἴχεται, καὶ κατηφάνισται παντελῶς, ἐδίδαξεν, εἰπών· « Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ· » τὰ καταστρέφοντα δηλονότι τὰ ἐκείνων κράτη, καὶ οἷον ἐκκεραΐζοντα τὴν ὑπερῳρίαν. Ὅτι δὲ ἐμελλεν ἀνασώσειν ἡμᾶς, προαποδείκνυσι, λέγων· « Ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ. » Σεσώσμεθα « οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, » οὐκ ἐξ αὐχημάτων (« Τετελείωκε γὰρ ὁ νόμος οὐδὲν, ») ἀλλ' ἐξ ἡμερότητος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κραταιὰν, τουτέστιν, ἰσχυρὰν καὶ μεγάλην θέντος τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀγάπησιν τοῦ Υἱοῦ. « Οὕτω γὰρ ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Σεσώσμεθα δὴ οὖν ἐξ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνατλάντος θάνατον, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν, καταργήσας μὲν τὸ τῆς φθορᾶς κράτος, ἀποστήσας δὲ ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· « Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει,

XLII. Duo hæc præclara præstiturus Christus advenit : evertere adversarios, qui totum mundum seduxerant, et soli ac maxime Deo creatori debitam gloriam furto abstulerant, sibique eam arrogaverant : et deceptis ac dominatum profecto ineluctabilem perferentibus salutem restituere. Ac illorum quidem tyrannidem desiisse evanuisseque penitus docet, cum ait : « Cornua in manibus ejus [61] : » quibus videlicet eorum vis et potentia subverteretur, et superbia quasi ventilaretur. Salutem autem nobis redditurum præostendit, « Posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ. » Salvati sumus « non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos [62] ; » non ex factis D gloriosis : « Nihil enim ad perfectum adduxit lex [63] : » sed ex benignitate Dei et Patris, qui validam, hoc est, fortem et magnam dilectionem Filii pro nobis posuit. « Sic enim dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam [64]. » Salvati sumus igitur ex dilectione Dei et Patris, atque etiam ipsius Filii, qui nostri causa mortem subiit : etsi revixit destructo mortis imperio [65], et peccato a nobis profligato. Unde etiam dicebat : « Majorem hac charitatem nemo habet, ut ponat quis animam suam pro amicis suis [66]. » Valida igitur dilectio Patris,

[58] Psal. xxx, 16. [59] Luc. viii, 27-34. [60] Joan. xii, 31, 32. [61] Habac. iii, 4. [62] Tit. iii, 5. [63] Hebr. vii, 19. [64] Joan. iii, 16. [65] Hebr. ii, 14. [66] Joan. xv, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

per quam et a morte, et a peccato, et a diaboli dominatione eruti sumus.

Ante faciem ejus ibit verbum.

XLIII. Antecedet illum, inquit, prænuntius, et antevolabit rumor, et multus de eo sermo erit. Simul enim Virgo Christum peperit, venerunt confestim ex Oriente Magi, stella in cœlo inopinato conspecta partum hunc illis velut annuntiante [67]. Postquam autem **558** procedente tempore solus in deserto mansit, et miranda efficere opera instituit, « exivit fama ejus, ut ait evangelista, per totam Syriam [68]. » Insuper revera toto mundo nomen ejus celebratum est. Quis enim fuit qui ignoraret gloriam Christi? quæ gens, quæ regio fortitudinem ejus, aut experientia non sensit, aut auditione non accepit? Nam, ut ipse rursum confirmat, prædicatum est Evangelium per omnes gentes [69], et factorum ejus claritas instar solis totum orbem illustravit.

Egredientur in campos pedes ejus.

XLIV. Ac si dicat, nihil ipsi arduum factuque impossibile. Ambulabit autem in unaquaque re velut nuda et plana via. Nam campi nudi facile pertranseuntur : qui vero in tumulos assurgunt, difficiles ambulatu sunt, et equitationi haud idonei. Omnia igitur Christo facilia sunt, et quam viam in unoquoque factorum suorum percurrere voluerit, eadem quoque omnino omni difficultate caret. Quid enim non pro arbitratu, citraque omne negotium efficiat, qui est natura Deus et virtutum Dominus? Ex similitudine igitur per campos ingredientium, quid nobis de ipsius factis cogitandum sit, monet. Qui autem camporum vocabulo voluerit intelligere humiles corde, qui et terra voluntaria, et agricultura Dei vocantur [70], quasi cœleste semen desuper accipientes et fructum afferentes, alii centesimum, alii sexagesimum, alii tricesimum [71], non male intelliget. Exit enim quodammodo in campos istos ad opus rusticum Filius, plane juxta illud quod ab ipso ut in parabola dictum est : « Exiit qui seminat seminare semen suum [72]. » Psallit item alicubi David : « Et campi tui replebuntur ubertate [73]. » Addit etiam ibidem, « et valles. » Hanc intelligentiam nobis subjicit, cum protinus adjungit : « Clamabunt, etenim hymnum dicent [74]. » Neque enim vallium sensus expertium est hymnum dicere, sive clamare. In his autem instar cedri divinum ac supernum verbum se extulerit.

VERS. 6. *Stetit, et commota est terra.*

XLV. Verbum, « stetit, » sæpenumero in Scriptura divinitus inspirata etiam de re aliqua finem adepta ac-

ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Κραταιὰ τοιγαροῦν ἡ ἀγάπησις τοῦ Πατρὸς, δι' ἧς καὶ θανάτου, καὶ ἁμαρτίας, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ἐξῃρήμεθα.

Πρὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσεται λόγος.

ΜΓ'. Προβαδιεῖται, φησὶν, αὐτοῦ προάγγελσις, καὶ προαναπτήσεται θρύλλος, καὶ πολὺς ἔσται λόγος περὶ αὐτοῦ. Ἅμα τε γὰρ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγένηται Χριστὸς, καὶ ἦκον εὐθὺς ἐξ Ἀνατολῶν οἱ Μάγοι, μονονουχὶ καταγγέλλοντος αὐτοῖς τὴν γέννησιν οἰκονομικῶς τοῦ παραδόξως ὀφθέντος κατὰ τὸν οὐρανὸν ἀστέρος. Ἐπειδὴ δέ, προβαίνοντος τοῦ καιροῦ, καταμόνας μένων ἤρξατο καὶ τῶν παραδόξων ἔργων ἐργάτης εἶναι, « ἐξῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ, καθὼς φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, εἰς ὅλην τὴν Συρίαν. » Ἄλλως τε καὶ διαβόητος γέγονεν ἐν πάσῃ ἀληθῶς τῇ ὑπ' οὐρανόν. Τίς γὰρ ἠγνόηκε τὴν δόξαν Χριστοῦ; ποῖον ἔθνος, ἢ χώρα, τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ μεμένηκεν ἀπείρατος ἢ ἀνήκοος; Ὡς γὰρ αὐτὸς ἔφη πάλιν, κεκήρυκται τὸ Εὐαγγέλιον εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πεφώτικεν ἡλίου δίκην τὴν σύμπασαν γῆν ἡ τῶν παρ' αὐτοῦ γεγονότων λαμπρότης.

Ἐξελεύσονται εἰς πεδία οἱ πόδες αὐτοῦ.

ΜΔ'. Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι πάλιν, οὐδὲν ἅναντες αὐτῷ καὶ ἀνήνυτον. Βαδιεῖται δὲ ὥσπερ ἐν ἑκάστῳ πράγματι διὰ ψιλῆς τε καὶ λείας ὁδοῦ. Βάσιμα μὲν γὰρ καὶ εὐπόρευτα τῶν πεδίων τὰ ἐψιλωμένα· δυσχερῆ δὲ, καὶ οὐχ ἱππήλατα, τὰ εἰς γηλόφους ἀνεστηκότα. Εὔκολα δὴ οὖν τὰ πάντα τῷ Χριστῷ, καὶ ἦν ἂν βούλοιτο διάττειν ὁδὸν, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ φημὶ τῶν δρωμένων, αὕτη που πάντως ἐστὶ καὶ δυσχερείας ἀπάσης ἀπηλλαγμένη. Τί γὰρ οὐκ ἂν κατορθώσειε, καὶ λίαν ἀμογητὶ, θεὸς ὢν φύσει καὶ τῶν δυνάμεων Κύριος; Οὐκοῦν, ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν ἐν τοῖς πεδίοις ἰόντων, τῆς ἐν πράγμασι θεωρίας ποιεῖται τὴν δήλωσιν. Εἰ δὲ βούλοιτό τις πεδία νοεῖν τοὺς ταπεινοὺς τὴν καρδίαν, οἳ καὶ γῇ θελητῇ χρηματίζουσι, καὶ Θεοῦ γεώργιον, ἅτε δὴ τὸν ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ δεχόμενοι σπόρον, καὶ ποιοῦντες καρπὸν, οἱ μὲν ἑκατὸν, οἱ δὲ ἑξήκοντα, οἱ δὲ τριάκοντα· νοήσει πάλιν ὀρθῶς. Ἔξεισι γὰρ ὥσπερ εἰς τὰ τοιαῦτα πεδία γεωργήσων ὁ Υἱὸς, κατ' ἐκεῖνό που πάντως τὸ παρ' αὐτῷ λεγόμενον ὡς ἐν εἴδει παραβολῆς· « Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβίδ· « Καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος. » Προσετίθει δὲ, ὅτι « καὶ αἱ κοιλάδες. » Ἐφῆκε δὲ νοεῖν προσεπενεγκὼν εὐθύς· « Κεκράξονται· καὶ γὰρ ὑμνήσουσιν. » Οὐ γὰρ τῶν ἀναισθήτων κοιλάδων τὸ ὑμνεῖν ἐστιν, ἤτοι δὴ κεκραγέναι. Τούτοις δ' ἂν κέδρου δίκην ὁ θεῖός τε καὶ ἄνωθεν ζήσειε (1) λόγος.

Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ.

ΜΕ'. Τὸ, *ἔστη*, πλειστάκις νοηθείη ἂν, παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, καὶ ὡς ἐπί τινος πράγματος εἰς

[67] Matth. II, 1 seqq. [68] Matth. IV, 24. [69] Matth. XXIV, 14. [70] Joan. XV, 1. [71] Matth. XIII, 3 seqq. [72] Ibid. [73] Psal. LXIV, 12. [74] Ibid. 13, 14.

(1) Hanc vocem depravatam notat librarius Græcus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πέρας ἐκβεβηκότος. Οἷον ὡς εἴ τις λέγοι τυχόν· Ἔστη τόδε τὸ πρᾶγμα, οἷον ὁ τοῦδε λόγος, τουτέστιν, ὡρίσθη, καὶ πέπρακται. Οὕτω καὶ ἡ Σεπφώρα τοῦ Μωσέως, τῇ ψήφῳ περιτεμοῦσα παιδίον, πρὸς τὸν ἄγγελον ἔφασκε τὸν ὀλοθρευτήν· « Ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. » Οὐ γὰρ ὅτι πέπαυται τοῦ αἵματος ἡ ῥύσις κατασημαίνειν ἤθελεν, ἀλλ' ὅτι πέπρακται τῆς περιτομῆς τὸ χρῆμα, καὶ τετέλεσται τὸ ζητούμενον. Δυσωπεῖ γὰρ θάνατον ὁ τῇ νοητῇ ψήφῳ περιτεμνόμενος· αὕτη δέ ἐστι τὸ πνεῦμα Χριστοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰησοῦς, ὁ μετὰ Μωσέα, διαβεβηκότας τὸν Ἰορδάνην τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ μαχαίραις πετρίναις προστέταχε περιτέμνεσθαι, τῆς ἐν πνεύματι περιτομῆς ἀποπληρῶν τὸν τύπον. Ὥσπερ γὰρ ὠνόμασται πέτρα Χριστὸς, οὕτω καὶ ψῆφος, ἤγουν μάχαιρα πετρίνη, τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Οὐκοῦν τὸ, *ἔστη*, κατασημαίνει πολλάκις καὶ πράγματος πλήρωσιν. Ἔστη τοίνυν ὁ Χριστός, τουτέστιν, εἰς πέρας ἐκβέβηκε τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ ὤφθη τοῖς ἐπὶ γῆς. « Καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. » Γῆν δέ φησι τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, οἳ καὶ ἐσαλεύθησαν. Καὶ τίνα δὴ τρόπον, φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι. Οἱ γὰρ πάλαι τὸν νοῦν οἷον ἀκράδαντοι εἰς τὸ θέλειν ἐργάζεσθαι τὰ πονηρὰ, οἱ ἑδραῖοι πρὸς ἀσέβειαν, οἱ πεπηγότες εἰς φιλοσαρκίαν, οἱ ἐρηρεισμένοι πρὸς πλάνησιν, σεσάλευνται, καὶ κεκίνηνται, μετατεθειμένοι πρὸς θεογνωσίαν, πρὸς ἔφεσιν ἀρετῆς. Κεκίνηνται δὲ ὁμοίως καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι. Μετακεχωρήκασι γὰρ εἴς γε τὸ ἐλέσθαι βιοῦν εὐαγγελικῶς, καὶ τοῖς τοῦ Σωτῆρος πολιτεύεσθαι νόμοις. Ὅτι δὲ τὸ σαλεύεσθαι τὴν ἀπό τινος εἰς ἕτερόν τι μετάθεσιν ἔσθ' ὅτε δηλοῖ, σαφὲς ἂν γένοιτο, τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ψάλλοντός τε καὶ λέγοντος· « Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, σαλευθήτω ἡ γῆ. » Οὐ γάρ που φαμεν καταδονεῖσθαι τὴν γῆν, ταύτην δέ φημι τὴν ὑπὸ πόδας ἀνθρώπων καὶ αἰσθητὴν, παρακαλεῖν αὐτόν. Ἐζήτει δὲ μᾶλλον τὴν ἐκ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ ἀμείνω γενέσθαι μετάστασιν. Καὶ εἷς μὲν οὗτος τῶν προκειμένων ὁ νοῦς. Εἰσδέξεται δέ τις καὶ ἕτερον ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον· « Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. » Δύο δὴ ταῦτα πέπονθεν ἡ γῆ, ἔστη τε γὰρ καὶ σεσάλευται. Καὶ τίς ἂν εἴη πάλιν ὁ ἐπ' ἀμφοῖν λόγος, διατρανοῦν ἀναγκαῖον. Ἔστη τοίνυν. Μεθύουσα γὰρ ὥσπερ, καὶ κατασειομένη ῥᾳδίως πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων, καὶ οἷον παντὶ πνεύματι περιφερομένη, βεβαίαν ἔχει λοιπὸν καὶ ἐρηρεισμένην τὴν στάσιν, ἐμπεδοῦντος αὐτὴν τοῦ Χριστοῦ, κατ' ἐκεῖνό που πάντως τὸ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγήν· « Στῆσον σεαυτήν. » Σεσάλευται δὲ πάλιν, καθάπερ ἤδη προεῖπον, τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀποχωρήσασα, καὶ τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρεσκόντων τῷ Θεῷ τιμῶσα μετάθεσιν. Παράδοξον οὖν ἀληθῶς, τὸ καθένα καιρὸν στῆναί τε καὶ σαλευθῆναι τὴν γῆν. Χριστὸς γὰρ ὁ καὶ ἱδρυμένην αὐτὴν ἀποτελῶν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ μελετᾷν ἀναπείθων τὸν ἐκ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ ἀμείνονα κλόνον.

cipi potest. Ut si quis, exempli causa, dicat : Stetit hæc res, hujus sermo : hoc est, finitus et transactus est. Sic etiam Sephora, Mosis uxor, ubi filiolum petra circumcidit, **559** angelo exterminatori dixit : « Stetit sanguis circumcisionis filioli mei[75]. » Non enim sanguinis fluxum desiisse, sed negotium circumcisionis peractum, et quod desiderabatur, ad finem perductum significare voluit. Flectit enim mortem, qui spirituali petra circumciditur, qui est spiritus Christi ; quemadmodum videlicet etiam Jesus post Mosen filios Israel Jordanem transgressos cultris petrinis, seu lapideis, circumcidi jussit[76], circumcisionis spiritualis typum et figuram præferens. Sicut enim Christus appellatus est petra[77], ita et calculus, sive culter lapideus, spiritus ejus. Quare illud, « stetit, » frequenter rei quoque seu negotii absolutionem declarat. Stetit igitur Christus, hoc est, res ejus ad finem et terminum devenerunt et conspectæ sunt hominibus. « Et commota est terra. » Terram nuncupat habitantes terram, qui etiam commoti sunt. Quonam autem modo, age, pro facultate explicemus. Qui olim animo erant velut inconcussi ad scelera designanda, qui erant constantes ad impietatem, qui fixi ad res carnales, qui firmati ad errorem, concussi et commoti, et ad cognitionem Dei, ad amorem virtutis translati sunt. Moti sunt etiam a cultu secundum legem Israelitæ, fidem in ipsum complexi. Ad voluntatem enim vitæ evangelicæ, et ad mores ex legibus Salvatoris transierunt. Moveri porro translationem alicunde ad aliud interdum significare, perspicue ostenderit illud Davidis, cum ita psallit : « Qui sedes super cherubim, moveatur terra[78]. » Non enim dicimus illum hortari ipsam terram ut moveatur, hanc, inquam, oculorum sensui expositam, et hominum pedibus subjectam. Potius a deterioribus ad meliora conversionem quærebat. Et unus quidem hic verborum recitatorum sensus est. Poterit et alius afferri, hunc in modum : « Stetit et commota est terra. » Duo hæc passa est terra ; stetit namque et commota est. Quænam intelligentia utrobique, declarandum est. Stetit igitur. Nam quasi ebria, et ad quidvis inconcessum parvo momento commota, et quasi ab omni vento circumlata[79], stabilem de cætero et firmam stationem nacta est, Christo ipsam firmante, juxta illud utique quod per Isaiam ad Judæorum Synagogam dicitur : « Statue te ipsam. » Mota est deinde, ut jam dixi, cum a deceptione veteri digredi, et ad omnia **560** Deo grata transire maluit. Vere igitur mirabile est, tempore eodem stetisse et commotam esse terram. Christus enim est qui ipsam et ad omne opus bonum corroborat, pejoribusque posthabitis, ad salubriora cogitanda et capessenda impellit.

Ἐπέβλεψε, καὶ διετάκη ἔθνη. Διετρίβη τὰ ὄρη βίᾳ.

Respexit, et liquefactæ sunt gentes. Contriti sunt montes violentia.

[75] Exod. IV, 26. [76] Josue V, 2. [77] I Cor. X, 4. [78] Psal. XCVIII, 1. [79] Ephes. IV, 14.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

XLVI. Respicere Deum, aliquando in mansuetudine et charitate, aliquando in furore et minis inspectionem significat. Ait igitur, « Super quem respiciam, nisi super mitem, et quietum, et trementem sermones meos [80]? » Flagitabat etiam divinus David : « Respice, inquit, in me, et miserere mei [81]. » Voce autem Ezechielis de quodam dixit : « Et obfirmabo faciem meam super hominem illum, et ponam illum in desertum et in exterminium, et auferam illum de medio populi mei, et cognoscetis quia ego Dominus [82]. » Hoc vero erat minantis iram, et perniciem, et pœnam irritantibus convenientem. Simul igitur respexit Christus, hoc est, in ira oculos in quibusdam defixit, subito ceræ instar colliquefacti, et quasi igne exurente contriti sunt montes violentia. Gentes et montes immundos spiritus vocat, et in seipsis sublimes atque elatos, et instar montium super alios insurgentes. Omnino autem eminentia maligna est : et ubi fortunæ majores, ibi superbia. Aut etiam forte, quam robusta sit ipsorum immanitas ostendit. Viribus enim plurimum possunt dæmones, idcirco Deo se opponere, illiusque propriam gloriam ad se trahere enituntur. Verumtamen « contriti sunt violentia. » Confringuntur enim virtute Christi, et in nihilum redacti, et credentium scabellum pedum facti sunt. Alia item notione mons appellatus est Satanas, cui dixit alicubi Deus voce prophetæ, ut in persona Nabuchodonosor : « Ecce ego ad te, mons corrupte, corrumpens omnem terram [83]. »

Tabuerunt colles æterni.

XLVII. Facta mentione, quamvis involutius, perversarum et contrariarum nobis potestatum, quæ et gloriæ Dei adversantur, mortales ad peccatum revocantes, etiam Synagogæ Judæorum præsides introducere debuit, quos colles nominat, quod sublimes et aliis eminere videantur, pro ordine videlicet **561** sacerdotii et honore quo inde potiuntur. Æternos autem, propter rei perpetuitatem : nulla enim occasione aut tempore desinit. Quamvis enim cultus ratio ut in umbris et typis forte defecit, nihilominus natura rei ad meliorem statum migravit. Sanctarum quippe Ecclesiarum præpositi æque Deo ministrant, et incruentum ei sacrificium peragunt. Æterni igitur colles, propter sacrificii usum perpetuum et nunquam desinentem. Verumtamen cum montibus qui intelligentia sola cernuntur simul contriti, et cum gentibus colliquefacti sunt. Postquam enim dæmonibus placentia sapuerunt, et diabolo collibita egerunt, auctore vitæ in crucem acto [84], et multimodis contumeliose illuso, idcirco eadem cum illis pœna plexi, ceciderunt et pessumdati sunt, et, ut ait propheta : « Domus Israel cecidit, et non est qui ipsam erigat [85]. »

A ΜΖ'. Τὸ ἐπιβλέψαι Θεὸν, δηλοῖ μὲν ἔσθ' ὅτε τὴν ἐν πραότητι καὶ ἀγάπῃ κατάσκεψιν, ποτὲ δὲ ἐν θυμῷ τε καὶ ἀπειλῇ. Καὶ γοῦν « Ἐπὶ τίνα, φησὶ, ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον, καὶ ἥσυχον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους ; » Ἐλιπάρει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, οὕτω λέγων· « Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. » Διὰ δέ γε φωνῆς Ἰεζεχιὴλ ἔφασκε περί τινος, ὅτι « Καὶ στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, καὶ θήσομαι αὐτὸν εἰς ἔρημον καὶ εἰς ἀφανισμὸν, καὶ ἐξαρῶ αὐτὸν ἐκ μέσου τοῦ λαοῦ μου, καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος. » Τοῦτο δὲ ἦν ἀπειλοῦντος ὀργὴν, καὶ θλεθρον, καὶ τὴν τοῖς παροτρύνουσι πρέπουσαν δίκην. Ἅμα τε τοίνυν ἐπέβλεψεν ὁ Χριστὸς, τουτέστιν, ἐν ὀργῇ τὸ ὄμμα τισὶν ἐπήνεγκε, καὶ παραχρῆμα κηροῦ δίκην ἐτάκησαν, καὶ οἷον πυρὸς
Vers. 17, 18. *Et tribulabo homines, et ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt. Et effundet sanguinem eorum ut pulverem, et carnes eorum sicut stercora boum. Et argentum eorum et aurum eorum non poterit eruere eos in die iræ Domini,*

[16] Psal. LXXXIII, 11. [17] Hebr. X, 31. [18] Psal. LXXIX, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et in igne zeli ejus consumetur omnis terra, quia consummationem et festinationem faciet super omnes habitantes terram.

XII. Sententia verborum istorum planissima, meoque judicio declaratione haud opus est. Verumtamen cursim quædam dicemus. Minatur enim illis mala omnium dirissima, et animi tenebras : causam narrans mox adjungit : « Quia Domino peccaverunt, » perinde ac si dicat : In fratres contumeliosi fuerunt, et in ipsum universorum Dominum libère ac insolenter impii exstiterunt, et divinam oppugnasse gloriam convinci possunt. Est siquidem impietatis plenissimum et abominandum, deitatem ipsam suis honoribus privatum ire, et tantum non throno excludère, atque in eo creaturam et pecudum formas quasi collocare. Alii enim vitulos, alii quamdam Astarten et Beelphegor, alii lunam et sidera divinis honoribus colebant. Idcirco bellicis cladibus in eos grassaturum, consummationemque et festinationem minatur. Et consummatio quidem generalem Judææ perniciem significare potest : festinatio velut brevi et citra procrastinationem quæ prædicta sint, ad opus collatum iri. Sæpe autem verbum festinationis in Scriptura sancta tumultus adventare significat. Est ergo in fratres peccare scelestissimum. Quod si quidam peccando eo pravitatis processerint, ut ipsam quoque ineffabilem naturam lædant, supplicii a Deo irato venientis amoliendi ratio nulla reperietur.

Quamobrem Deo invisos hæreticos, exacuentes linguam contra Filium Dei, et creatum et insuper Patre minorem astruentes, deplorare æquum est. Qui etiam ipsi pro suo arbitratu velut idolum quoddam fingunt, et hoc adorare jubent. Si enim Filius prorsus non habet ut natura Deus sit, et est factus, a nobis autem et **593** sanctis angelis adoratur, quomodo non aperte creaturam colimus, sicut gentes in specie solis, aut creaturæ alterius non humana ac stulta ratiocinatione idolum fabricantes ?

ἡμέρᾳ ὀργῆς Κυρίου, καὶ ἐν πυρὶ ζήλου αὐτοῦ καταναλωθήσεται πᾶσα ἡ γῆ, ὅτι συντέλειαν καὶ σπουδὴν ποιήσει ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν.

ΙΒ'. Ἐναργὴς μὲν σφόδρα τῶν προκειμένων ὁ νοῦς, καὶ οὐδενὸς ἂν δέοιτο, καθάπερ ἐγῷμαι, λόγου πρὸς διασάφησιν. Πλὴν ἐροῦμεν ἐπιτροχάδην. Ἀπειλεῖ γὰρ αὐτοὺς τὰ παντὸς ἐπέκεινα κακοῦ, καὶ τὸν εἰς νοῦν σκότον· καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς ἀφηγεῖται, προστιθείς· « Ὅτι τῷ Κυρίῳ ἐξήμαρτον. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Πεπαρῳνηκότες εἰς ἀδελφοὺς, καὶ εἰς αὐτὸν ἀφυλάκτως δεδυσσεβήκασι τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, καὶ τῆς θείας κατεξανιστάμενοι δόξης ἀλοῖεν ἄν, εἴπερ ἐστὶν ὁσίων παντελῶς καὶ ἀπηχὲς, αὐτὴν μὲν τῶν ἰδίων ἀποστῆσαι γερῶν, καὶ μονονουχὶ τῶν τῆς θεότητος ἀποσοβῆσαι θρόνων, ἐνιδρύσαι δὲ ὥσπερ αὐτοῖς τὴν κτίσιν καὶ κτηνῶν ἀλόγων μορφάς. Οἱ μὲν γὰρ δαμάλεσιν ἀνῆπτον τὸ σέβας, οἱ δὲ Ἀστάρτῃ τινὶ καὶ Βεελφεγὼρ, οἱ δὲ σελήνῃ καὶ ἄστροις. Ταύτῃτοι λοιπὸν ἐπιφέρειν αὐτοῖς ἀπειλεῖ τὰς ἐκ τοῦ πολέμου συμφορὰς συντέλειάν τε καὶ σπουδήν. Καὶ ἡ μὲν συντέλεια τὸν εἰσάπαν ὄλεθρον τῆς Ἰουδαίων χώρας κατασημήνειεν ἄν· ἡ δέ γε σπουδὴ τὸ οἷον ἐν τάχει καὶ ἀμελλητὶ γενέσθαι τὰ προηγγελμένα. Δηλοῖ δὲ πολλάκις τὸ τῆς σπουδῆς ὄνομα παρὰ τῇ Γραφῇ καὶ θορύβων ἔφοδον. Πάνδεινον οὖν ἄρα τὸ ἁμαρτάνειν εἰς ἀδελφούς. Εἰ δὲ δὴ καὶ εἰς τοῦτο φαυλότητος προῖοι τὰ πλημμεληθέντα τισὶν, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν ἀπόῤῥητον καταλυπῆσαι φύσιν, οὐδεὶς ἀνατρέψει λόγος τὰ ἐξ ὀργῆς.

Ἆρα οὖν κατοιμώζειν ἄξιον τοὺς θεομισεῖς αἱρετικοὺς, ἐπιθήγοντας τὴν γλῶτταν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ κτιστὸν εἶναι λέγοντας, καὶ μὴν καὶ ἐν μείοσιν ἢ ὁ Πατήρ. Εἴδωλον δὲ ὥσπερ ἀναπλάττουσι καὶ αὐτοὶ, κατά γε τό σφισιν αὐτοῖς εὖ ἔχειν δοκοῦν, καὶ τοῦτο προσκυνεῖν ἐπιτάττουσι. Εἰ γὰρ ἐκπέπτωκεν ὅλως τοῦ εἶναι Θεὸς κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, καὶ ἔστι γενητὸς, προσκυνεῖται δὲ πρός τε ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, πῶς οὐκ ἐναργῶς τῇ κτίσει λατρεύομεν, καθάπερ Ἑλλήνων παῖδες εἰς ἡλίου τύπον, ἤγουν ἑτέρου τινὸς τῶν κτισμάτων τὸ ἐξ ἀπανθρωπίας καὶ ματαιότητος λογισμῶν εἴδωλον ἀναπλάσαντες ;

CAP. II.

VERS. 1, 2. *Congregamini et colligamini, gens inerudita, antequam fiat sitis vos sicut flos pertransiens die, antequam superveniat in vos ira Domini, antequam irruat super vos ira furoris Domini.*

XIII. Postquam belli importunitatem, futuræque calamitatis atrocitatem expressissime declaravit, rursus sermonem ad pœnitentiam commode transfert, ad quam eos vocari vult, quando verisimile erat eum facile persuasurum, timentibus videlicet. Interdum enim animo obdurato, et ad turpiora et exsecranda magnopere inclinato, haud facile voluntatem saltem pœnitentiæ agendæ concipimus, quo tamen sæpe terror invitos compellit. Ad suam igitur amicitiam invitat. Sicut enim eos ab illo descivisse

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Συνάχθητε καὶ συνδέθητε, τὸ ἔθνος τὸ ἀπαίδευτον, πρὸ τοῦ γενέσθαι ὑμᾶς ὡς ἄνθος παραπορευόμενον ἡμέρᾳ, πρὸ τοῦ ἐπελθεῖν ἐφ' ὑμᾶς ὀργὴν Κυρίου, πρὸ τοῦ ἐπελθεῖν ἐφ' ὑμᾶς ἡμέραν θυμοῦ Κυρίου.

ΙΓ'. Παραδείξας εὖ μάλα τοῦ πολέμου τὴν ἀγριότητα, καὶ τῆς ἐσομένης συμφορᾶς τὸ μέγεθος, μεθίστησι πάλιν ἐπὶ καιροῦ τὸν λόγον ἐπὶ τὸ χρῆναι καλεῖν εἰς μετάγνωσιν, ὅτε καὶ ἦν ἀναπείσειν εὐκόλως, εἰκὸς δή που πεφοβημένους. Ἀπεσκληκότος γὰρ ἔσθ' ὅτε τοῦ νοῦ καὶ πολὺ λίαν διανενευκότος εἰς τὰ αἰσχίω καὶ βδελυρώτερα, οὐκ εὐκόλως προσιέμεθα τὸ κἂν γοῦν ἐλέσθαι μετανοεῖν, συνωθεῖ δὲ πολλάκις εἰς τοῦτο καὶ οὐχ ἑκόντας τὸ δεῖμα. Καλεῖ τοίνυν εἰς οἰκειότητα τὴν πρὸς αὐτόν. Ὥσπερ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γὰρ αὐτοὺς ἀποστῆναί φαμεν, καὶ ἀλλοτρίους γενέσθαι, λελατρευκότας εἰδώλοις, καὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐπιδόντας τὸν νοῦν· οὕτω πάλιν ἀνόπιν ὥσπερ ἰέναι νοήσομεν, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἐπιδράττεσθαι, προσκυνεῖν ἐλομένους αὐτῷ δὴ καὶ μόνῳ, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ παρακολουθεῖν θεσπίσμασιν. Ἔθνος γε μὴν ἀπαίδευτον τὸ ἐξ Ἰσραὴλ ὀνομάζει γένος, ὡς καὶ αὐτὴν ἀτιμάζον τὴν ἀρχαίαν ἐντολήν, καὶ διωθούμενον ἀνοσίως τὸν παιδαγωγοῦντα νόμον, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος ἐπιεικείας ἀποκομίζειν δυνάμενον. Ἀπειλεῖ δὲ πάλιν ὡς, εἰ μὴ συνδεθεῖεν αὐτῷ, κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένους τρόπους, διοίσουσι μὲν κατ' οὐδὲν ἀνθέων τῶν ἐν ἀγροῖς, ἃ σαθρά τέ ἐστι, καὶ εὐμάραντα, ὑποπεσοῦνται δὲ πάντως τοῖς ἐξ ὀργῆς. Οὐκοῦν « ἕως καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας. » Ἕως ἐνδίδωσιν ὁ Δεσπότης, ποιώμεθα τὴν μετάγνωσιν. Συνάπτωμεν ἑαυτοὺς δι' ἁγιασμοῦ καὶ πίστεως. Σκεπασθησόμεθα γὰρ οὕτως ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ τὴν ἐκ τῶν πταισμάτων κηλῖδα διανιψόμεθα πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐφ' ἡμᾶς ἡμέραν Θεοῦ.

A diximus, et alienos evasisse cum idolis serviissent, animumque affectibus vitiosis corrumpendum tradidissent : sic contra quasi retrorsum ire, divinamque benevolentiam adipisci intelligemus, qui eum et solum adorare, et oraculis ejus obtemperare non refugerint. Gentem porro Israeliticam vocat ineruditam, utpote quæ et ipsum mandatum vetus contempserit, et legem, a qua, ut pædagogo, instituebatur [19], et ad omne genus probitatis deduci poterat, nefarie repulerit. Minatur rursum, nisi secum colligati fuerint, quibus modis hactenus diximus, non dissimiles futuros floribus agrestibus, languescentibus et facile marcescentibus, omninoque divinam animadversionem experturos. Quocirca, « dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes [20]. » Quandiu permittit Dominus, pœnitentiam agamus. Per sanctificationem et fidem nos cum illo colligemus. Sic enim protegemur in die iræ, et contractam ex lapsibus nostris maculam, priusquam veniat super nos dies Domini, abluemus.

Ζητήσατε τὸν Κύριον, πάντες ταπεινοὶ γῆς, κρῖμα ἐργάζεσθε, καὶ δικαιοσύνην ζητήσατε, καὶ ἀποκρίνασθε αὐτά, ὅπως σκεπασθῆτε ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς Κυρίου.

Vers. 3. *Quærite Dominum, omnes humiles terræ, judicium operamini, et justitiam* **594** *quærite, et respondete ea, ut protegamini in die iræ Domini.*

ΙΔ'. Τίνα δὴ τρόπον συνδεθεῖεν αὐτῷ, καίτοι βδελυρὸν ὄντες ἔθνος, καταμηνύει σαφῶς. Ζητεῖν γὰρ ἐπιτάττει τὸν Κύριον, κρῖμά τε ἐργάζεσθαι, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀποκρίνεσθαι αὐτά. Ζητεῖται μὲν οὖν πρὸς ἡμῶν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ διψῆν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα δρᾶν, ῥᾳθυμίας ἁπάσης ἐξῃρημένης. Ἐργασόμεθα δὲ καὶ τὸ κρῖμα, τὸν θεῖον αὐτοῦ νόμον ἀποπεραίνοντες, ἀοκνότατα δὲ κατορθοῦντες τὴν ἀρετήν. Κερδανοῦμεν δὲ πάλιν τῆς δικαιοσύνης τὴν δόξαν, τοῖς ἐξ ἀγαθουργίας αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένοι, καὶ τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀμώμητον ἀληθῶς τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβίας, καὶ τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης διάττοντες τρίβον. « Πλήρωμα γὰρ νόμου ἡ ἀγάπη. » Δεῖ δὲ, οἶμαι, προσεπενεγκεῖν οἷς ἔφην, τὸ, « ἀποκρίνεσθαι αὐτά, » τουτέστι, τὸ καὶ ἑτέροις προσλαλεῖν, καὶ νουθετεῖν ἀδελφούς· ἐσόμεθα γὰρ οὕτως, καὶ οὐχ ἑτέρως ἄρτιοι πρὸς ἀρετήν. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος τὸν ἔργῳ τε καὶ λόγῳ δοκιμώτατον ἔφη μέγαν κληθήσεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ἐλάχιστον δὲ τὸ εἰσηγεῖσθαι μὲν μεμελητηκότα, καὶ ἀποχρῶντα εἰς τοῦτο, μὴ μὴν ἔτι καὶ δρᾶν ἀνεχόμενον, ἅπερ ἂν εὖ ἔχειν οἴηται, καὶ κατορθοῦν ἐπιτάττῃ τισί. Ταλανίζει δέ που καὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, οὕτω λέγων· « Οὐαὶ ὑμῖν! ὅτι δεσμεύετε φορτία δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτίθετε τοῖς ἀνθρώποις, αὐτοὶ δὲ, φησὶν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἄκρῳ δακτύλου προσψαύετε αὐτοῖς. » Τελεωτάτης οὖν ἄρα θρησκείας ἀπόδειξις, τὸ καὶ κατορθοῦν ἀρετὴν, εἰσηγεῖσθαι δὲ καὶ ἑτέροις, δι' ὧν ἂν γένοιντο λαμπροί. Ὅτι δὲ οὐκ ἄμισθος ὁ ἐπὶ τῷδε πόνος, σαφηνιεῖ λέγων ὁ Χριστοῦ μαθητὴς, ὅτι « Ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρ-

XIV. Quonam modo queant ipsi Domino colligari, quamvis detestanda gens, aperte docet. Jubet enim quærere Dominum, judiciumque, et justitiam operari, et respondere ea. Quæritur ergo a nobis Deus, si, seclusa omni socordia, ardenter optemus efficere quæ illi accepta sunt. Operabimur etiam judicium, divinam ejus legem exsequentes, et virtuti impigerrime servientes. Lucrifaciemus insuper gloriam justitiæ, recte factorum ornamentis pulcherrime cohonestati, gloriosamque, et vere nulli reprehensioni affinem, in Deum et fratres charitatis viam currentes. « Plenitudo enim legis est dilectio [21]. » Dictis porro addendum opinor, « respondere ea : » hoc est, et alios alloqui, et admonere fratres : ita enim, non aliter, virtutis numeros consequemur. Sic etiam Dominus verbo et opere probatissimum, magnum vocatum iri dixit in regno cœlorum : contra minimum, qui studuerit quidem docere quæ huc sufficiant, nec tamen facto præstare volentem quæ probaverit, et legitime præstare alios jusserit [22]. Deplorat item alicubi Judæorum magistros his verbis : « Væ vobis, quoniam alligatis onera importabilia, et imponitis ea in humeros hominum, ipsi autem, inquit, nec ad punctum temporis primoribus digitis attingitis [23]. » Perfectissimæ igitur religionis indicium, et ipsum virtutis officia exsequi, et explicare aliis, quibus claritatem adipiscantur. Non cariturum autem præmiis laborem hujusmodi, declarabit Christi discipulus : « Qui converterit peccatorem ab errore viæ suæ, servabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum [24]. » Si quis autem existimaverit, illud, « respon-

[19] Galat. III, 24. [20] Galat. VI, 10. [21] Rom. XIII, 10. [22] Matth. V, 19. [23] Matth. XXIII, 4. [24] Jac. V, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dere ea,» significare, convenire ea meditari, intelligat et ita sane. Nam et Mosis lex de oraculis divinis ita præcepit : « Et loqueris in eis sedens in domo, et ambulans in foro, dormiens et surgens[25].» Psallit quoque David : « Et meditabor in justificationibus tuis semper[26]. »

τιῶν.» Εἰ δὲ δή τις οἴοιτο, τὸ « ἀποκρίνεσθαι αὐτὰ, » καταδηλοῦν, ὅτι μελέτην αὐτὰ ποιεῖσθαι προσήκει, καὶ τῇδε νοείτω Προστέταχε γὰρ καὶ ὁ Μωσέως νόμος περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ λογίων, ὅτι « Καὶ λαλήσεις ἐν αὐτοῖς καθήμενος, καὶ πορευόμενος ἐν ἀγορᾷ, κοιταζόμενος, καὶ διανιστάμενος. » Ψάλλει δὲ καὶ ὁ Δαβίδ· « Καὶ μελετήσω ἐν τοῖς δικαιώμασί σου διαπαντός. »

Vers. 4. *Quia Gaza direpta erit, et Ascalon in desolationem, et Azotus meridie projicietur, et Accaron eradicabitur.*

Διότι Γάζα διηρπασμένη ἔσται, καὶ Ἀσκάλων εἰς ἀφανισμὸν, καὶ Ἄζωτος μεσημβρίας ἐκριφήσεται, καὶ Ἀκκαρὼν ἐκριζωθήσεται.

XV. Rursum œconomice procedit sermo, et quodam tempore futura ad solatium Israelitarum prænuntiat. Dicam quomodo. **595** Eversa Hierosolyma, totaque Judæa per Nabuchodonosorem subjugata, vicinæ alienigenarum urbes miserorum calamitate lætabantur, vastitatemque perpessos irridebant, sacrificabantque diis suis, ut qui omnibus odiosum genus hominum totum perdidissent. Audebant insuper dicere, nihil sibi commodare in Deo confidere, reipsa ostensum esse, et opinabantur Babyloniorum vires quamvis cœlesti auxilio prævaluisse. Quod si forte quispiam Judæus, domo et patria relicta tempore belli aufugiens, ad vicinos ut salutem quæreret se contulisset, hic pejus se habebat, cum qui misericordiam navare debebant, Babylonios crudelitate superarent. Quocirca infelices illi adversus Dei gloriam insolescebant, asperoque et immites afflictis se præbebant, non solum commiserationem nullam tribuentes, sed etiam immaniter stultitia sua captivos divexantes. Quid ergo? Post hæc, suo tempore, Cyro tandem dimittente, e captivitate redierunt Israelitæ, et Hierosolymis constituti urbem reædificarunt, et templum instaurarunt. Jamque Deo bene juvante, in spe status felicioris erant. Hæc cum Gazæi, et Ascalonitæ, et Azotii, et Accaronitæ, Moabitæ, et Idumæi, et Ammanitæ, et aliæ præterea gentes cognovissent, invidiæ flamma colliquescebant, et muro urbem cingentes impedire conabantur[27]. Quare agmine facto qui captivi redierant, in eos bellatum iverunt, et in valle Josaphat prælio dimicatum est : ubi Deo Israelem corroborante, ceciderunt interfectique sunt adversarii. Adeo autem potenter gentium urbes subegit, ut eas ad solitudinem redigeret et gregum stabula efficeret. Hujus historiæ nunc meminit, promissionem habentis, primum quidem reversionis e captivitate, deinde futuræ gloriæ, ac victoriæ contra omnes. Direptum enim iri Gazam ait, perituram Ascalonem, Azotum in meridie, hoc est palam, projiciendam, nec latronum more, sed manifeste et lege belli ; Accaronem vero eradicatum iri. Scitissime autem ad nominis significatum minando alludit. Redditur enim Accaron *eradicatio*. Quod ipsam passuram dicit, ut quæ ipsa appellatione calamitatem sibi importandam complectatur.

ΙΕ'. Οἰκονομεῖται πάλιν ὁ λόγος, καὶ προαπαγγέλλει τὰ ἐσόμενα κατὰ καιροὺς εἰς παράκλησιν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ τί δὴ τοῦτο, ἐρῶ. Πεπορθημένων τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ ἁπάσης δὲ τῆς Ἰουδαίας κατειλημμένης ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ, αἱ περίοικοι τῶν ἀλλοφύλων πόλεις ἐπεγάννυντο τοῖς πεπονθόσι, καὶ κατεμειδίων τῶν πεπορθημένων, ἔθυον δὲ καὶ τοῖς ἰδίοις θεοῖς, ὡς τὸ πᾶσιν ἀπηχθημένον ἀπολωλεκόσι γένος. Ἀπετόλμων δὲ λέγειν, ὡς ἀνόνητον αὐτοῖς τὸ ἐπὶ Θεῷ πεποιθέναι διὰ πραγμάτων αὐτῶν ἐξελήλεγκται, ᾧοντό τε ὅτι καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας εὐσθενεστέρα ἡ τῶν Βαβυλωνίων ἐγένετο χείρ. Εἰ δὲ δή πού τις τῶν ἐκ τῆς Ἰουδαίας τὰ οἴκοι μεθεὶς, καὶ τῆς ἐνεγκούσης ἀποδραμὼν κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, ὡς πρὸς ὁμόρους ἀφίκετο σώζεσθαι προσδοκῶν, οὗτος ἦν ἐν χείροσιν, ὠμοτέροις τῶν Βαβυλωνίων περιτυχὼν, τοῖς κατοικτείρειν ὀφείλουσιν. Οὐκοῦν κατεσοβαρεύοντο τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης οἱ τάλανες, σκληροί τε καὶ ἀτεγκτοι τοῖς πεπραχόσιν ἀθλίως συνήντων, τὸ συναλγεῖν παραιτούμενοι· μᾶλλον δὲ καὶ ἀγρίως τῇ παρ' ἑαυτῶν σκαιότητι τοὺς ἀλόντας ἐπιφορτίζοντες. Τί οὖν ; Μετὰ τοῦτο ἐπανῆκον μὲν κατὰ καιρὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, Κύρου μόλις ἀνέντος, καὶ δὴ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις γεγονότες ἀνετείχιζον τὴν πόλιν, καὶ τὸν ναὸν ἀνεδείμαντο. Καὶ ἦσαν ἥδηπερ ἐν ἐλπίσι λοιπὸν τοῦ εὐημερεῖν, προαισπίζοντος τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ταῦθ' οὕτως πράττεσθαι μεμαθήκασι, Γαζαῖοί τε καὶ Ἀσκαλωνῖται, καὶ μὴν καὶ Ἀζώτιοι, καὶ οἱ ἐκ τῆς καλουμένης Ἀκκαρὼν, Μωαβῖται, καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ Ἀμμανῖται, ἕτερά τε ἄττα πρὸς τούτοις ἔθνη, τῇ τοῦ φθόνου κατετήκοντο φλογὶ, καὶ διακωλύειν ἤθελον περιφράττοντας τείχει τὴν πόλιν, καὶ δὴ συναγηγερμένοι τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνακεκλημένων κατεστρατεύοντο. Καὶ συγκεκρότηται μὲν ἡ μάχη κατὰ τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ· πεπτώκασι δὲ καὶ ἀνῃρηνται, Θεοῦ νευροῦντος τὸν Ἰσραήλ. Εἷλον δὲ οὕτω κατακράτος τὰς τῶν ἐθνῶν πόλεις, ὡς εἰς ἐρημίαν αὐτὰς καταστῆσαι, καὶ ποιμνίων ταύτας ἀποφῆναι σηκούς. Ταύτης διαμέμνηται τῆς ἱστορίας εἰς τὸ παρὸν, ἐπαγγελίαν ἐχούσης, πρῶτον μὲν τῆς ἐπανόδου τῆς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας· εἶτα τῆς ἐσομένης εὐκλείας, καὶ τῆς κατὰ πάντων νίκης. Διαρπασθήσεσθαι μὲν γὰρ τὴν Γάζαν φησὶν, οἰχήσεσθαι δὲ τὴν Ἀσκάλωνα πρὸς ἀφανισμὸν, καὶ Ἄζωτον μεσημβρίας ἐκριφήσεσθαι, τουτέστι φανερῶς, καὶ οὐ τρόπῳ λῃστρικῷ, ἀλλ' ἐναργῶς, καὶ πολέμου νόμῳ· τὴν γε μὴν Ἀκκαρὼν ἐκριζωθήσεσθαι. Εὐφυῶς δὲ λίαν πρὸς τὴν τοῦ ὀνόματος δήλωσιν ποιεῖται τὴν

[25] Deut. VI, 6, 7. [26] Psal. CXVIII, 117. [27] II Esdr. III, IV.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀπειλήν. Ἑρμηνεύεται γὰρ Ἀκχαρὼν *ἐκριζωσις*. Τοῦτο δὲ αὐτὸ πείσεσθαί φησιν αὐτὴν, οἷον ἔχουσαν ἐν τῇ κλήσει τῆς ἐπενεχθησομένης αὐτῇ συμφορᾶς

Οὐαὶ οἱ κατοικοῦντες τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης, πάροικοι Κρητῶν! Λόγος Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς, Χαναάν, γῆ ἀλλοφύλων.

ΙϚ'. Ἀποχρώντως ἀπειλήσας, καὶ τὰ ὅσον οὔπω συμβησόμενα προαπηγγελκὼς τοῖς τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦσι, Γαζαίοις τε, φημὶ, καὶ Ἀσκαλωνίταις, Ἀζωτίοις τε καὶ τοῖς ἐξ Ἀκχαρὼν, τὸν ἴσον ὑφαίνει λόγον καὶ ἐπὶ ταῖς Φοινίκης, μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων ταῖς πρὸς τῇ θαλάσσῃ κειμέναις. Ταύτητοί φησιν· « Οὐαὶ οἱ κατοικοῦντες τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης! » Ἐπειδὴ δὲ πολλαὶ τῶν κατὰ τὴν Παλαιστίνην πόλεων τῇ θαλάσσῃ προσῳκήκασιν, ἀποδιιστὰς ὥσπερ τὰς σημαινομένας, εἰς τὸ παρὸν παροίκους Κρητῶν αὐτὰς ἀποκαλεῖ, ἵν' ἐντεῦθεν νοῶμεν τοὺς τῆς Φοινίκης οἰκήτορας. Κρῆτες γὰρ, καὶ Λίβυες διείργοντο μὲν ἀλλήλων μεσολαβούσης θαλάσσης, ὀλίγοις κομιδῇ διαστήμασιν. Ὡς γὰρ ὁ πολὺς ἔχει λόγος, ἀνέμου πνέοντος, ἔσθ' ὅτε τῶν ἐκ Κρήτης βοτανῶν διάττουσιν αἱ ὀσμαὶ καὶ τοὺς ἐν Λιβύῃ κτείνουσι θῆρας, ἑρπετά τε, φημὶ, καὶ τὰ τῶν ἰοβόλων ἔθνη. Τετάχαται δὴ οὖν Λίβυές τε καὶ Κρῆτες ὡς ἔθνος ἓν. Ἐντεῦθεν κατὰ καιροὺς ἀποικίαν στείλαντες, τὰς ἐν Φοινίκῃ κατῳκήκασι, καὶ ἀνεδείμαντο πόλεις, καθάπερ ἀμέλει καὶ Καππαδόκαι κατὰ καιροὺς τὰς τῆς Παλαιστίνης. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς διὰ φωνῆς Ἀμῶς· « Οὐχ ὡς υἱοὶ Αἰθιόπων ὑμεῖς ἐστε ἐμοὶ, υἱοὶ Ἰσραήλ; λέγει Κύριος. Οὐ τὸν Ἰσραὴλ ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐκ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς Σύρους ἐκ βόθρου; » Καὶ ἀλλοφύλους μὲν τοὺς Παλαιστηνοὺς ὀνομάζει, Σύρους γε μὴν τοὺς Φοίνικας, οὓς καὶ ἀναγαγεῖν ἐκ βόθρου διϊσχυρίζεται, βόθρον, οἶμαι, τὴν Λιβύην ἀποκαλῶν, διὰ τὸ εἶναί που τάχα κοίλην τε καὶ χθαμαλὴν τὴν χώραν. Κατευρύνεται γὰρ εἰς κόλπους ἡ παρ' αὐτοῖς θάλασσα, μονονουχὶ καὶ ἀναφευγούσης ἀνόπιν τῆς χέρσου, καὶ τοῖς ὅτι μάλιστα νοτιωτάτοις κλίμασιν εἰσδυομένης. Ἰστέον δὲ ὅτι ἀντὶ τοῦ βόθρου, Κυρήνην ὠνόμασαν οἱ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν, ὅτι Λιβύων ἄποικοι Φοίνικες ἀποφαίνονται ἐναργέστερον· Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐστὶν ἐπισημοτάτη πόλις. Λόγος τοίνυν, φησὶ, Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς. ὦ πάροικοι τῶν Κρητῶν, ἤγουν Λιβύων. Τὸ δὲ *πάροικοι* φησὶν ἀντὶ τοῦ ἄποικοι, καὶ μετανάσται. Χαναὰν δὲ πάλιν αὐτοὺς ἀποκαλεῖ. Χαναναῖοι γὰρ ἦσαν ἅπαντες οἱ τὰς Φοινίκης κατοικοῦντες πόλεις, εἰ καὶ γεγόνασιν ἀπ' ἀρχαῖς ἄποικοι Κρητῶν. Ἰστέον δὲ πάλιν, ὅτι οἱ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν ἀντὶ τοῦ « Πάροικοι Κρητῶν » ἐκδεδώκασι, « Λόγος Κυρίου πρὸς ὑμᾶς, ἔθνος ὠλοθρευμένον. » Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀναγκαῖον ἀκολουθῆσαι πάλιν καὶ τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα γραφῇ, τὰ ἐκ τῆς ἱστορίας παρηγάγομεν εἰς μέσον, ἃ φέρει μὲν εἰς ἡμᾶς ἡ παράδοσις, ἐπεσφράγισε δὲ ὡς ἀληθῆ καὶ ὁ τοῦ προφήτου λόγος.

A

596 Vers. 5. *Væ, qui habitatis funiculum maris, advenæ Cretensium. Verbum Domini super vos. Chanaan, terra alienigenarum.*

XVI. Sufficienter minatus, et mox apparitura vaticinatus Palæstinam habitantibus, Gazæis, inquam, et Ascalonitis, Azotiis, et Accaronitis, eadem de urbibus Phœnices dicit, et imprimis de iis quæ ad oram maris sitæ sunt. Idcirco ait : « Væ qui habitatis funiculum maris. » Quoniam vero complures Palæstinorum urbes erant maritimæ, distinguens quasi de quibus vocatur, in præsens advenas Cretensium eas nominat, ut hinc Phœnices incolas intelligamus. Cretenses enim et Libyes mari, perparvo tamen intervallo, dirimebantur. Nam, ut fama B est, vento spirante nonnunquam herbarum ex Creta odor delatus, feras in Libya interemit, reptilia dico, et venenatorum genera. Itaque Libyes et Cretenses pro una gente ponuntur. Hinc aliquando deducta colonia habitarunt, et in Phœnicia civitates, quemadmodum videlicet etiam aliquando Cappadoces in Palæstina, instaurarunt. Proinde ait Deus per Amos : « Nonne ut filii Æthiopum vos estis mihi, Israel ? dicit Dominus. Nonne Israel eduxi ex Ægypto, et alienigenas ex Cappadocia, et Syros ex fovea [23] ? » Et alienigenas quidem Palæstinos nominat, Syros autem Phœnices, quos et ex fovea se eduxisse affirmat, foveam, uti reor, Libyam appellans, quia fortassis cava et depressa sit regio. In sinus enim mare apud eos dilatatur, terra propemodum refugiente et in oras maxime australes recedente. Sciendum porro pro fovea quosdam interpretes Cyrenem posuisse, quos Libyum colonos C esse manifesto constat : Cyrene enim Libyæ urbs est illustrissima. Ait igitur : Verbum Domini super vos, o advenæ Cretensium, sive Libyum. *Advenæ* dicit pro colonis, et qui solum mutarunt. Ad hæc Chanaan eos nominat. Chananæi enim erant omnes Phœniciæ urbium incolæ, tametsi essent ab initio coloni Cretensium. Rursus tenendum est, alios interpretes pro « Advenæ Cretensium » edidisse, « Verbum Domini ad **597** vos perditos. » Quia vero nos Septuaginta scripturam sequi oportebat, historiam in medium attulimus, quam traditione accepimus, et ut veram prophetæ sermo obsignavit.

Καὶ ἀπολῶ ὑμᾶς ἐκ κατοικίας, καὶ ἔσται Κρήτη νομὴ ποιμνίων, καὶ μάνδρα προβάτων. Καὶ ἔσται τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης τοῖς καταλοίποις οἴκου Ἰούδα. Ἐπ' αὐτοὺς νεμήσονται ἐν τοῖς

D

Vers. 6, 7. *Et perdam vos de habitatione, et erit Creta pascua gregum, et ovile ovium. Et erit funiculus maris iis qui reliqui sunt de domo Juda. Super ipsos pascentur in domibus Ascalonis, vespere diver-*

[23] Amos IX, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ulciscar super principes, et super domum regis, et super omnes qui induti sunt indumentis alienis. Et ulciscar manifeste super omnes qui in vestibulis sunt in illa die, qui implent domum Domini Dei sui impietate et dolo.

VI. Tria sunt in quibus urbium regionumque felicitas consistit, regnum, magistratuum in eo ordines, laudatum ab omnibus sacerdotium. Hæc si bene habuerint, unumquodque pro **585** dignitate sua, bene habebunt quæ cujusque subjecta sunt, et saluti atque incolumitati populorum consuletur. Sin autem via obliqua ac detorta cucurrerint, omnia statim invenuste procedent, et quasi temulentos ad exitium reddent. Quemadmodum enim dolente capite etiam reliqua membra pariter dolorem sentire et ægrotare necesse est : ita principibus ad vitium detortis, et propensione ad vitia laborantibus, subditos similiter corrumpi oportet. Solent enim subditi dominorum voluntates sequi, et ad eorum exemplum componi. In die igitur, inquit, sacrificii Deo placentis, hoc est, tempore quo teterrimis peccatis obstrictorum trucidationes perpetrabuntur, in eas res quæ gloria cæteris antecellunt, et primum locum tenent, ultrix ira invadet. Ea autem sunt, domus regis, et illi vicina statim, gloria et honore illustrium, et tertia post ipsos cæteris quoque a Deo prælata divinorum sacerdotum, qui et ipsi pro ordine sacerdotii populi duces ac principes numerantur. Quos exagitat vehementer, ut qui se cooperiant vestimentis alienis, hoc est, eo usque jam Deum diligere desiisse, ut quæ olim per Mosen divinitus mandata sunt, contemnere auderent, et cum eos ad sacra peragenda tempus vocaret, nec ipsum sacerdotii cultum sive habitum retinerent. Sicut igitur Aaronis filii igne consumpti sunt [90], et eo crimine accusabantur, quod alienum ignem altari imposuissent : ad eumdem modum et hi de quibus loquimur, pœnas reposcentur, quia ornatum sibi convenientem aspernati, ut sacerdotibus dignum erat, pro legislatoris voluntate non sint induti, sed in vestibus alienis perfungi sacris non dubitarint. Est autem et hoc summi contemptus argumentum, ostenditque eos legem in postremis duxisse. Jam igitur quo pacto cogitare licet, legis observationem aliis curæ fuisse, si eam principes ipsi neglexerunt? Idcirco inquit, « Ulciscar manifeste super omnes qui in vestibulis sunt. » Sententia subest hujusmodi : Israelem toties peccantem. et prophetis dicto minime audientem, ad pœnitentiam vocabat, externis afflictionibus eum corrigens ut pater, nonnunquam etiam corpora eorum tangens. Exempli gratia, vento pestilenti fructus in agro percussit : aut bruchum aliquando, et locustam, aut erucam, aut rubiginem, quæ vocatur, confertim **586** immisit. Afflixit etiam inflammatione et ictero, juxta vocem

[90] Levit. x, 1, 2.

A *κήσω ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐνδεδυμένους ἐνδύματα ἀλλότρια. Καὶ ἐκδικήσω ἐμφανῶς ἐπὶ πάντας ἐπὶ τὰ πρόπυλα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τοὺς πληροῦντας τὸν οἶκον Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ἀσεβείας καὶ δόλου.*

Ϛ'. Τρία ταῦτά ἐστι τὰ δι' ὧν ἂν εὖ ἔχοιεν πόλεις τε καὶ χῶραι, βασιλεία τε καὶ τὰ ὑπ' αὐτὴν τῶν ἐξουσιῶν τάγματα, καὶ ἡ διαβόητος ἱερωσύνη. Ταῦτα δὲ εἰ μὲν ἔχοι καλῶς, κατά γε τὸ ἑκάστῳ πρέπον, εὖ ἂν ἔχοι τὰ ὑπ' αὐταῖς πράγματα, καὶ σώζεται τὸ ὑπήκοον. Εἰ δὲ τὴν διεστραμμένην ἕλοιντο τιμᾶν, καὶ μὴν καὶ εὐθὺς διάττοιεν τρίβον, ἅπαντα πρὸς τὸ ἀκαλλὲς οἰχήσεται, καὶ μονονουχὶ καταμεθύσει πρὸς ὄλεθρον. Ὥσπερ γὰρ, εἰς τὴν τοῦ σώματος κεφαλὴν B ἀλγήματος γεγονότος, συναισθάνεσθαί τε αὐτῇ καὶ συναρρωστεῖν ἀναγκαῖον τὰ λοιπὰ τῶν μελῶν· οὕτω καὶ τῶν ἡγουμένων ἐκτετραμμένων ἐπὶ τὸ φαῦλον καὶ μέντοι ῥοπὴν τὴν εἰς χεῖρω νενοσηκότων, συγκαταφθείρεσθαί πως ἀνάγκη τοὺς ὑπεζευγμένους. Φιλεῖ γάρ πως τὸ ὑπήκοον ταῖς τῶν λαχόντων κρατεῖν ἕπεσθαί τε καὶ ὑποφέρεσθαι γνώμαις. Ἐν ἡμέρᾳ τοίνυν, φησὶ, τῆς ἀνδανούσης Θεῷ θυσίας, τουτέστιν, ἐν καιρῷ καθ' ὃν ἂν γένοιτο τῶν τὰ πάνδεινα πεπλημμεληκότων ἡ σφαγὴ, ἐπ' αὐτὰ δὴ, καὶ πρῶτα, καὶ τῶν ἄλλων ἐξῃρημένα κατὰ τὴν δόξαν καὶ προεκκείμενα πράγματα, βαδιεῖται τὰ ἐξ ὀργῆς. Ταῦτα δέ ἐστιν, ὁ τοῦ βασιλεύοντος οἶκος, καὶ ὁ γείτων εὐθὺς τῶν ἐν δόξῃ καὶ περιφανείᾳ κειμένων, καὶ τρίτος C ἐπ' αὐτοῖς ὁ καὶ τῶν ἄλλων παρὰ Θεῷ προτιμότερος ὁ τῶν θείων ἱερουργῶν· ἄρχοντες δὲ καὶ αὐτοὶ, καὶ λαῶν ἡγούμενοι, κατά γε τῆς ἱερωσυνῆς τὴν τάξιν. Αἰτιᾶται δὲ λίαν αὐτοὺς, ὡς ἐνδεδυμένους ἐνδύματα ἀλλότρια, τουτέστιν, εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀφιλοθεΐας ἐγμένους, καὶ τῶν πάλαι διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων καταφρονεῖν ῥηγμένους, ὡς μηδὲ αὐτὸ τὸ τῆς ἱερωσύνης σχῆμα τηρεῖν, καιροῦ καλοῦντος αὐτοὺς ἐπί γε τὸ δεῖν ἀποπεραίνειν τὰ ἱερά. Ὥσπερ οὖν οἱ ἐξ Ἀαρὼν γεγονότες δεδαπάνηνται πυρὶ, καὶ ἦν αὐτοῖς ἐπίκλημα καὶ ἡ γραφὴ, τὸ ἀλλότριον ἐπιθεῖναι τῷ θυσιαστηρίῳ πῦρ· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ οὗτοι, περὶ ὧν ἦν ὁ λόγος, ἐξαιτοῦνται δίκας, ὅτι τῆς πρεπούσης αὐτοῖς εὐκοσμίας ἠφειδηκότες, ἱεροπρεπῶς μὲν οὐκ ἐστέλλοντο κατά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ D δοκοῦν, ἐνδύμασι δὲ ἀλλοτρίοις ἠμφιεσμένοι, ὁρᾷν ἀπετόλμων τὰ ἱερά. Ἀπόδειξις δὲ καὶ τοῦτό ἐστι καταφρονήσεως τῆς ἐσχάτης, καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξιοῦσθαι λόγου παρ' αὐτοῖς τὸν νόμον. Εἶτα πῶς ἦν ἐννοεῖν ἐν φρονιδι γενέσθαι τοῖς ἄλλοις τοῦ νόμου τὴν τήρησιν, εἰ μηδεὶς αὐτοῦ τοῖς ἡγουμένοις ὁ λόγος; Ταύτῃτοί φησιν· « Ἐκδικήσω ἐμφανῶς ἐπὶ τὰ πρόπυλα. » Καὶ ὃ βούλεται δηλοῦν, ἔστι τοιοῦτον· Πλημμελοῦντα πλειστάκις τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τοῖς διὰ τῶν προφητῶν οὐκ εἰκοντα λόγοις, ἐκάλει πρὸς μετάγνωσιν, ταῖς ἔξωθεν λύπαις ἐπανορθῶν ὡς πατὴρ, ἁπτόμενος δὲ καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἔσθ' ὅτε. Οἷόν τί φημι, ἐπάταξεν ἐν ἀνεμοφθορίᾳ τοὺς ἐν ἀγρῷ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καρποὺς, ἢ βροῦχον ἔσθ' ὅτε καὶ ἀκρίδα καθεὶς, ἢ κάμπην ἐπισωρεύσας, ἢ τὴν καλουμένην ἐρυσίβην. Ἀελύπηκε δὲ καὶ ἐν πυρώσει, καὶ ἐν ἰκτέρῳ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ταῦτα κατὰ καιροὺς ἐπιφέρων, οἷον ἔπληττε λεληθότως. Νυνὶ δὲ, φησὶν, « Ἐκδικήσω ἐμφανῶς ἐπὶ τὰ πρόπυλα, » τουτέστιν, οὐ λεληθότως ἐποίσω τὰ ἐξ ὀργῆς· οὐ βροῦχος ἔσται καὶ ἐρυσίβη τὰ καθ' ὑμῶν, οὐκ ἀῤῥωστία σωματικὴ, ἀλλὰ γυμνῶς ἀποστίλβον τῶν πολεμίων τὸ ξίφος, καὶ τοῖς εἰς ἐμὲ δεδυσσεβηκόσιν ἀπειλοῦν τὸν ὄλεθρον, καὶ εἰς αὐτὰ τοῦ ναοῦ τὰ πρόπυλα καταφθεῖρον ὡμῶς τοὺς πληροῦντας τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ αὐτῶν ἀσεβείας καὶ δόλου. Τίς οὖν ἡ ἀσέβεια; τίς δὲ καὶ ὁ δόλος; Ἕτερος ἡμῖν προφήτης σαφηνίζει λέγων περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· « Οἱ ἡγούμενοι αὐτῶν μετὰ δώρων ἔκρινον, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο. » Καὶ μὴν καὶ ὁ σοφὸς Ἡσαΐας ἀποτείνεταί που πρὸς αὐτὴν, καί φησιν· « Οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς.

A prophetæ. Hæc [in illos aliquando immittens, quasi occulte eos feriit. Ast nunc, inquit, « Ulciscar aperte super vestibula, » hoc est, non occulte puniam iratus: quæ nocebunt vobis, non erunt bruchus, et rubigo, non morbus corporis, sed strictus et coruscus hostium gladius, impietatis in me reis exitium minitans, et usque ad ipsa templi vestibula interficiens crudeliter, qui domum Dei sui impietate et dolo repleverunt. Quænam igitur hæc impietas, aut quis dolus? Alius propheta id exponit, cum dicit de Jerusalem: « Duces ejus cum muneribus judicabant, et prophetæ ejus cum argento divinabant [97]. » Quin et sapiens Isaias multis verbis in Synagogam invehens, « Principes tui, inquit, inobedientes, socii furum [98], » et quæ sequuntur.

Προσεκτέα δὴ οὖν τοῖς τῶν θείων θυσιαστηρίων ἱερουργοῖς, μὴ ἄρα πως ταῖς τοιαῖσδε περιπίπτοιεν γραφαῖς. Τυπικῶς μὲν γὰρ οἱ πάλαι τὴν ταῖς ἱερουργίαις πρέπουσαν ἐδέχοντο στολήν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας ἐνέστηκεν ὁ καιρὸς, ἄμφιον ἔστω λαμπρὸν, καὶ στολή τις ὥσπερ ἱεροπρεπὴς ἑκάστῳ τῶν κεκλημένων εἰς λειτουργίαν, πίστις ὀρθὴ καὶ ἀμώμητος, βίος εὐαγγελικὸς, πολιτεία σεμνὴ καὶ ἐννομωτάτη, καὶ τρόπος ὀρθὸς, λημμάτων αἰσχρῶν οὐχ ἡττώμενος, φρονὶς ὁρῶσα πρὸς ἀρετὴν, καὶ τοῦ παντὸς ἀξιοῦσα λόγου τὸ ἀνδάνον Θεῷ.

B Attendendum est igitur divinorum altarium sacerdotibus, ne forte istiusmodi criminum accusari possint. Veteres enim in typo sacris functionibus congruentem stolam sumebant. Postquam autem tempus cultus spiritualis advenit, indumentum esto splendidum et stola sacerdotalis cuique ad liturgiam seu munus sacrificandi vocato, recta et inculpata fides, vita evangelica, conversatio honesta et legibus maxime respondens, et mores probati, turpi quæstui haud succumbentes, sollicitudo in virtutem intenta, et cui nihil antiquius sit quam placere Deo.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, φωνὴ κραυγῆς ἀπὸ πύλης ἀποκεντούντων, καὶ ὀλολυγμὸς ἀπὸ τῆς δευτέρας, καὶ συντριμμὸς μέγας ἀπὸ τῶν βουνῶν.

C Vers. 8. *Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris de porta compungentium, et ululatus a secunda, et contritio magna a collibus.*

Ζ'. Καταγράφει σαφῶς τοῦ πολέμου τὰς συμφορὰς, καὶ οἷον πίπτοντάς τε καὶ ὀλλυμένους, καί σφισιν αὐτοῖς ἑτοιμώζοντας ἐπιδείκνύει τινὰς, ἵνα τῷ μεγέθει τῶν ἐσομένων κακῶν ἡττώμενοι, μεταφοιτᾷν ἕλοιντο πρὸς τὸ ἐπείγεσθαι ὁρᾷν ἀμείνω καὶ πρεπωδέστερα, οὕτω τε λοιπὸν ἔξω φέροιντο τῆς ὀργῆς. Ἀγαθὸς γὰρ ὁ Θεὸς, « καὶ οὐ θέλει τὸν θάνατον τοῦ ἀποθνήσκοντος, ὡς τὸ ἀποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτὸν, » κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν Ἰεζεχιήλ. Κατ' ἐκεῖνο δὴ οὖν, φησὶ, τοῦ καιροῦ ἀπὸ μιᾶς μὲν πύλης τῶν ἀποκεντούντων, τουτέστι, τῶν ἀποσφαττόντων τοὺς παρεμπίπτοντας, δεινή τις ἔσται καὶ ἀμειδὴς ἀναφώνησις. Ἀεὶ γάρ πως ἐν ταῖς ἁλισκομέναις τῶν πόλεων D εἰσελαύνοντες οἱ πολέμιοι φρικτόν τι καταλαλάζουσι, προκαλοῦντες εἰς φόβον τοὺς ἐν αὐταῖς, προτροπάδην τε ὥσπερ ἀλλήλους καταθήγοντες εἰς ὠμότητα. Ἀπὸ δέ γε τῆς ἑτέρας πύλης ἔσται, φησὶν, ὀλολυγμὸς καὶ δάκρυον, συνωθουμένων ἀλλήλοις τῶν ἑαλωκότων, καὶ ἑκάστου διασπεύδοντος τῆς πόλεως ἀποπηδᾷν, ὡς νεὼς βεβαπτισμένης. Ἔσεσθαι δὲ συντριμμὸν μέγαν φησὶν ἀπὸ τῶν βουνῶν, τάχα που βουνοὺς τὴν καλουμένην ἄνω πόλιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἤτοι

VII. Clades bellicas dilucide describit, et velut cadentes ac pereuntes, et seipsos lamentantes quosdam inducit, ut, futurorum malorum magnitudine compulsi, ad officium pro eo ac decet præstandum transire velint, quo sic in posterum iræ divinæ se ereptum eant. Bonus enim est Dominus, « et non vult mortem morientis, sed ut convertatur a via sua mala, et vivat [99], » juxta vocem prophetæ Ezechielis. Illo tempore igitur, inquit, ab una quidem porta compungentium, hoc est, trucidantium obvios, ingens et tristis clamor exorietur. Semper enim in capiendis urbibus **587** hostes irruentes terrificum clamant, cives ad timorem provocantes, et ad crudelitatem quam celerrime exercendam inter se exacuentes. A secunda autem porta erit ululatus, inquit, et lacrymæ, impellentibus mutuum captivis, et unoquoque ex urbe fugere properante, ceu ubi navis in profundum hauritur. Ait insuper fore contritionem magnam in collibus, ubi fortasse colles nominat, quæ Hierosolymis superior urbs, sive Sion dicebatur: aut aliud quidpiam significat. Semper quippe ad incursum hostilem incolæ in montium juga se recipiunt, rati difficultatem loci

[97] Mich. III, 11. [98] Isa. I, 23. [99] Ezech. XVIII, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

impedimento fore hostibus, et persequentium impetus retardaturam. Proinde Dominus ita allocutus est Judæos : « Quando autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes [1]. » Quamobrem, Deo percutiente et pœnas peccatorum a contemptoribus exigente, patientibus nihil commodabit aut proderit, non urbs munitissima, non mœnium ambitus firmissimi, non montium altitudo et petrarum asperitates, non locorum inviorum difficultas. Sola pœnitentia salvat, et judicem flectens, et furorem ejus sedans, et ad bonitatem illi propriam facile adducens eum qui natura bonus est, Opificem. Ac præstat quidem totis viribus cavere ne Deum offendas. Quoniam autem humana natura ad malum prona est [2], « et in multis offendimus omnes [3], » constantia in virtute destituti, saltem studia nostra ad meliora recurrentes emendare contendamus, et pœnitentia vocemus ad clementiam eum qui secundum naturam bonus est, universitatis rerum Dominum, ut modo dixi.

A τὴν Σιὼν ὀνομάζων, ἤγουν ἕτερόν τι δηλῶν. Ἀεὶ γάρ πως ἐν ταῖς τῶν πολεμίων καταδρομαῖς, εἰς τὰς τῶν ὀρῶν καταφεύγουσι κορυφὰς οἱ ἔνοικοι, τὴν τῶν τόπων δυσχωρίαν πρὸς τὸ ἐμποδὼν ἔσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς ἡγούμενοι, καὶ τὰς τῶν διωκόντων αὐτοὺς ἀνακόψειν ὁρμάς. Καὶ γοῦν ὁ Κύριος προσπεφώνηκε τοῖς Ἰουδαίοις· « Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη. » Οὐκοῦν Θεοῦ πλήττοντος, καὶ δίκας αἰτοῦντος τῶν ἡμαρτημένων τοὺς καταφρονεῖν ἠρημένους, οὐδὲν ὀνήσει τοὺς πάσχοντας, οὐ πόλις εὐπυργοτάτη, οὐ τειχῶν ἀκατάσειστοι περιβολαὶ, οὐκ ὀρῶν ἀναστήματα καὶ πετρῶν ἀγριότητες, οὐκ ἀστιβὴς δυσχωρία. Σώζει δὲ μόνη μετάγνωσις, ἐκδυσωποῦσα τὸν κριτὴν, καὶ κατευνάζουσα τὸν θυμὸν, καὶ εἰς τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἡμερότητα καλοῦσα προχείρως ἀγαθὸν ὄντα φύσει τὸν Δημιουργόν. Καὶ ἄμεινον μὲν τὸ παντὶ παραιτεῖσθαι σθένει τὸ προσκρούειν αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ διανένευκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐπὶ τὸ φαῦλον ἀεὶ, « καὶ πολλὰ πταίομεν ἅπαντες, » τὸ βεβηκὸς εἰσάπαν πρὸς ἀρετὴν οὐκ ἐπανορθοῦν σπουδάζωμεν τὰς ἑαυτῶν γνώμας, καὶ ἔχοντες, καὶ γοῦν ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον μεταδρομαῖς ταῖς μεταγνώσεσι καλῶμεν εἰς ἡμερότητα χρηστὸν ὄντα κατὰ φύσιν, καθάπερ οὖν ἔφην ἀρτίως, τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην.

B

Vers. 11, *Lamentamini, qui habitatis concisam, quia assimilatus est omnis populus Chanaan, et disperierunt omnes qui elevati sunt argento.*

VIII. Babyloniorum ferrum nemini parsurum, sed universos per Judæam funditus deleturum, his C verbis significat. Restantes autem Hierosolymis, et fuga elapsos, Judæam disperditam, et celebrem apud ipsos civitatem concisam atque comminutam (quod omnis in ea populus cum Chananæorum moribus contenderet, **588** et illorum instituta æmularetur, atque adeo illis nihil concederet, ut fortassis etiam superaret, et post se relinqueret) lamentari jubet. Chananæi porro fuerunt alienigenæ Deo invisi, scelerati, et idololatræ, et infames penitus propter omnia nefandissima. Quare in sacris Litteris cuidam hoc probri loco objicitur : « Semen Chanaan, et non Juda [4]. » Inutiles autem ipsis fore divitias, ac firmamentum putre ac ruinosum, insuper docet, affirmans periisse elevatos argento, hoc est, propter divitias et pecunias se circumspicientes, et idcirco supercilium altius tollentes. Postquam enim turpe lucrum ejus cupiditate victi captarunt, domumque Dei sui, ut ait ipse, impietate et dolo repleverunt, merito divitiæ pro re imbecilla, et infructuosa, et salutem dare nescia reprehensæ sunt. « Melius est igitur nomen bonum quam divitiæ multæ [5]. Non enim proderunt thesauri impiis : justitia autem liberabit a morte [6] ; » et melior certe est parva pars cum timore Dei [7], quam multæ fruges cum injustitia.

Θρηνήσατε, οἱ κατοικοῦντες τὴν κατακεκομμένην, ὅτι ὡμοιώθη πᾶς ὁ λαὸς Χαναὰν, καὶ ἐξωλοθρεύθησαν πάντες οἱ ἐπηρμένοι ἀργυρίῳ.

Η'. Ὅτι φείσεται μὲν οὐδενὸς τῶν Βαβυλωνίων ὁ σίδηρος, ἀπολεῖ δὲ ἄρδην τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, σημαίνει μὲν διὰ τούτων· κατολοφύρεσθαι δὲ προστέταχε τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις περιλελειμμένους, καὶ διαφυγεῖν ἰσχύσαντας, ὡς ὠλοθρευμένην τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὴν διαβόητον παρ' αὐτοῖς κατακεκομμένην πόλιν, διά τοι τὸν πάντα τὸν ἐν αὐτῇ λαὸν τοῖς τῶν Χαναναίων ἀμιλλᾶσθαι τρόποις, καὶ τὰ ἐκείνων ἐλέσθαι ζηλοῦν, παρισοῦσθαι δὲ οὕτως εἰς πάντα αὐτοῖς, ὡς τάχα που καὶ ὑπερφέρεσθαι, καὶ κατόπιν ἐᾷν. Ἀλλογενεῖς δὲ οἱ Χαναναῖοι, θεομισεῖς τε καὶ ἀλιτήριοι, καὶ εἰδωλολάτραι, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα διαβεβλημένων, ἐφ' ἅπασι τοῖς ἐκτοπωτάτοις. Καὶ γοῦν παρά γε τοῖς ἱεροῖς Γράμμασιν ὀνειδίζεταί τις, ἀκούων· « Σπέρμα Χαναὰν, καὶ οὐχὶ Ἰούδα. » Ὅτι δὲ ἀνόνητος ὁ πλοῦτος αὐτοῖς, ἐρεισμά τε σαθρὸν καὶ εὐδιάκλαστον, διερμηνεύει πάλιν, ἀπολέσθαι διαβεβιωμένους τῷ ἀργυρίῳ ἐπηρμένους, τουτέστι, τοὺς μέγα φρονεῖν εἰωθότας ἐπὶ πλούτῳ καὶ χρήμασιν, καὶ ὑψηλὴν ἀνασπῶντας ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τὴν ὀφρύν. Ἐπειδὴ γὰρ λημμάτων αἰσχρῶν ἠττώμενοι, καὶ κεχηνότες εἰς τοῦτο, τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ αὐτῶν, καθά φησιν αὐτὸς, ἀσεβείας ἐπλήρουν καὶ δόλου, ταύτῃτοι δικαίως ὡς ἀδρανὲς, καὶ ἀνόνητον, καὶ οὐδένα σώζειν εἰδὸς τὸ πλουτεῖν ἐξελέγχεται. « Αἱρετὸν οὖν ὄνομα καλὸν, ἢ πλοῦτος πολὺς, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. « Οὐ γὰρ ὠφελήσουσι θησαυροὶ ἀνόμους, δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἐκ θανάτου, » καὶ κρείσσων ἀληθῶς μικρὰ μερὶς μετὰ φόβου Θεοῦ, ἢ πολλὰ γεννήματα μετὰ ἀδικίας.

D

[1] Matth. xxiv, 16. [2] Gen. viii, 21. [3] Jac. iii, 2. [4] Dan. xiii, 56. [5] Prov. xxii, 1. [6] Prov. x, 2. [7] Tob. iv, 23.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐξερευνήσω τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ λύχνου, καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς καταφρονοῦντας, ἐπὶ τὰ φυλάγματα αὐτῶν, οἱ λέγοντες ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, Οὐ μὴ ἀγαθοποιήσῃ Κύριος, οὐδ' οὐ μὴ κακώσῃ.

Θ'. Ὅσα δρᾷν ἔμελλον οἱ πολέμιοι μανίαις ἀκράτοις χρώμενοι κατὰ τῶν ἁλωκότων, ταῦτα τῷ ἰδίῳ προσώπῳ προσάπτει Θεὸς, οὐχ ὡς αὐτὸς ὢν τῶν οὕτως ἐκτόπων ἐργάτης, ὡς ἐφιεὶς δὲ μᾶλλον κατὰ τῶν ἠσεβηκότων ἰέναι τὰ ἐξ ὀργῆς ἐν δίκῃ. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὅπερ εἴρηκεν αἰνιγματωδῶς ἐν Παροιμίαις ὁ Σολομών· « Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς· αὐτοὶ γὰρ οἱ φόνου μετέχοντες θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς κακά. » Ἐξὸν γὰρ ὡς ἀπωτάτω καὶ ποινῆς ἰέναι καὶ δίκης, ἀνθῃρημένους τῶν φαύλων τὴν ἀρετὴν, αὐτοὶ κατὰ σφῶν αὐτῶν καταθήγουσι τὴν ὀργὴν, καὶ εἰς αὐτόκλητον ὄλεθρον τὰς ἑαυτῶν ἱέντες ψυχὰς, ἁλοῖεν ἂν παρά γε τοῖς ὀρθῶς κρίνειν εἰδόσιν. Ἐρευνᾶται τοιγαροῦν ἡ Ἱερουσαλὴμ μετὰ λύχνου. Πεπόνθασι γάρ τι τοιοῦτον Ἰουδαῖοι παρὰ Ῥωμαίων, ὃ συνέβη παθεῖν αὐτοὺς ἁλόντων Ἱεροσολύμων ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου. Ὡς γὰρ Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ὁ μυρίοις στόμασι τὰ Ἰουδαίων ἐκτραγῳδήσας πάθη, μετὰ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις σφαγὰς, καὶ τὴν ἀναρίθμητον τῶν ἀνὰ τὴν πόλιν ἀπολωλότων πληθὺν, τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις καὶ τοῖς ὑπονόμοις καταπηδήσαντας, μετὰ λύχνου διερευνόμενοι, καὶ εἰς φῶς ἄγοντες, ὠμῶς τε καὶ ἀνημέρως ἀπέσφαττον. Ἐκδικήσειν δέ φησιν ἐπ' αὐτοὺς ὡς καταφρονήσαντας, ἐπὶ τὰ φυλάγματα αὐτῶν, τουτέστιν, ἢ τοὺς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πρακτέων διορισθέντας νόμους, οὓς παραβαίνοντες ἐδυσσέβουν, τὸ μηδὲν εἶναι καταλογιζόμενοι τὴν ἐπ' αὐτοῖς τήρησιν· ἦγουν ἰδικῶς φυλάγματα καλεῖ τὰ τῶν ἱερέων ἔθη. Πλείστη γὰρ δὴ κατὰ τὸν νόμον ἡ ἐπιτήρησις τῶν τε ἀμφίων αὐτοῖς, καὶ σχημάτων ἱεροπρεπῶν, καὶ μέντοι καὶ θυσιῶν· οὐ γὰρ καθ' ἕνα τρόπον προσεκόμιζον τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ θύματα. Καὶ ἀναμάθοι τις ἂν τὴν ἔν γε τούτοις διαφορὰν τοῖς Μωσαϊκοῖς περιτυχὼν συγγράμμασιν. Ἀλλ' οὐδεὶς αὐτοῖς τῶν φυλαγμάτων ὁ λόγος, διά τοι τὸ πρὸς τοῦτο καθικέσθαι ληρωδίας καὶ ψυχρῶν ἐννοιῶν, ὡς τάχα που καὶ οἴεσθαι καὶ τολμᾶν εἰπεῖν οὐδένα τῶν καθ' ἡμᾶς ποιεῖσθαι λόγον τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ἀφειδῆσαι δὲ οὕτω τῶν ἐπιγείων πράξεων, ὡς μήτε ἀγαθοὺς ἐπαινεῖν, καὶ γέρα νέμειν αὐτοῖς τῆς ἐπιεικείας ἀντάξια, μήτε μὴν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπιθήγεσθαι, καὶ δίκας ἐπάγειν αὐτοῖς τῶν ἀνοσίων ἐπιχειρημάτων τὰς ἰσοστάθμους. Τοῦτο, οἶμαι, ἔστι τὸ, « Οὐ μὴ ἀγαθοποιήσῃ Κύριος, οὐδ' οὐ μὴ κακώσῃ. » Ἀπρονοησία δὴ οὖν, καὶ ἕτερον οὐδὲν τὸ θρυλλούμενον. Αἰσχρὸν δὲ οὕτω τὸ δόγμα καὶ κατεστυγημένον, ὡς μηδὲ αὐτοῖς τοῖς Ἑλλήνων ἀρέσαι σοφοῖς. Ἄθεον γὰρ ὠνόμαζον τὸν τῶν τοιούτων εἰσηγητήν· Ἐπίκουρος οὗτος ἦν, εἷς τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπὶ σοφίᾳ βεβοημένων. Ἔστι τοίνυν εἰπεῖν, ὡς ἐνώπιόν εἰσι

A VERS. 12. *Erit in die illa, scrutabor Jerusalem in lucerna, et ulciscar super viros contemnentes, super custodias ipsorum, qui dicunt in cordibus suis, Non benefaciet Dominus, neque malefaciet.*

IX. Quæ hostes per immodicum furorem in captivos designaturi sunt, personæ suæ attribuit Deus: non quod ipse tam tetra faciat, sed quod in sceleratos iræ suæ supplicia expendi jure sinat. Verum est enim quod sub ambage dixit in Proverbiis Salomon: « Non enim frustra extenduntur retia pennatis: ipsi enim mortis participantes thesaurizant sibi mala [8]. » Nam cum a pœna et ultione liceat abesse quam remotissime pro vitiis virtutem com-
B plectentibus, ipsi contra in semet iram divinam exacuunt, et in exitium voluntarium animas suas præcipitare prudentum judicio convincuntur. Inquiritur ergo in Jerusalem cum lucerna. Tale quid Judæi a Romanis sustinuerunt: quod illis quidem accidit captis Hierosolymis ab Vespasiano et Tito. Ut enim Josephus narrat, qui calamitates Judæorum tragice et copiosissime exposuit, post cædes in pugna, et innumerabilium hominum per urbem interitum, **589** in speluncis et sedibus suis latentes per vestigia indagatos, et in lucem eductos crudeliter citra misericordiam mactabant. Vindicaturum porro in eos ut in contemptores, super custodias eorum ait, hoc est, aut qui de unoquoque capite rerum agendarum constitutas leges impie violabant, obser-
C vationem floccipendentes, aut certe speciatim custodias consuetudines sacerdotum vocat. Quamplurima enim legibus circa indumenta et ornatum sacerdotalem, et circa sacrificia præscribebantur. Non enim uno modo sacris in altari operabantur. Quam varietatem quis e scriptis Mosaicis perspexerit. Sed custodiarum apud eas nulla cura, quod eo delirationis cogitationumque ineptarum venerant, ut etiam sentire et dicere fortassis auderent, universorum Deum rerum humanarum nullam procurationem habere, adeoque humanas actiones despicere, ut neque bonos laudaret, et ipsorum bonitati respondentia dona rependeret, neque in peccantes ira ferveret, et pœnas impiis eorum factis pares irrogaret. Hoc, opinor, est, « Non benefaciet
D Dominus, nec malefaciet. » Quare quæ in rebus jactatur et prædicatur providentia, præter casum et fortunam nihil est. Quod dogma tam infandum est, ut Græcorum quoque sapientibus displicuerit. Talium enim auctorem Epicurum ἄθεον nominarunt illum inter eos sapientiæ nomine celeberrimum. Dicendum est igitur vias hominis patere oculis Dei et omnes gressus ejus ab eo considerari [9]: et eum virtutis cultores præmiis dignari, exosum vero ei maxime esse sceleratum, et reddere cuique secundum opera sua [10]. Oportet itaque nos semitas rectas percurrere, et viam Deo omnium Domino placen-

[8] Prov. I, 17, 18. [9] Job XXXI, 4: Prov. V, 21. [10] Matth. XVI, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tem ambulare, et peccata somno atque inertia commissa pœnitentiis statim corrigere; sic autem legitime viventes, et optimam vitam reipsa instituentes benignum et placabilem habere universi Dominum, et rejecta nequitia in nos exacerbari non sinere.

A τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν ὁδοὶ ἀνδρὸς, εἰς δὲ πάσας τὰς τροχιὰς αὐτοῦ σκοπεύει· καὶ γερῶν μὲν ἀξιοῖ τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐργάτας, κατεστυγημένον δὲ σφόδρα ποιεῖται τὸν ἁλιτήριον, καὶ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα τροχιὰς μὲν ἡμᾶς διαθεῖν ὀρθὰς, καὶ τὴν ἀνδάνουσαν τῷ πάντων Δεσπότῃ Θεῷ ποιεῖσθαι τρίβον, ζῶντάς τε οὕτως ἐννόμως καὶ τὸν πανάριστον ἀληθῶς ἐπιτηδεύοντας βίον, ἵλεώ τε καὶ εὐμενῆ τὸν τῶν ὅλων ἔχειν Δεσπότην, καὶ καταπικραίνεσθαι καθ' ἡμῶν οὐκ ἐᾷν παραιτουμένους τὸ φαῦλον, καὶ ταῖς μεταγνώσεσιν ἐπανορθοῦν διασπεύδοντας τὰ ὕπνου τε καὶ ῥαθυμίας ἐγκλήματα.

Vers. 13. *Et erit fortitudo eorum in rapinam, et domus eorum in dissipationem. Et ædificabunt domos, et non inhabitabunt eas, et plantabunt vineas, et non bibent vinum earum.*

Καὶ ἔσται ἡ δύναμις αὐτῶν εἰς διαρπαγὴν, καὶ οἱ οἶκοι αὐτῶν εἰς ἀφανισμόν. Καὶ οἰκοδομήσουσιν οἰκίας, καὶ οὐ μὴ κατοικήσουσιν ἐν αὐταῖς, καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας, καὶ οὐ μὴ πίωσι τὸν οἶνον αὐτῶν.

590 Opportune, ut opinor, et nunc dici illud a nobis potest: « Nil proderunt thesauri impiis [11]. » Semper enim fugaces sunt divitiæ, et stabilitate carent. Inebriant autem potius, et ad defectionem a Deo inclinant, et pedes habent fragiles. Sibi ipsi autem vehementer plaudere fatuum est magnopere. Neutiquam enim iræ divinæ subjectos eximet, nec criminibus liberabit, cum Deus pœnas decernet, et peccantes, ut par est, ulciscetur. Quid igitur divitiæ? Serviunt tantum carni, et improbæ abominandæque voluptatis ministræ, et matres arrogantiæ, et radices ac procreatrices fastus sunt, et vanescentium gloriolarum participes faciunt, quæ instar umbrarum a quibus habentur præterèunt. Verum est enim illud: « Omnis caro sicut fenum, et gloria hominis ut flos feni [12]. » Nihil igitur impiis afferre prorsus commodi studium divitiarum docet, dum ait fortitudinem eorum Chaldæis in rapinam seu direptionem fore. Sunt enim, sunt in quos quadrat: « Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, et prævaluit in vanitate sua [13]. » Quod si ædes habuerint sumptuose ornatas, non erunt ipsorum: flammis enim dabuntur. Et si insuper vineas instituerint, non ipsi bibent aliquando: abibunt enim captivi, suis domi relictis, rebus jucundis omnibus spoliati. Et hoc per os Jerëmiæ Deus declarat, quemdam Samariæ regum ita alloquens: « Ædificasti tibi domum concinnam, cœnacula perflatilia, distincta fenestris, et contignata cedro, et linita minio. Numquid regnabis, quia tu concitatus es in Achaz patre tuo? Non comedent, et non bibent. Melius tibi erat facere judicium et justitiam [14]. » Nihil itaque terrenum appetendum est, et temporariæ voluptates longe repudiandæ, nec corradendæ divitiæ fugientes, quæ habentibus prodesse nihil queunt; in Christo autem, et laudabili vitæ curriculo gloriandum, et amicitia Dei nihil præstantius ducendum, et exclamandum ac dicendum: « Domine, Deus virtutum, beatus homo qui sperat in te [15]. » Ad hæc: « Quoniam melior est dies una in atriis tuis super millia. Elegi abjectus esse in domo Dei mei

ἀποδυσάμενοι. Οὐκοῦν, ἀνακομιῶ γὰρ αὖθις εἰς τὸ ἐν ἀρχῇ τὸν λόγον, βασιλέα μὲν αὐτὸν ἐν τῷ Ζοροβάβελ, ἀρχιερέα γε μὴν ἐν τῷ Ἰησοῦ καταθρήσομεν. Πλὴν ὁράτω πάλιν ὁ χρηστομαθὴς τὸ τῶν Ἰουδαίων ἀναπεπτωκὸς εἰς τὸ ῥᾴθυμον, καὶ εἰς τὸ μὴ ἐλέσθαι πονεῖν τὰ πρὸς σύστασιν τοῦ θείου ναοῦ, τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ. Προσεπαθρείτω δὲ τούτοις καὶ τὸ πρόθυμον τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸ πολὺ λίαν διεγηγερμένον εἰς φιλεργίας. Δαρεῖος μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐγείρεσθαί τε προστέταχε τὸν νεὼν, καὶ τὰ εἰς δόξαν πληροῦσθαι τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ. Οἱ δὲ ἦσαν ὀκνηροὶ, καὶ ἀφιλεργέστατοι, καὶ τῶν ἀνδανόντων Θεῷ τὰ οἰκεῖα προτιθέντες, καὶ πολὺ διανενευκότες ἐπὶ τὰ γεωδέστερα. Οἴκους γὰρ, φησὶν, ἐσκεύαζον κοιλοστάθμους. Τοιγάρτοι φησὶ Δαβὶδ περὶ τῶν ἐθνῶν· « Τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσε Κύριος. Τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς αὐτοῦ. » Ἑτοιμότεροι γὰρ εἰς τὸ πιστεύειν οἱ ἐξ ἐθνῶν, ὀκνηροὶ δὲ λίαν οἱ ἐξ Ἰσραήλ. Ἴδοις δ' ἂν ὃ φημι καὶ ἐν εὐαγγελικοῖς συγγράμμασιν, ἤτοι παραβολαῖς. Ἔτρεχον μὲν γὰρ οἱ δειπνοκλήτορες, συναγείροντες εἰς τοὺς γάμους. Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν, ἐπλάττοντο δὲ προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. « Ὁ μὲν γὰρ ἔφασκεν· Ἀγρὸν ἠγόρασα. Ὁ δέ· Γυναῖκα ἔγημα. Ἄλλοι δὲ καὶ ἕτεροι πρὸς τὴν ἐμπορίαν αὐτῶν. » Οὐκοῦν κέκληνται, καὶ εἰσέδραμον εἰς τοὺς γάμους οἱ ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ παρὰ τοῖς φραγμοῖς ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι. » Οὕτω καὶ ἔφασκεν ὁ Χριστὸς διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ περί τε τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ καὶ τῶν ἐθνῶν· « Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι. »

A quo pacto ad divini templi, hoc est, Ecclesiæ Christi constructionem operas conferre noluerint. Simul etiam alacritatem gentium, et quam ad impigre laborandum ferveant intueatur. Ac Darius quidem, ut dixi, templum excitari, et quæ pertinerent ad gloriam Dei omnipotentis, præstari imperavit. Ipsi vero inertes, et a labore abhorrentissimi, et ad fluxa nimium propensi Deo gratis sua præponebant. Domos enim, inquit, concavas pulchre exstruebant. Proinde David ait de gentibus : « Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Præparationem cordis eorum audivit auris ejus [80]. » Promptiores enim ad credendum fuerunt ex gentibus, pigri admodum ex Israel. Cognoscas autem quod dico etiam ex evangelicis Litteris, sive parabolis. Currebant enim qui ad B cœnam invitabant, et ad nuptias congregabant. At invitati nolebant venire, et fingebant excusationes in peccatis. « Unus enim respondebat : Agrum emi. Alius : Uxorem duxi. Alii ibant ad negotiationes suas [81]. » Quare vocati sunt, et ad nuptias advolarunt qui in viis et juxta sepes reperiebantur, factique sunt revera « primi novissimi, et novissimi primi [82]. » Sic etiam Christus voce Davidis de Israelitico et gentili sanguine oriundis : « Populus, quem non cognovi, servivit mihi, filii alieni mentiti sunt mihi [83]. »

Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Θέσθε τὰς C *καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, ἀνάβητε εἰς τὸ ὄρος, καὶ κόψατε ξύλα, οἰκοδομήσατε τὸν οἶκον, καὶ εὐδοκήσω ἐν αὐτῷ, καὶ ἐνδοξασθήσομαι, εἶπε Κύριος. Ἐπεβλέψατε εἰς πολλὰ, καὶ ἐγένοντο ὀλίγα. Καὶ εἰσηνέχθη εἰς τὸν οἶκον, καὶ ἐξεφύσησα αὐτά.*

εὑρισκόμενοι, καὶ γεγόνασιν ἀληθῶς « οἱ πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι. »

Vers. 7-9. *Hæc dicit Dominus omnipotens : Ponite corda vestra in vias vestras, ascendite in montem, et cædite ligna, et ædificate domum, et complacebo in ea, et glorificabor, dicit Dominus. Respexistis in multa, et facta sunt pauca. Et illata sunt in domum, et exsufflavi ea.*

Ϛ'. Συχνὴν ποιεῖται ὑπόμνησιν, συντελοῦν εἰς δύνησιν τὸ χρῆμα εἰδὼς τοῖς ἀκροωμένοις. Οὕτω Παῦλος ἐπιστέλλει τισί· « Τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. » Κατανοήσατε τοίνυν, φησὶ, εἰς τὰς ἑαυτῶν ὁδοὺς, ἃς πεποιήσθε νῦν. Ποῖαι δὲ αὗται, διατρανοῖ παραχρῆμα. « Ἐπεβλέψατε εἰς πολλὰ, καὶ ἐγένετο ὀλίγα. Καὶ εἰσηνέχθη εἰς τὸν οἶκον, καὶ ἐξεφύσησα αὐτά. » Ἀφημαρτήκασι μὲν γὰρ ἐλπίδος τῆς ἐπί γε, φημὶ, τῷ ἐλέσθαι γηπονεῖν. Μακροὺς γὰρ ἰδρῶτας δεδαπανηκότες, ὀλίγα μόλις συνεκομίσαντο, πλὴν ἐστέρηνται καὶ τούτων. Ἐκπεφύσηνται γὰρ, τουτέστιν, γεγόνασιν ἑτέρων, καὶ ἥκιστα μὲν αὐτοῖς, δεδαπάνηνται δὲ μᾶλλον τοῖς πλεονεκτεῖν εἰωθόσιν. Εἰκαῖον οὖν ἄρα τὸ σπούδασμα καὶ ὁ πόνος αὐτοῖς, ὅτι μὴ μᾶλλον ἤθελον ἀποπεραίνειν τὸ τῷ Δεσπότῃ δοκοῦν, καὶ τῆς εἰς τὰ ἀμείνω φιλεργίας τὴν εἰς τὰ αἰσχίω καὶ γεωδέστερα προὐργιαιτέραν ἐποιοῦντο φροντίδα. Ἆρ' οὖν οὐκ ἀνουθέτητον ἀφῆκε τὸν Ἰσραὴλ, παρέδειξε δὲ τοῖς πεπλανημένοις τῆς ἐπανορθώσεως τὴν ὁδόν. Καὶ μὴν τοῦτο καταθρήσομεν εὖ γεγονός. Ἔφη γὰρ, ὅτι

VI. Crebro admonet, sciens id in rem esse audientium. Sic Paulus ad quosdam scribit : « Eadem scribere vobis, mihi quidem non pigrum, vobis autem utile [84]. » Animadvertite igitur, inquit, vias vestras, quas fecistis nunc. Eæ quales sint, illico declarat : « Respexistis ad multa, et facta sunt pauca. Et illata sunt in domum, et exsufflavi ea. » Spe enim **634** laborum rusticorum frustrati sunt. Nam D cum diu sudassent, vix pauca collegerunt, quæ ipsa quoque perdiderunt. Exsufflata enim sunt, hoc est, aliorum evaserunt, et minime ab ipsis, sed a commoda sua semper quærentibus consumpta sunt. Inanis igitur eorum cogitatio, studium, labor, quoniam non potius ad divinam voluntatem exsequendam se dediderunt, et rerum inhonestarum ac terrenarum curam ac sollicitudinem studio sanctius vivendi potiorem duxerunt. Non ergo Israelem sine admonitione reliquit, et errantibus viam emendationis demonstravit. Et hoc factum commode videbimus. Ait namque : « Ascendite in montem, et cædite ligna, et ædificate domum, et glorificabor

[80] Psal. x, 17. [81] Luc. xiv, 18 20. [82] Matth. xix, 30. [83] Psal. xvii, 45. [84] Philipp. iii, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rursum in ea, et complacebo, » hoc est, suscipiam et laudabo eorum qui in hoc elaborarunt studia et alacritatem.

Bonum ergo et placens Deo, ardenter conficere, quæcunque ad Ecclesiam constituendam et ad ejus ædificationem utilia et necessaria existimabuntur. Id quod prudenter præstabimus, si ceu materiam utilissimam colligentes, et velut e saltu ligna præcidentes e Scripturis divinitus inspiratis spiritualia theoremata, quibus quis Dei gloriam, sive de divinis rebus disputationem communiat, et modum œconomiæ cum carne bene habere excellenterque perpetratum ostendat. Præterea quæ ad perfectam notitiam spiritualis eruditionis et bonitatis, quæ in morum ratione cernitur, accommodata sunt, inde reportet. Per hæc domum Dei ædificari, et Ecclesiam componi atque coagmentari asserimus. Dicam insuper unumquemque nostrum templum ac domum Dei intelligi posse. Habitat enim per Spiritum in nobis Christus [55]; et sumus templa Dei viventis [56], juxta Scripturam. Quilibet igitur nostrum cor suum per fidem rectam ædificet, ipsum Salvatorem pro fundamento vere pretioso habeat [57]. Aliam deinde materiam addat, obedientiam puta, et ad quidvis tandem facilitatem, fortitudinem, patientiam, continentiam. Sic enim omnium virtutum suppeditatione coaptati, « in templum sanctum, et in habitaculum Dei, in spiritu exsurgemus [58]. » Qui autem ad fidem tardi sunt, aut crediderunt quidem, verumtamen a passionibus, et a peccato, et ab amore mundanæ voluptatis adhuc morantur discedere, ob hoc ipsum clamant aliquo modo : **635** « Non venit tempus ædificandi domum Domini. » Ideo etiam in bonorum cœlestium egestatem et sterilitates, quas mente videmus, delabuntur, marcescitque in ipsis animus instar terræ alicujus, ut nec triticum habeat, hoc est, robur, neque vinum, quod est lætitiæ symbolum. Scriptum est enim : « Panis cor hominis confirmat [59]; » et : « Vinum lætificat cor hominis [60]. »

VERS. 10, 11. *Propter hoc hæc dicit Dominus omnipotens : Pro eo quod domus mea deserta est, vos autem sectamini unusquisque in domum suam, ideo abstinebit cœlum a rore, et terra subtrahet germina sua. Et inducam gladium super terram, et super montes, et super frumentum, et super vinum, et super oleum, et quæcunque profert humus, et super homines, et super jumenta, et super omnes labores manuum eorum.*

VII. Non permittit, divinis per desidiam omissis, absurde propria ut meliora persequi, et caduca ad gloriam ipsius pertinentibus præferre. Impellit

« Ἀνάβητε εἰς τὸ ὄρος, καὶ κόψατε ξύλα, καὶ οἰκοδομήσατε τὸν οἶκον, καὶ ἐνδοξασθήσομαι πάλιν ἐν αὐτῷ, καὶ εὐδοκήσω· » τουτέστι, Προσδέξομαί τε καὶ ἐπαινέσω τὰς τῶν εἰς τοῦτο πεπονηκότων σπουδάς τε καὶ προθυμίας.

Καλὸν οὖν ἄρα καὶ ἀνδάνον τῷ Θεῷ τὸ ἐπείγεσθαι πληροῦν, ὅσαπερ ἂν φαίνοιντο χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα πρὸς σύστασιν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πρὸς οἰκοδομὴν αὐτῆς. Δράσομεν δὲ τοῦτο, καὶ λίαν ἐμφρόνως, οἷον ὕλην χρεωδεστάτην συλλέγοντες, καὶ ὡς ἐκ δρυμοῦ κόπτοντες ξύλα τὰ ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ πνευματικὰ θεωρήματα, δι' ὧν ἄν τις ἀσφαλῶς καὶ ἐρηρεισμένην ποιήσαιτο τὴν ἐπὶ Θεῷ δόξαν ἤτοι διάληψιν, καὶ εὖ ἔχοντα, καὶ πεποιημένα ἐξόχως ἀποφανεῖ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν τρόπον. Ἀποκομεῖ δὲ πρὸς τούτῳ καὶ εἰς εἴδησιν ἀκριβῆ πνευματικῆς εὐτεχνίας, καὶ τῆς ἐν ἤθει καὶ τρόποις νοουμένης ἐπιτεκείας. Διά τοι τούτων οἰκοδομεῖσθαί φαμεν τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας πράττεσθαι σύστασιν. Ἐρῶ δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ ἕκαστος ἡμῶν ναὸς ἂν νοοῖτο καὶ οἶκος Θεοῦ. Κατῴκηκε γὰρ ἐν ἡμῖν Χριστὸς διὰ τοῦ Πνεύματος· καὶ ἐσμὲν ναοὶ Θεοῦ ζῶντος, κατὰ τὰς Γραφάς. Οὐκοῦν ἕκαστος ἡμῶν οἰκοδομείτω τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν διὰ πίστεως ὀρθῆς, αὐτὸν ἐχέτω θεμέλιον τὸν Σωτῆρα τὸν ἔντιμον ἀληθῶς. Προσεπαγέτω δὲ τούτοις καὶ ὕλην ἑτέραν, τὴν ὑπακοὴν δὴ λέγω, καὶ τὸ εἰς πᾶν ἀτιοῦν εὐήνιον, τὴν ἀνδρείαν, τὴν ὑπομονήν, τὴν ἐγκράτειαν. Συναρμολογούμενοι γὰρ οὕτω διὰ πάσης ἀφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, « εἰς ναὸν ἅγιον ἀναδησόμεθα, καὶ εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. » Οἱ δὲ βραδεῖς εἰς πίστιν, ἢ καὶ πιστεύσαντες μέν, ὀκνηροὶ δέ πως ἔτι πρὸς ἀπόστασιν τὴν ἐκ παθῶν τε καὶ ἁμαρτίας, καὶ φιληδονίας κοσμικῆς, δι' αὐτοῦ δὴ τοῦτο μονονουχὶ καὶ κεκράγουσιν· « Οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον Κυρίου. » Ταύτητοι καὶ παραπίπτουσι ταῖς τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἐνδείαις καὶ νοηταῖς ἀκαρπίαις, καταφθίνοντος ἐν αὐτοῖς τοῦ νοῦ, καθάπερ τινὸς γῆς, ὡς μήτε σῖτον ἔχειν, τουτέστιν ἰσχύν, μήτε μὴν οἶνον, ὃ ἔστιν εὐφροσύνης σύμβολον. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου, » καὶ, « Οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου. »

Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἀνθ' ὧν ὁ οἶκός μού ἐστιν ἔρημος, ὑμεῖς δὲ διώκετε ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ἀνέξει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ δρόσου, καὶ ἡ γῆ ὑποστελεῖται τὰ ἐκφόρια αὐτῆς. Καὶ ἐπάξω ῥομφαίαν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ἐπὶ τὸν σῖτον, καὶ ἐπὶ τὸν οἶνον, καὶ ἐπὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ὅσα ἐκφέρῃ ἡ γῆ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τὰ κτήνη, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πόνους τῶν χειρῶν αὐτῶν.

Ζ'. Οὐκ ἐᾷ τῶν θείων καταραθυμοῦντας ἐκτόπως ποιεῖσθαι τὰ σφῶν ἐν ἀμείνοσι, καὶ τῶν εἰς δόξαν αὐτοῦ προτάττειν τὰ γεωδέστερα. Ἀναπείθει δὲ

[55] I Cor. III, 16. [56] II Cor. VI, 16. [57] I Petr. II, 6. [58] Ephes. II, 22. [59] Psal. CIII, 17. [60] Eccli. XL, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μᾶλλον ἐννοεῖν, ὡς εἰ μὴ κέοιτο καλῶς τὰ ἀσυγκρίτως ὑπερκείμενα, οὐδ' ἂν τοῖς μείοσιν ἔποιτο τὸ εὖ κεῖσθαι πώποτε, καὶ ἐν οἷς εἶναι βεβούληνται. Ταύτητοί φησιν· « Ἀνθ' ὧν ὁ οἶκός μού ἐστιν ἔρημος, ὑμεῖς δὲ διώκετε ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, » διὰ τοῦτο τὸ κἀκεῖνο, δι' ὧν ἂν εὐθὺς καταφθίνοιτο τὰ ἐν ἀγροῖς, οὐρανοῦ μὲν δρόσον οὐ καθιέντος ἔτι, γῆς δὲ τὴν οἰκείαν ἀναχοπτούσης ἰσχὺν, ληΐοις τε ὁμοῦ καὶ ἀμπέλοις συναυαινομένης ἐλαίας, καὶ μὴν καὶ ῥομφαίας ἐξ ὀργῆς ἐπενηνεγμένης, καταβοσκομένης τε πρὸς τούτοις ἀνθρώπους τε καὶ κτήνη. Οὐκοῦν τοῖς ὀκνοῦσιν ἀποπληροῦν τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν ὀρῷτο συνεστηκὼς ὁ οἶκος αὐτοῦ, τοῦτέστιν ἡ Ἐκκλησία, οὔτ' ἂν ὄρσος γένοιτο πνευματικὸς, τουτέστι, παράκλησις ἡ ἐξ οὐρανοῦ, ψυχὰς καὶ καρδίας καταπιαίνουσα· οὔτε μὴν ἡ ἀπὸ γῆς εὐκαρπία, τουτέστι τὰ διὰ σώματος κατορθώματα, οὐ σῖτος, οὐκ οἶνος, οὐκ ἐλαίου χρῆσις. Ἀνίσχυροι γὰρ πάντη τε καὶ πάντως ἔσονται καὶ τοῦ κατευφραίνεσθαι μακρὰν, καταπιανθεῖεν δ' ἂν οὐδαμῶς ἐλαίῳ τῷ νοητῷ, καὶ ἀπαξαπλῶς ἄγευστοι καὶ ἀμέτοχοι τῆς εὐλογίας ἀπομενοῦσι τῆς διὰ Χριστοῦ. Καὶ πρός γε δὴ τούτοις ὑπενεχθήσονται τῇ ῥομφαίᾳ, καὶ ἄμισθον παντελῶς ὑπομενοῦσι πόνον, κἂν εἴ τις αὐτοῖς ἐπιεικείας ἐπιτηδεύοιτο τρόπος. « Στεφανοῦται γὰρ οὐδείς, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ κατὰ τὸ γένος. » Οὐκοῦν ἡγούμεθα περισπούδαστον καὶ τῶν ὅτι μάλιστα σεπτῶν τὴν εἰς τὰ ἀμείνω σπουδήν. Τετάχθω δὲ καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν μείονι λόγῳ, καὶ ἵτω κατόπιν τῶν εἰς δόξαν. Καὶ οὐχὶ μόνον ἐστίαι, καὶ χρήματα, καὶ τὰ εἰς δόξαν κενὴν, ἀλλὰ γὰρ καὶ γένη, καὶ ἀδελφοί, καὶ πατέρες. Οὕτω γάρ πού φησιν ὁ Χριστός· « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. »

A autem ad cogitandum, nisi citra comparationem præstantiora bene habeant, nec inferiora unquam probe processura, et qualia ipsi voluerint, futura. Quamobrem inquit : « Quia domus mea deserta est, vos autem festinatis unusquisque in domum suam, » idcirco hoc et illud continget, per quæ mox pereant fruges in agris, cœlo non dimittente amplius pluviam, terra vim suam cohibente, quin etiam oliva simul fructum abnuente, segetibus, et vineis, et oliva exarescentibus, atque etiam gladio ex ira grassante, et homines cum jumentis absumente. Itaque gloriæ divinæ, et iis per quæ constituta videri possit domus Dei, hoc est, Ecclesia, servire detrectantibus, nec ros spiritualis queat contingere, id est, cœlestis consolatio, animas et corda impinguans; nec e terra fructuum ubertas, hoc est, per corpus cum virtute gesta; non frumentum, non vinum, non olei usus. Omnimodis enim imbecilles erunt et a lætitia procul sejuncti, nec unquam oleo spirituali pinguescent, benedictionemque per Christum penitus non gustabunt, nec illius partem capient. Et nihilominus gladio subjicientur, et laborem citra ullam omnino mercedem sustinebunt, etiamsi utcunque probitatem coluerint. « Nemo enim coronatur, nisi legitime, et ut rei natura conditioque postulat, certaverit [61]. » Quare studium rerum meliorum summopere amplectendum et **636** imprimis venerandum arbitramur. Nostrarum autem rerum minor ducatur ratio, et gloriæ Dei postponantur. Nec tantum domus, et pecuniæ, et quæ sunt fluxæ gloriæ, sed cognationes quoque, et fratres, et patres. Sic enim alicubi dixit Christus : « Qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus [62]. »

Καὶ ἤκουσε Ζορσβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, καὶ πάντες οἱ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ τῆς φωνῆς Κυρίου ταῦ Θεοῦ αὐτῶν, καὶ τῶν λόγων τοῦ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου, καθότι ἐξαπέστειλεν αὐτὸν ὁ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθη ὁ λαὸς ἀπὸ προσώπου Κυρίου.

Vers. 12. *Et audivit Zorobabel filius Salathiel ex tribu Juda, et Jesus filius Josedec sacerdos magnus, et omnes reliqui populi vocem Domini Dei sui, et verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorum ad eos, et timuit populus a facie Domini.*

Η'. Ὅτι μὴ μάτην ποιεῖται τὰς ἀπειλὰς, χρῆμά τέ ἐστιν οὐκ ἀνόητον τοῖς ῥᾳθυμεῖν εἰωθόσιν ὁ φόβος, κατίδοι τις ἂν κἀντεῦθεν εὐκόλως. Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ τῶν θείων ἐπείπερ ἐπύθοντο λόγων, τρέπονται παραχρῆμα πρὸς φιλεργίαν, εἴκουσί τε λοιπὸν τοῖς καθηγεῖσθαι λαχοῦσι, Ζοροβάβελ τε, φημὶ, καὶ Ἰησοῦς, διὰ πλείστης τε ὅσης αἰδοῦς τῶν προφητῶν ποιοῦνται φωνὰς, καὶ δεδυσώπηνται τὴν ἐπιστολὴν, καίτοι πάλαι κομιδῇ σμικρῶν ἀξιοῦντες τὸ χρῆμα λόγων. Οὐκοῦν ἀληθὲς καὶ δι' αὐτῶν ὁρᾶται τῶν πράξεων, ὅτι « Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει. » Μετατάττει γὰρ ἔσθ' ὅτε πρὸς τὰ ἀμείνω τὸν νοῦν τὸ τοῦ κολάζεσθαι δεῖμα· καὶ τῶν σκυθρωπῶν ἡ ἔφεσις εἰς τὸν θεῖον ἡμᾶς μεθαρμόζει φόβον· καὶ ἔστιν ἀτρεκὲς τὸ ἐν βιβλίῳ Παροιμιῶν, ὅτι « Ὁ φοβούμενος

VIII. Non frustra eum minari timoremque prodesse pigritari solitis, non difficile quispiam etiam hinc perspiciat. Ecce enim, ecce postquam divina verba audiverunt, operi confestim diligenter accinguntur, et deinceps principibus suis, Zorobabeli, inquam, et Jesu obsequuntur, prophetarumque vocem majorem in modum reverentur, et mandatum suspiciunt, etsi aliquando id in postremis duxerant. Proinde verum esse ex ipsis quoque rebus liquet : « Quem Deus diligit, castigat [63]. » Traducit enim interdum animum ad partes meliores supplicii terror; et tristium importatio ad divinum timorem nos accommodat; et verum est, quod habet liber Proverbiorum : « Timenti Dominum bene est [64]. » Et rursum : « Timor Domini in vitam viro [65]. »

[61] II Tim. II, 5. [62] Matth. X, 37. [63] Hebr. XII, 6. [64] Eccli. I, 13. [65] Prov. XIX, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ecclesiasticus similiter : « Timor Domini gloria et gloriatio [66]. » Et, « Timor Domini delectabit cor, et dabit insuper lætitiam et gaudium [66']. » Vide autem quam mansuete et pro eo ac ipsum decet, nos feriat Deus. Non enim protinus corporibus humanis pœnas addit ; sed terrefacit potius externis et exiguis terroribus, et esculentorum detrimentis ad salutaria et ad sua in posterum factitanda vocat.

VERS. 13. *Et dixit Aggæus angelus Domini in angelis Domini populo : Ego sum vobiscum, dicit Dominus.*

IX. Vide quemadmodum mutationes in melius repente humanitas comitetur. Universorum enim Deus una mutatur quodammodo cum iis qui sententiam mutarunt, et cum illis sese futurum pollicetur : cui quidnam comparari potest ? Nam si Deus sit nobiscum, procul a nobis omne incommodum recedet, et commoda advenient plane, et mox **637** stabilia prosperitatum genera apparebunt, omnisque nos jucunditas complectetur. Jam quod sacra Scriptura Aggæum angelum Domini nominat, nemo illum natura angelica constare, quod perdelirum foret, sed more nostro hominem ex muliere prognatum putet. Potius, si a mente valemus et animo verum intuemur, ab ἀγγέλλειν nuntiare ἄγγελον, hoc est nuntium, dictum nominatumque affirmabimus. Siquidem nihil impediret quominus et in aliud ineptum incidentes, angelos natura confiteremur etiam, qui quæ in agro equites designassent, ac de mortuis etiam filiis domo collapsa Jobo nuntium apportabant [67]. Dicitur item Dei Verbum « magni consilii Angelus [68]. » Nuntiavit enim nobis voluntatem Dei et Patris. Ergo ab ἀγγέλλειν ἄγγελος. Et si forte de hominibus dicatur hoc vocabulum, prorsus non dicitur ab ea natura qua nos præditi non sumus.

VERS. 14. *Et suscitavit Dominus spiritum Zorobabel filii Salathiel de tribu Juda, et spiritum Jesu filii Josedec sacerdotis magni, et spiritum reliquorum populi, et ingressi sunt, et faciebant opera in domo Domini omnipotentis Dei sui, quarta et vicesima mensis sexti.*

X. Timuerunt Israelitæ a facie Dei. Verumtamen rursum mihi considera non eos prius operi Deo placenti manus admovisse, quam cum ipsis fuisset, eorumque spiritum suscitasset. Cognoscemus ergo etiam hinc, etsi quis bonis actionibus studium dare decreverit, etsi impetum hujusmodi senserit fortasse, nihil tamen plane ad finem perducturum, si Deus cum ipso non fuerit, et ad audendum non excitarit, et ad laborum tolerantiam non acuerit, torporemque ad operas dandas non præciderit. Proinde et Paulus de iis quibus prædicatio verbi Dei

A τὸν Κύριον ὑγιαίνει. » Καὶ πάλιν· « Φόβος Κυρίου εἰς ζωὴν ἀνδρί. » Καὶ ὁμοίως ἡ Σοφία, « Φόβος Κυρίου δόξα καὶ καύχημα. » Καί, « Φόβος Κυρίου τέρψει καρδίαν, καὶ δώσει πρὸς τούτοις εὐφροσύνην καὶ χαράν. » Θέα δὲ ὅπως ἡμέρως τε ἡμᾶς καὶ ὡς ἂν αὐτῷ πρέποι πλήττει Θεός. Οὐ γὰρ εὐθὺς τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασιν ἐπάγει τὰ ἐξ ὀργῆς, καταπτοεῖ δὲ μᾶλλον τοῖς ἔξωθεν καὶ ὀλίγοις δείμασι, καὶ ταῖς τῶν ἐδωδίμων ζημίαις μεταποιεῖ πρὸς τὸ ἄμεινον καὶ πρὸς τὸ ἐλέσθαι λοιπὸν ἐργάζεσθαι τὰ αὐτοῦ.

Καὶ εἶπεν Ἀγγαῖος ὁ ἄγγελος Κυρίου ἐν ἀγγέλοις τοῦ Κυρίου τῷ λαῷ· Ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν, λέγει Κύριος.

Θ'. Ὅρα ταῖς εἰς τὰ ἀμείνω μεταστάσεσι παρομαρτοῦσαν εὐθὺς τὴν φιλανθρωπίαν. Συμμεθίσταται γὰρ B οἱονεί πως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοῖς μετανοεῖν ἠρημένοις, συνεῖναί τέ σφισι κατεπαγγέλλεται· οὗ τί ἂν γένοιτο τὸ ἰσοστατοῦν; Θεοῦ γὰρ ἡμῖν συνόντος, ἅπαν ἡμῖν ἐκποδὼν οἰχήσεται βλάβος, εἰσβαλεῖ δὲ πάντως τὰ ἀγαθά, καὶ βεβηκότες εὐθὺς οἱ τῆς εὐημερίας ἀναφανοῦνται τρόποι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἡδίστων συμβήσεται. Εἰ δὲ δή φάσκοι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν ἄγγελον Κυρίου τὸν Ἀγγαῖον, οἰέσθω μηδεὶς ἄγγελον εἶναι κατὰ φύσιν αὐτὸν, γεννηθῆναι δὲ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἀπόπληκτον γὰρ κομιδῇ τὸ ὦδε νοεῖν. Οἰησόμεθα δὲ μᾶλλον, εἴπερ ἐσμὲν ἐν καλῷ φρενὸς, καὶ νοῦ βλέποντος εἰς τὸ ἀτρεκὲς, ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλειν ἄγγελον εἰρῆσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι. Ἐπεὶ τὸ λυποῦν οὐδὲν καὶ εἰς ἑτέραν ἡμᾶς ἀτοπίαν ἐκβαίνοντας, ἀγγέλους ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τῇ φύσει C καὶ τοὺς ἀπαγγέλλοντας τῷ Ἰὼβ τά τε ἐν ἀγροῖς παρὰ τῶν ἱππέων συμβεβηκότα, καὶ μὴν καὶ ὅτι τεθνᾶσιν οἱ παῖδες αὐτῷ κατασεσεισμένης τῆς οἰκίας. Εἴρηται δὲ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος « μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. » Ἀπήγγειλε γὰρ ἡμῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Οὐκοῦν ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλειν ἄγγελος. Καὶ οὐχὶ δὴ πάντως, εἰ ἐπ' ἀνθρώπων λέγοιτο τυχὸν ἡ κλῆσις, ἀπό γε τοῦ εἶναι κατὰ φύσιν ὅπερ οὐχ ἡμεῖς.

Καὶ ἐξήγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, καὶ τὸ πνεῦμα τῶν καταλοίπων παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ εἰσῆλθον, καὶ ἐποίουν ἔργα ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου παντοκράτορος Θεοῦ αὐτῶν, τῇ τετράδι καὶ D *εἰκάδι τοῦ μηνὸς τοῦ ἕκτου.*

Ι'. Πεφόβηνται μὲν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἀπὸ προσώπου Κυρίου. Πλὴν ἄθρει μοι πάλιν, ὡς οὐ πρότερον κεχωρήκασιν εἴς γε τὸ ἑλέσθαι δρᾷν τὰ ἀνδάνοντα τῷ Θεῷ, εἰ μὴ καὶ γέγονε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐξήγειρε τὸ πνεῦμα αὐτῶν. Εἰσόμεθα δὴ οὖν κἀντεῦθεν, ὅτι κἂν εἴ ἑλοιτό τις τὸ ἐθελουργεῖν εἰς τὸ ἀγαθὸν, κἂν εἰ ἐν προθυμίαις γένοιτο ταῖς τοιαῖσδε τυχὸν, ἀλλ' οὐδὲν ὅλως ἀποπεράνεῖ, μὴ οὐχὶ συνόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ διανιστάντος εἰς εὐτολμίαν, καὶ καταθήγοντος εἰς τὸ τληπαθὲς, καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς φιλεργίαις ἀποκείροντος ὄκνον. Τοιγάρτοι καὶ Παῦλος περὶ τῶν τὸ θεῖον

[66] Eccli. I, 11. [66'] Ibid. 12. [67] Job I, 14, 15. [68] Isa. IX, 6. sec. LXX

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πεπιστευμένων κήρυγμά φησιν, ὅτι « Περισσότερον πάντων αὐτῶν ἐκοπίασα. » Προσεπήγαγε δὲ πανσόφως· « Οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, « Χωρὶς ἐμοῦ, φησὶν, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. » Αὐτὸς γὰρ ἡμῶν ἡ ἔφεσις, ἡ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν προθυμία, αὐτὸς ἡ ἰσχὺς, καὶ συνόντος μὲν ἡμῖν εὐδοκιμήσομεν, ἑαυτοὺς οἰκοδομοῦντες εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι. Ἀποφοιτῶντος δὲ καὶ νοσφιζομένου, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ὅτι καὶ ἀπρακτήσομεν ὄκνῳ τε καὶ ἀνανδρίᾳ νικώμενοι, καὶ ὡς ἀκερδῆ τὸν πόνον ἀποσειόμενοι; Πλὴν ὅρα τοὺς πάλαι διὰ πολλὴν ἀπείθειαν ὑποπεσόντας ὀργῇ, λοιπὸν εἰσθέοντας ἐν οἴκῳ Κυρίου, καὶ ἐργαζομένους, συνόντων αὐτοῖς Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου.

Τύπος δ' ἂν εἴη τὸ χρῆμα πάλιν τῆς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐσομένης κλήσεως τοῦ Ἰσραήλ. Οἳ καὶ ἠπείθησαν μὲν ἐν ἀρχῇ, ταύτητοι καὶ ἄκαρποι μεμενήκασι, δίχα δρόσου, καὶ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ μὴν καὶ ἐλαίου. Πεπτώκασι δὲ καὶ ὑπὸ ῥομφαίαν. Ἐπειδὴ δὲ πεφόβηνται λοιπὸν ἀπὸ προσώπου [Θεοῦ], καὶ τοὺς τῶν ἁγίων προφητῶν δεδυσώπηνται λόγους, συνόντα τέ σφισι τὸν τῶν ὅλων ἔξουσι Θεὸν, καὶ ἐξεγερθήσεται τὸ πνεῦμα αὐτῶν, ἐργάσονται δὲ καὶ αὐτοὶ τὰ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν. Ἐν Χριστῷ δὲ καὶ ταῦτα διαμορφοῦται, ὥσπερ ἔν γε τῷ Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦ. Ὁ μὲν γάρ ἐστι βασιλεὺς μὲν ὡς Θεὸς, ἀρχιερεὺς δὲ πάλιν ὡς ἄνθρωπος, καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Μεσιτεύει γὰρ ὁ ἱερεύς. Προσεπενήνεκται δὲ ἀναγκαίως καὶ τὸ, « τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς τοῦ ἕκτου, » τὸ ἀγχίστροφον τῆς γνώμης τῶν ἐξ Ἰσραὴλ εὖ μάλα καταδηλοῦν. Γέγονε μὲν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ λόγος ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ μιᾷ τοῦ μηνὸς, εἰσέδραμον δὲ τοὺς ἐπί γε τῷ ναῷ πόνους τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς τοῦ ἕκτου, ὡς εἶναι τὰς μεταξὺ τῆς ἀναβολῆς, ἤγουν διασκέψεως, ἡμέρας τρεῖς τε καὶ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν.

A credita est, inquit: « Plus omnibus illis laboravi [69]. » Persapienter autem apponit: « Non ego solus, sed gratia Dei quæ mecum est [70]. » Et ipsemet Salvator sanctis apostolis: « Sine me nihil potestis facere [71]. » Ipse enim est desiderium, ipse ad quodvis bonum alacer animus, ipse robur, et eo nobis præsente clarescemus, ædificantes nosmetipsos in templum sanctum, in habitaculum Dei in spiritu [72]. Absente autem illo et nos destituente, **638** qui tandem dubitaverit quispiam quin otium simus acturi, pigritia et ignavia corrupti, et laborem velut infructuosum repellentes? Verumtamen perpende quomodo qui olim propter multam incredulitatem in iram divinam inciderant, jam ad domum Dei [concurrant, et collaborent, Zorobabele et Jesu sacerdote magno ipsis præsentibus.

B Potest hic esse typus extremis sæculi temporibus futuræ vocationis Israelitarum. Qui quidem principio increduli, ideo etiam steriles manserunt, sine rore, frumento, et vino et oleo. Quin etiam gladio ceciderunt. Ast ubi de cætero timuerint a facie Dei, et sanctorum prophetarum verba reverebuntur, universorum Deum secum habebunt, et suscitabitur spiritus eorum, et ipsi quoque ad opus templi Domini, hoc est Ecclesiam, laborem et industriam conferent. In Christo porro ista, ut in Zorobabel et Jesu, exprimuntur. Nam is est rex, ut Deus, præterea summus sacerdos, ut homo, et mediator Dei atque hominum [73]. Sacerdos enim medius intercedit. Adjunctum est autem necessario, « quarta et C vicesima mensis sexti, » ut Israelitarum inconstantia approbe significaretur. Nam cum ad eos factum esset verbum mense sexto, una seu prima die mensis, illi in labores pro templo ædificando quarta et vicesima mensis sexti ingressi sunt, ut dilatio, quæ intercessit, sive deliberatio trium et viginti dierum fuerit.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Τῷ δευτέρῳ ἔτει, ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως, τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ, μιᾷ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, ἐλάλησε Κύριος ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου, λέγων· Εἶπον δὴ πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ πρὸς Ἰησοῦν τοῦ Ἰωσεδὲκ, τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, καὶ πρὸς πάντας τοὺς καταλοίπους τοῦ λαοῦ, λέγων· Τίς ἐξ ὑμῶν, ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν; Καὶ πῶς ὑμεῖς βλέπετε αὐτὸν νῦν καθὼς οὐχ ὑπάρχοντα ἐνώπιον ὑμῶν;

CAP. II.

D VERS. 1-4. *Secundo anno sub Dario rege, mense septimo, una et vicesima mensis locutus est Dominus in manu Aggæi prophetæ, dicens: Dic ad Zorobabel filium Salathiel de tribu Juda, et ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnum, et ad omnes reliquos populi, dicens: Quis ex vobis vidit domum istam in gloria sua priore? Et quomodo vos videtis ipsam nunc sicut non existentem coram vobis?*

ΙΑ'. Εἰσῴχοντο μὲν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ μετεποιοῦντο τῶν ἔργων τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ ἕκτου μηνὸς, εἶτ' εὐθὺς εἰκάδι καὶ μιᾷ τοῦ ἑξῆς ἑβδόμου γέγονεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος πρὸς Ἀγγαῖον. Τί οὖν ἄρα κἀπὶ τούτῳ λογιούμεθα, καὶ τίς ἡ πρόφασις

XI. Abibant quidem ad domum Dei, et capessebant laborem quarta et vicesima mensis sexti; deinde statim una et vicesima mensis septimi consequentis factum est verbum Domini ad Aggæum. Quid igitur hic etiam cogitandum sit, et quæ occasio fuerit,

[69] I Cor. xv, 10. [70] Ibid. [71] Joan. xv, 5. [72] Ephes. II, 22. [73] I Timoth. II, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

639 operæ pretium est exponere. Cum labori insudare cœpissent, et curas divini templi restituendi susceppissent, et vicesimam septimam diem ad hoc constituissent, reperiebantur pusillanimes, illud forsitan aut apud se, aut inter se mussitantes, se frustra laborare ; et si forte de integro templum excitassent, tamen priori nullo modo responsurum. Illud enim fuisse splendidissimum, et studio ingenti conditum, aureisque et argenteis anathematis exornatum : hoc inelegans, et ab omni ornatu inops, et divitiarum gloria carens futurum. Illud enim prius ædificarant, et abunde illustrarant, cum opibus adhuc circumfluerent qui quondam regnaverunt Hierosolymis, et ante alios Salomon : hoc vix annuentes et sudore captivitatis etiamnum manantes, et cum domi nihil prorsus haberent, ædificare jubebantur. Hujuscemodi cogitationibus jactati et mœsti oberrantes, laborabant illi quidem, verumtamen interim abjecto animo et cunctabundi deprehendebantur. Quocirca infirmos Deus corroborat, et utiliter eos interrogat num quis inter eos sit qui templum istud in priore gloria sua conspexerit. Erant autem perpauci, et ætate fessi. Eversum enim a Nabuchodonosore templum, fuitque captivus Israel, et vix tandem elapsis annis septuaginta, libertate redituque potitus est. Difficilis itaque inventu, et senex admodum fuerit oportet, qui et ante vastitatem, et in captivitate vixerit, et Hierosolymam redierit. Idcirco quærens inquit : « Quis est ex vobis homo qui noverit domum istam cum priore ipsius gloria, » et hinc futuram et novam ut omnino non existentem existimat? Inest in percunctatione castigatio, quasi qui non putarent, quamvis ipsis curta res esset, et inopia pecuniæ valde premerentur, tamen Deum non fore imbecillum, sed rursum posse omnium linguis celebrandam et inclytam ædem suam reddere.

εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Πληπαθεῖν ἀρξάμενοι, καὶ τῶν εἰς τὸν θεῖον ναὸν ἀψάμενοι φροντισμάτων, ἑβδόμην τε καὶ εἰκοστὴν εἰς τοῦτο λοιπὸν διατεταχότες ἡμέραν, ὀλιγοψυχοῦντες ἠλίσκοντο, κἀκεῖνό που τάχα διαψιθυρίζοντες ἢ ἔν γέ σφισιν αὐτοῖς, ἢ πρὸς ἀλλήλους, ὅτι πονοῦσιν εἰκῆ· κἂν εἰ γένοιτο τυχὸν ἀναδείμασθαι τὸν νεών, ἀλλ' οὖν ἔσται κατ' οὐδένα τρόπον τῷ πρώτῳ προσεοικός. Ὁ μὲν γὰρ ἦν λαμπρὸς ἄγαν, καὶ φιλοτίμῳ χειρὶ κατεσκευασμένος, χρυσοῖς τε καὶ ἀργυροῖς ἀναθήμασιν εὐπρεπής· ὁ δὲ ἀκαλλής, καὶ παντὸς κόσμου δεδεημένος, καὶ τῆς ἐκ πλούτου φιλοτιμίας τητώμενος. Ἐκεῖνον μὲν γὰρ τὸν πρῶτον πλούτῳ κομῶντες ἔτι κατηγλάϊζον ἀμφιλαφῶς οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις βεβασιλευκότες κατὰ καιρούς, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ὁ Σολομών· τὸν δὲ μόλις ἀνανευευκότες, καὶ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἱδρῶτα στάζοντες ἔτι, ἔχοντές τε κατ' οἶκους παντελῶς οὐδέν, οἰκοδομεῖν προσετάττοντο. Τοιούτοις τισὶ διαλογισμοῖς νηχόμενοι, καὶ ἀλύοντες ἐργάζοντο μὲν, πλὴν ἀπρόθυμοί τε καὶ ὀκνηροὶ γεγονότες κατεφορῶντο πάλιν. Ταύτητοι Θεὸς ἀσθενοῦντας ἐπιρώννυσι, καὶ χρησίμως αὐτοῖς προσάγει τὴν πεῦσιν, εἰ δή τις ἄρα ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ὃς ἐν δόξῃ τῇ πρώτῃ τὸν νῦν τεθέαται ναόν. Ὀλίγοι δὲ ἦσαν κομιδῇ, καὶ γεγηρακότες. Πεπόρθηται μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ὁ ναὸς, καὶ ἦν αἰχμάλωτος ὁ Ἰσραὴλ, ἀνείθη δὲ μόλις πεπερατμένων ἐτῶν ἑβδομήκοντα. Δυσεύρετος οὖν, καὶ σφόδρα πρεσβύτης ὁ καὶ πρὸ τῆς πορθήσεως ὤν, καὶ ζήσας ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, καὶ ὑπονοστήσας αὖθις εἰς Ἱεροσόλυμα. Διὰ τοῦτό φησι· « Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν, » εἶτα οἴεται τὸν ἐσόμενόν τε καὶ νέον ὡς μηδόλως ὑπάρχοντα ; Ἔνεστι δὲ τῇ πεύσει μομφὴ, ὡς οἰηθέντων, ὅτι κἂν εἶεν αὐτοὶ στενοί τε καὶ λίαν ἐν ἐνδείᾳ χρημάτων, ἀλλ' οὖν οὐκ ἂν ἠτόνησε Θεὸς, ἀρκέσει δὲ πάλιν αὐτὸς εἰς γε τὸ χρῆναι, φημὶ, πανεύφημόν τε καὶ εὐκλεᾶ τὸν ἴδιον ἀποδεῖξαι ναόν.

Vers. 5, 6. *Et nunc confortare, Zorobabel, dicit Dominus, et confortare, Jesu fili Josedec, sacerdos magne, et confortetur omnis populus terræ, dicit Dominus, et facite, quia ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens, verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra Ægypti, et spiritus meus astitit in medio vestrum. Confidite.*

Καὶ νῦν κατίσχυε, Ζοροβάβελ, λέγει Κύριος, κατίσχυε, Ἰησοῦ ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ὁ ἱερεὺς μέγας, καὶ κατισχυέτω πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς, λέγει Κύριος, καὶ ποιεῖτε, διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, τὸν λόγον, ὃν διεθέμην ἐν τῷ ἐξελθεῖν ὑμᾶς ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. Θαρσεῖτε.

640 XII. Non sinit eos mœrore dejici, neque terroribus ad inertiam expugnari; quin potius ad laborandi fervorem incitat, et vigorem alacritatemque illis injicit. Exercet etiam illos ad fidem, et animos eorum confirmat, dicens eos oportere confidere, quodque his amplius atque optatissimum est revera, se cum ipsis fore pollicetur ; et quonam illud modo, adjungit, inquiens : « Spiritus meus astitit in medio vestrum. Confidite. »

ΙΒ'. Οὐκ ἐᾷ κατασείεσθαι πρὸς ἀκηδίαν, οὔτε μὴν τοῖς εἰς ὄκνον ἠττᾶσθαι δείμασιν· ἀνοτρύνει δὲ μᾶλλον εἰς φιλεργίαν, καὶ σφριγῶσαν αὐτοῖς τὴν προθυμίαν ἐργάζεται. Διαγυμνάζει δὲ ἅμα πρὸς πίστιν αὐτοὺς, καὶ ἐρηρεισμένους ἀποφαίνει, χρῆναι θαρρεῖν εἰπὼν, καὶ τὸ ἔτι τούτων ἐπέκεινα καὶ πολυευκτότατον ἀληθῶς, συνεῖναί σφισι κατεπαγγέλλεται· καὶ τίνα δὴ τρόπον, προσετίθει λέγων· « Τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. Θαρσεῖτε. »

Nemo autem, cui bona mens et firma intelligentia, dubitaverit quin generose ad ædificationem divini templi, hoc est Ecclesiæ, collaborantibus vires largiatur et fiduciam impertiat, quoniam et per Spiritum sanctum aderit, et omnia ad finem illis

Ἐνδοιάσειε δὲ οὐδεὶς τῶν εἴσω φρενὸς ἀγαθῆς καὶ νοῦ βεβηκότος, ὅτι τοῖς πονοῦσι γενικῶς εἰς οἰκοδομὴν τοῦ θείου ναοῦ, τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας, ἰσχύν τε ἅμα χαρίζεται, καὶ δίδωσι τὸ θαρρεῖν, ὅτι καὶ συνέσται διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ πάντα

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτοῖς ἀποπερανεῖται, δι' ὧν ἂν δύναιντο λαμπρὸν καὶ εὐδόκιμον τὸν οἰκεῖον ἀποφῆναι βίον. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος οἰκοδομεῖν μέλλουσι τὴν Ἐκκλησίαν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ εἰς ναὸν ἅγιον συναγείρειν τοὺς πεπιστευκότας ἔφασκεν ἀναγκαίως, ὅτι « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι. » Ὅτι δὲ ἐμελλε πάλιν συνεῖναι αὐτοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος, σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς, ποτὲ μέν· « Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανοὺς, ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς; » ποτὲ δὲ τὸν τῆς ἀφίξεως τρόπον ἐναργῆ καθιστὰς, διὰ τοῦ φάναι πάλιν· « Συμφέρει ὑμῖν ἐὰν ἐγὼ ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. » Οὐκοῦν σύνεστι μὲν τοῖς οἰκοδομοῦσιν αὐτῷ, ἀποφοιτᾷ δὲ, καὶ ὁλοτρόπως ἀπανίσταται τῶν κατασειόντων αὐτόν· εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν, οἱ ἐν Βελζεβοὺλ λέγοντες « ἀνάθεμα Ἰησοῦν, » καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, καὶ ταῖς τῶν ἀπλουστέρων ψυχαῖς τὸν τῆς ἀπωλείας ἰὸν ἐγχέοντες.

A et exitum perducentur, per quæ vitam suam illustrem et laudabilem efficere queant. Ita et Dominus sanctis apostolis Ecclesiam ædificaturis, et in templum sanctum credentes congregaturis dicere debuit : « Ecce ego vobiscum sum [75]. » Futurum se autem cum ils rursum per Spiritum declarat, cum nunc dicit : « Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos [76] ; » nunc adventus modum aperiens : « Expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos ; si autem abiero, mittam illum ad vos [77]. » Itaque adest domum ipsi ædificantibus, abit autem, et penitus deserit qui repellunt eum, quales rursum sunt qui in Beelzebub dicunt « anathoma Jesum [77], » et omnia recta pervertunt, et in animos simplicium perditionis B venenum infundunt.

Διότι τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ξηράν, καὶ συσσείσω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ πλήσω τὸν οἶκον τοῦτον δόξης, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

Vers. 7-9. *Quia hæc dicit Dominus omnipotens : Adhuc semel ego movebo cœlum, et terram, et mare, et aridam, et commovebo omnes gentes, et venient electa omnium gentium, et implebo domum istam gloria, dicit Dominus omnipotens. Meum est argentum, et meum est aurum, dicit Dominus omnipotens.*

ΙΓ'. Ἀνακομίζει τὸν λόγον ἐπὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, καὶ εἰς χρόνους τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας. Τότε δὴ κατεπαγγέλλεται καταδονήσειν αὐτὸν τόν τε οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ μέντοι τὴν θάλασσαν, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι πάντα τὰ ἔθνη. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω. » Τοιοῦτόν τινα νοῦν ὑπεμφαίνειν ἔοικε, κατά γε τό μοι καλῶς ἔχειν δοκοῦν. Ὅτε τοῖς εἰδώλοις λελατρευκότα τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων ἔθεσί τε καὶ νόμοις ἐντεθραμμένον ἐλευθεροῦν ἐσκέπτετο, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν μετακομίζειν ἤθελε, μονονουχὶ καὶ καταδονήσας ὁρᾶται τὰ πάντα, τῶν μὲν ὑδάτων εἰς αἷμα μετεσκευασμένων, οὐρανοῦ δὲ χάλαζαν καθιέντος, τεμνομένης θαλάσσης, καὶ πηγνυμένων τῶν ἐν αὐτῇ κυμάτων ἐν εἴδει τειχῶν, οὐρανοῦ τὸ μάννα καταστάζοντος. Καίτοι τοιοῦτόν ὁ Ψαλμῳδὸς ὑποφαίνει λέγων· « Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ προπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, γῆ ἐσείσθη· καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν. » Σεσεῖσθαι δέ φαμεν τὸ τηνικάδε τὴν γῆν, οὐχ ὑπομείνασαν τὸν συνήθη κλόνον, ἀλλ' ὡς ἐπισήμου γενομένης τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ λαθούσης οὐδένα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τοιοῦτόν τινα σεισμὸν πάλιν ἔσεσθαί φησιν τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας καιρὸν, ὡς οὐδενὸς ἀγνοῆσαι μέλλοντος τὰ δι' αὐτῆς κατορθώματα. Ἔγνω μὲν γὰρ ὁ οὐρανὸς τὸ μυστήριον, καὶ τούτου μάρτυς ὁ Παῦλος λέγων· « Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔγνω δὲ ὁμοίως καὶ ἡ σύμπασα γῆ, καὶ ἡ θάλασσα, τουτέστιν αἱ νῆσοι. Τίς γὰρ ὅλως τῆς εἰς τοῦτο γνώσεως

XIII. Redit ad Ecclesiam ex gentibus, et ad tempora adventus Salvatoris nostri. Tunc nimirum promittit ipsum agitaturum cœlum et terram, mare quoque, et insuper omnes gentes Ait namque : « Adhuc semel ego movebo. » Quod, meo quidem Judicio, hunc sensum continet. Quando Israelem qui idolis **641** servierat, Ægyptiorumque moribus C et legibus innutritus erat, vindicare in libertatem cogitabat, et ad veritatis agnitionem transferre volebat, visus est tantum non omnia concutere, aquis quidem in sanguinem versis, cœlo grandine demissa, mari diviso, et instar murorum aquis defixis, et cœlo manna suppeditante [78]. Tale quiddam Psalmicen : « Deus, cum egredereris coram populo tuo, cum pertransires in deserto, terra mota est ; etenim cœli distillaverunt [79]. » Commotam vero tunc terram dicimus, utpote agitationem inconsuetam sustinentem in tam nobili excessu filiorum Israel, et latente mortalium neminem. Istiusmodi motum rursus futurum dicit tempore adventus Salvatoris nostri, quippe nemine ignoraturo, quæ per illum evenient bona. Cognovit enim cœlum hoc D mysterium, cujus testis est Paulus : « Ut innotescat nunc, inquit, principatibus et potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei [80]. » et quæ sequuntur. Cognovit similiter omnis terra et mare, hoc est, insulæ. Quis enim tandem hujus cognitionis expers cernitur? Quod mare, quæ gens, quæ pars orbis sub sole? Prædicatum est enim Evangelium per omnes gentes [81], juxta vocem Salvatoris. Et nunc, « Adhuc,

[75] Matth. xxviii, 20. [76] Joan. xiv, 18. [77] Joan. xvi, 7. [77] I Cor. xii, 3. [78] Exod. vi, vii, xiv, xvi. [79] Psal. lxvii, 8, 9. [80] Ephes. iii, 10. [81] Matth. xxiv, 14.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

inquit, semel, et movebo cœlum et terram, et tunc venient electa omnium gentium, et implebo domum istam gloria. » Fuerunt enim innumeri ex omni gente, insignes et electi qui crediderunt, et quasi splendida quædam anathemata, seu donaria in domum Dei congregati, et illi ita decus conciliantes, eamque gloriosam et celebrem reddentes, a Christo vicissim glorificati sunt. Didicerunt enim orare et dicere : « Et sit splendor Domini Dei nostri super nos [82]; » et iterum : « Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum et terram [83]. » Deum porro non egere materia inanima, sed decentia et ornatu quem intelligentia sola capit, sic ostendit : « Meum est argentum, et meum est aurum. » Perinde ac si dicat : Ne inglorium fore existimetis templum, quoniam auro, et argento, splendidisque divitiis fortasse carebit. Non indigeo his. Meum est enim argentum et aurum omne. Potius germanos ac sinceros adoratores requiro. Horum fulgore templum meum inaurabo. Quemadmodum enim quando sacrificiis secundum legem Israelem **642** absolvit, dixit, ut debebat : « Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos : meæ sunt enim omnes bestiæ agri, jumenta in montibus et boves [84]; » ita etiam hic ornatum ex materia repudians, et quem mens aspicit, potius desiderans, « Meum est, inquit, argentum et aurum, » hoc est, sufficit, et plenus sum, et nullo horum opus habeo. Sit autem potius ornatus meus qui est fide recta præditus, virtutis ornamentis eximius, charitate in me splendidus, mundus corde, pauper spiritu, misericors et bonus. Sic enim ad templum, hoc est, ad Ecclesiam congregati et collecti, eam præclaram et conspicuam efficient.

ἀμοιρήσας ὁρᾶται; Ποία θάλασσα, ποῖον ἔθνος, ποία μοῖρα τῆς ὑπ' οὐρανόν; Κεκήρυκται τὸ Εὐαγγέλιον εἰς πάντα τὰ ἔθνη, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. « Ἔτι τοίνυν, φησὶν, ἅπαξ ἐγὼ σείσω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τότε ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ πλήσω τὸν οἶκον τοῦτον δόξης. » Πλεῖστοι γὰρ ἅσοι, καὶ ἐκ παντὸς ἔθνους, καὶ λαμπροὶ, καὶ ἀπόλεκτοι γεγόνασιν οἱ πεπιστευκότες, καὶ ἐν τάξει λαμπρῶν ἀναθημάτων εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ συναγηγερμένοι, καὶ δόξαν αὐτῷ διὰ τοῦτο προσάπτοντες, εὐκλεᾶ τε καὶ ἀοίδιμον ἀποφαίνοντες, καὶ δεδοξασμένοι παρὰ Χριστοῦ. Μεμαθήκασι γὰρ προσεύχεσθαί τε καὶ λέγειν· « Καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς· » καὶ πάλιν, « Εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ Κυρίῳ, τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ὅτι δὲ οὐχ ὕλης ἀψύχου δεῖται Θεὸς, ἀλλὰ νοητῆς εὐκοσμίας, ὑποφαίνει λέγων· « Ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον. » Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι· Μὴ ἀκλεᾶ νομίσητε τὸν ναὸν, ὅτι χρυσίου, καὶ ἀργυρίου, καὶ τῆς ἐκ πλούτου λαμπρότητος ἀμοιρήσει τυχόν. Οὐ δεδέημαι τῶν τοιούτων. Ἐμὸν γὰρ τὸ πᾶν ἀργύριον, καὶ τὸ πᾶν χρυσίον. Ζητῶ δὲ μᾶλλον γνησίους προσκυνητάς. Τῇ τοιούτων λαμπρότητι τὸν ἐμαυτοῦ καταχρυσώσω ναόν. Ὥσπερ γὰρ, ὅταν τῶν κατὰ νόμον θυσιῶν ἐξέστη τὸν Ἰσραὴλ, ἔφασκεν ἀναγκαίως· « Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους· ἐμὰ γάρ ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ βόες· » οὕτω κἀνθάδε τὸν ἐξ ὕλης κόσμον παραιτούμενος, ζητῶν δὲ μᾶλλον τὸν νοητὸν, « Ἐμὸν, φησὶ, τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον, » τουτέστιν ἀπέχει, καὶ πεπλήρωμαι, καὶ δεδέημαι τῶν τοιούτων οὐδενός. Ἔστω δὲ μᾶλλον ὁ πίστιν ἔχων ὀρθὴν, ὁ τῆς ἀρετῆς αὐχήμασι διαπρέπων, ὁ ἀγάπῃ τῇ εἰς ἐμὲ κατηγλαϊσμένος, ὁ καθαρὸς τὴν καρδίαν, ὁ πτωχὸς τῷ πνεύματι, ὁ φιλοικτίρμων καὶ ἀγαθός. Συναγηγερμένοι γὰρ οὕτως εἰς τὸν ναὸν, τουτέστιν τὴν Ἐκκλησίαν, εὐκλεᾶ καὶ περίοπτον ἀποφανοῦσιν αὐτήν.

VERS. 10. *Quare magna erit gloria domus istius, novissima super primam, dicit Dominus omnipotens : et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus omnipotens, pacem animæ ad acquisitionem omni construenti ad excitandum templum hoc.*

Διότι μεγάλη ἔσται ἡ δόξα οἴκου τούτου, ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ ἐν τόπῳ τούτῳ δώσω εἰρήνην, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, εἰρήνην ψυχῆς εἰς περιποίησιν παντὶ τῷ κτίζοντι τοῦ ἀναστῆσαι τὸν ναὸν τοῦτον.

XIV. Tempore enim adventus Salvatoris nostri gloriosius absque ulla comparatione divinum templum apparuit, tantoque illo veteri præclarius et excellentius, quanto quis cultum religionis legalem a cultu in Christo et evangelico, et veritatem ab umbris differre judicaverit. Ad hæc illud quoque dici posse arbitror. Unum erat templum, et Hierosolymis tantum, et una gens Israelitica in eodem sacrificiis fungebatur. Postquam vero nostrum simile factus est Unigenitus, cum esset « Deus et Dominus, et illuxit nobis [85], » ut ait Scriptura, de cætero orbis terrarum domibus sanctis et adoratoribus innumerabilibus, qui spiritualibus sacrificiis et odoribus universorum Deum venerantur, impletus est. Et hoc, opinor, est quod Malachias, tanquam

ΙΔ'. Κατὰ γάρ τοι τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας εὐκλεέστερος μὲν ἀσυγκρίτως ὁ θεῖος ἐδείχθη ναὸς, ἀμείνων δὲ οὕτω τοῦ πάλαι καὶ ὑπερκείμενος, ὅσῳπερ ἂν οἰοιτό τις διενεγκεῖν καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας τὴν ἐν Χριστῷ τε καὶ εὐαγγελικὴν, καὶ τῶν ἐν σκιαῖς τὴν ἀλήθειαν. Ἄλλως τε φάναι κἀκεῖνο οἰήσομαι δεῖν. Εἷς ἦν, καὶ ἐν μόνοις τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁ πάλαι ναὸς, καὶ ἦν ἔθνος ἓν τὸ ἐξ Ἰσραὴλ τὰς ἐν αὐτῷ θυσίας ἐπιτελοῦν. Ἐπειδὴ δὲ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενὴς, « Θεὸς ὢν Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, » κατὰ τὰς Γραφὰς, μεμέστωται λοιπὸν ἡ ὑπ' οὐρανὸν οἴκων τε ἁγίων καὶ ἀναριθμήτων προσκυνητῶν, οἳ πνευματικαῖς θυσίαις καὶ νοηταῖς εὐωδίαις τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καταγεραίρουσι. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστι τὸ διὰ φωνῆς Μαλαχίου προανα-

[82] Psal. LXXXIX, 17. [83] Psal. CXIII, 15. [84] Psal. XLIX, 9, 10. [85] Psal. CXVII, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φωνούμενον, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Διότι βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος, καὶ τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά. » Οὐκοῦν ἀτρεκὴς ὁ λόγος, ὡς ἔσται μείζων ἡ δόξα τοῦ τελευταίου ναοῦ, τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας. Ὅτι δὲ τοῖς περὶ τὸν οἰκοδομεῖν αὐτὴν ξένιον ὥσπερ τι παρὰ τοῦ Σωτῆρος, καὶ δῶρον ἐξ οὐρανοῦ δοθήσεται Χριστὸς, ἡ πάντων εἰρήνη, « δι' οὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν ἐν ἑνὶ Πνεύματι πρὸς τὸν Πατέρα, » σαφηνιεῖ λέγων, ὅτι « Δώσω εἰρήνην ἐν τόπῳ τούτῳ, καὶ εἰρήνην ψυχῆς εἰς περιποίησιν παντὶ τῷ κτίζοντι, τοῦ ἀναστῆσαι τὸν ναὸν τοῦτον. » Ἔφη γάρ που καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. » Καὶ ὅπως ὀνίνησι τὸ χρῆμα τοὺς ἠγαπηκότας, διδάξει γράφων ὁ Παῦλος· « Ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν. » Ἐλιπάρει δὲ καὶ ὁ σοφὸς Ἡσαΐας λέγων· « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν· » ὡς τοῖς γε ἅπαξ ἠξιωμένοις τοῦ Χριστοῦ λαβεῖν εἰρήνην, μετὸν εὐκόλως τὴν ἰδίαν ἀνασῶσαι ψυχὴν καὶ πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς ἀπευθύναι τὸν νοῦν. Οὐκοῦν παντὶ τῷ κτίζοντι δοθήσεσθαί φησιν τὴν εἰρήνην. Εἴτε γὰρ Ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ τις, καὶ τέτακται μυσταγωγὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ· εἴτ' οὖν τὴν ἰδίαν αὐτὸς ὀνίνησιν ψυχὴν, ὡς λίθον ζῶντα καὶ πνευματικὸν ἑαυτὸν παριστὰς « εἰς ναὸν ἅγιον καὶ κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι, » ὁ τοιοῦτος πάντως ἀποκερδανεῖ τὸ δύνασθαι τὴν ἰδίαν εὐκόλως ἀνασῶσαι ψυχήν.

ex persona Dei præcinuit : « Quia magnus rex ego, dicit Dominus, et nomen meum glorificatum est in gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium mundum [86]. » Verum est igitur, gloriam novissimi templi, Ecclesiæ puta, majorem fore. Sollicitis autem et de ejus ædificatione laborantibus velut xenium a Salvatore, et donum de cœlo datum iri Christum, omnium pacem, « per quem accessum habemus in uno Spiritu ad Patrem [87], » declarat, cum ait : « Dabo pacem in loco isto, et pacem animæ 843 in acquisitionem omni construenti ad excitandum templum hoc. » Ait enim alicubi Christus quoque : « Pacem meam do vobis [88]. » Quæ res quomodo conducat diligentibus, docebit Paulus : « Pax Christi, inquit, quæ exsuperat omnem sensum, custodiet corda vestra, et intelligentias vestras [88*]. » Orabat item sapiens Isaias, dicens : « Domine Deus noster, pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis [89] ; » quia semel Christi pace dignitatis facile animam suam servare, et ad virtutis munus probe explendum animum dirigere licet. Itaque omni construenti pacem datum iri profitetur. Sive enim Ecclesiam quispiam ædificat, et mystagogus, sive sacrorum mysteriorum interpres, super domum Dei constitutus est : sive suæ animæ prodest, ut lapidem vivum et spiritualem se exhibens « in templum sanctum, et habitaculum Dei in spiritu [90], » talis hoc emolumenti omnino reportabit, ut animæ suæ salutem adipisci non difficulter possit.

Τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ ἐννάτου μηνὸς, ἔτους δευτέρου, ἐπὶ Δαρείου, ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ἀγγαῖον τὸν προφήτην, λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐπερώτησον δὴ τοὺς ἱερεῖς νόμον, λέγων· Ἐὰν λάβῃ ἄνθρωπος κρέας ἅγιον ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, καὶ ἅψηται τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἄρτου, ἢ ἐψήματος, ἢ οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ παντὸς βρώματος, εἰ ἁγιασθήσεται; Καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ ἱερεῖς, καὶ εἶπαν· Οὔ. Καὶ εἶπεν Ἀγγαῖος· Ἐὰν ἅψηται μεμιασμένος ἀκάθαρτος ἐπὶ ψυχῇ ἀπὸ παντὸς τούτων, εἰ μιανθήσεται; Καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ ἱερεῖς, καὶ εἶπον, Μιανθήσεται. Καὶ ἀπεκρίθη Ἀγγαῖος, καὶ εἶπεν· Οὕτως ὁ λαὸς οὗτος, καὶ οὕτως τὸ ἔθνος τοῦτο ἐνώπιον ἐμοῦ, λέγει Κύριος, καὶ οὕτως πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ὃς ἐὰν ἐγγίσῃ ἐκεῖ, μιανθήσεται.

Vers. 11-15. *Quarta et vicesima mensis noni, anno secundo sub Dario, factus est sermo Domini ad Aggæum prophetam dicens : Hæc dicit Dominus omnipotens : Interroga sacerdotes legem, dicens : Si sumpserit homo carnem sanctam in summitate vestimenti sui, et tetigerit summitas vestimenti ejus panem, aut coctionem, aut vinum, aut oleum, aut omnem escam, si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, et dixerunt : Non. Et dixit Aggæus : Si tetigerit pollutus, immundus in anima ab omni horum, si polluetur? Et responderunt sacerdotes, et dixerunt : Polluetur. Et respondit Aggæus, et dixit : Sic populus iste, et sic gens hæc coram me, dicit Dominus, et sic omnia opera manuum eorum, et quicunque appropinquaverit ibi, contaminabitur.*

ΙΕ'. Ἕτερος οὗτος χρηματισμὸς διὰ τοῦ προφήτου πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, ἐπ' αἰτίᾳ δέ φαμεν γεγενῆσθαι τοιαύτῃ. Ἔτους μὲν ἐνεστηκότος δευτέρου τοῦ Δαρείου βασιλέως, ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ, κατονειδίζοντος τοῦ Θεοῦ τοὺς τῆς αἰχμαλωσίας λελυτρωμένους, καὶ ὄκνον αὐτοῖς ἐγκαλοῦντος, τὸν ἐπί γε, φημὶ, τὸ δεῖν ἐργάζεσθαι τὸν νεὼν, εἰσδεδραμήκασι μόλις, καὶ τῶν εἰς φιλεργίαν ἰδρώτων μετεποιοῦντο λοιπόν. Εἶτα τοῦτο δεδρακότας ἐπαινεῖ Θεὸς, συνεῖναί τέ

XV. Aliud hoc oraculum per prophetam ad Israelem ex hac causa. Cum annus Darii regis alter ageretur, in mense septimo, exprobrante Deo e captivitate liberatis, eorumque ad templum ædificandum segnitiem castigante, vix coiverunt, et de cætero labori ac sudori institerunt. Cœpta Deus commendavit, et se cum 844 ipsis futurum et benedicturum promisit, ac de se bene sperare jussit, utpote spiritu suo in medio eorum versante.

[86] Malach. I, 11. [87] Ephes. II, 18. [88] Joan. XIV, 27. [88*] Philipp. IV, 7. [89] Isa. XXVI, 12. [90] I Petr. II, 4, 5

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Illi nihilominus inertes, et ad laborem difficiles, vix fortasse duobus mensibus transactis, in socordiam relabebantur, iterumque graviter mœrentes oberrare cernebantur. Nam cum ad exercendam mercaturam summopere et sine consilio ferrentur, et nimium avide lucra captarent, tristitiæ se dabant, quod non liceret ipsis, ut in otii scilicet copia, negotiationes tractare. Deinde hostias offerentes, id sibi ad sanctificationem satis fore credebant, quamquam divinum templum nunquam forte conderetur. Jubetur itaque propheta dextra quadam reprehensione eos pungere, et docere, tametsi precibus et sacrificiis intenti sint, si tamen in perficiendo Dei templo ignavi exstiterint, non id illis utilitatem, sed divinam potius iram et judicium pariturum, qui noluerint suis temporibus victimas cædere, et ad divinum altare accedere. Aperte item ipsis ostendit, propter cupitas negotiationes improbis, et alienigenis, atque adeo idololatris admistos, extreme contaminari. Est autem legi congruentissima interrogatio, et interpretatu difficilis. Verumtamen, quibus verbis potuero, quid sibi velit repræsentabo. Interrogat igitur propheta sacerdotes legem. Scriptum est enim : « Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus [91]. » Quid ergo interrogat? « Si acceperit homo carnem sanctam in summitate vestimenti sui, et tetigerit summitas vestimenti ejus panem, aut tortionem, aut vinum, aut oleum, aut omnem escam, si sanctificabitur? Illi responderunt, Non. » Caro quidem animantis Deo in sacrificio oblati sancta est, inquit : verumtamen illud eos docere conatur. Sacerdotes sacrificiis juxta legis præscriptum operantes, nonnunquam vestimentis arietes incendendos contingebant. Num igitur, inquit, si vestis sacra per carnem sanctam forte sanctificata, aliud quidpiam Deo non oblatum attigerit, illud quoque sanctum erit? Id sacerdotes legi convenire negarunt. Quare ut ex traditione ad veriora procedamus. Si ergo qui sacrificat interim Deum quibusdam modis offendat, numquid per sacrificia sanctificabitur? Neutiquam : quin damnabitur potius, ut qui nondum expiatus sacrificaverit. Vera autem me dicere ut credas, audi quid legislator in Levitico dicat : « Et caro quæ tetigerit omne immundum, **645** non comedetur, in igne comburetur. Omnis mundus comedet carnes : at anima quæ comederit de carnibus sacrificii salutaris, quod est Domino, et immunditia ejus in eo, exterminabitur anima illa de populo suo [92]. » Vides quomodo infrugiferum, imo vero iræ cœlestis et mortis provocatio sit, illotis manibus Deo sacra facere. Quemadmodum igitur sacerdotum vestimenta, quamvis per carnes sacrificii sanctificata, non idcirco sanctificabunt alia, a quibus tanguntur : ita Deo sacrificare, sanctos non efficiet illos qui eum alia via læserint, et in eo quod ipsi complacitum est, ferias otiumque

σφισι κατεπηγγέλλετο, καὶ εὐλογεῖν αὐτοὺς, καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευεν, ὡς ἐφεστηκότος ἐν μέσῳ αὐτῶν τοῦ πνεύματος. Οἱ δὲ οὐδὲν ἧττον ὀκνηροί τε ἦσαν καὶ δυσέργαστοι, καὶ δύο που τάχα μηνῶν διαγεγονότων μόλις, ἀνέπιπτον εἰς ῥᾳθυμίαν, καὶ δεινῶς ἀλύοντες κατεφωρῶντο πάλιν. Πρὸς γάρ τοι τὰ τῆς ἐμπορίας ἔργα δεινῶς καὶ ἐκτόπως ἀπονενευκότες, καὶ ἀκρατῶς ἔχοντες εἰς φιλοκερδίαν, εἰσεδέχοντο τὴν ἀκηδίαν, ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτοῖς ὡς ἐν εὐρείᾳ σχολῇ τῶν εἰς ἐμπορίαν ἔχεσθαι φροντισμάτων. Εἶτα θυσίας προσάγοντες, ἀρκέσειν ἔφασκον τὸ χρῆμα αὐτοῖς εἰς τὸ ἁγιάζεσθαι δεῖν, κἂν εἰ μήπω γένοιτο τυχὸν ὁ θεῖος νεώς. Προστάττεται τοίνυν ὁ προφήτης εὐφυέσιν ἐλέγχοις κατατιτρώσκειν αὐτοὺς, καὶ διδάσκειν, ὅτι κἂν εἰ ἕλοιντο πληροῦν εὐχὰς καὶ θυσίας, ῥᾴθυμοι δὲ ὄντες ἀλίσκοιντο περὶ τὸ χρῆναι πληροῦν τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, οὐκ εἰς ὄνησιν ἔσται μᾶλλον αὐτοῖς, ἀλλ' εἰς ὀργὴν καὶ κρῖμα, τὸ μὴ ἐν καιροῖς βούλεσθαι βουθυτεῖν, καὶ τῷ θείῳ προσιέναι θυσιαστηρίῳ. Διατρανοῖ δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι τῶν προκειμένων αὐτοῖς ἐμπορικῶν ἕνεκα πονηροῖς καὶ ἀλλογενέσιν ἀνδράσιν ἀναμιγνύμενοι, πάντως δέ που καὶ εἰδωλολάτραις, ἰσχάτως καταμιαίνονται. Νομικωτάτη δὲ λίαν ἡ ἐρώτησις, καὶ δυσερμήνευτος μὲν, πλὴν σαφηνιῶ, δι' ὧν ἂν δύνωμαι λόγων παριστὰς τὸ δηλούμενον. Ἐρωτᾷ τοίνυν ὁ προφήτης τοὺς ἱερέας νόμον. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Χείλη ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Καὶ τί; ἐρώτησις; « Ἐὰν λάβῃ ἄνθρωπος κρέας ἅγιον ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, καὶ ἅψηται τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἄρτου, ἢ ἐψήματος, ἢ οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ τινος βρώματος, εἰ ἁγιασθήσεται; Οἱ δὲ εἶπον, Οὔ. » Καὶ κρέας μὲν ἅγιόν φησι, τὸ ἀπὸ ζώου ληφθὲν προσενηνεγμένου πρὸς ἱερουργίαν τῷ Θεῷ· πλὴν ἐκεῖνο βούλεται διδάσκειν αὐτούς. Οἱ ἱερεῖς ἐσθ' ὅτε τὰς μετὰ νόμου τελοῦντες θυσίας, ἥπτοντο καὶ διὰ τῶν ἐσθημάτων τῶν μελλόντων καπνίζεσθαι κριῶν. Ἆρ' οὖν, φησὶν, ἐὰν ἐσθὴς ἱερὰ ἡγιασμένη τυχὸν διὰ κρέως ἁγίου ἅψηταί τινος ἑτέρου, τοῦ μὴ προσενηνεγμένου τῷ Θεῷ, ἆρ' ἔσται κἀκεῖνο ἅγιον; Ἀπέφησαν τοῦτο κατὰ νόμον οἱ ἱερεῖς. Οὐκοῦν ὡς ἐκ παραδόσεως ἴωμεν ἐπὶ τὸ ἀληθέστερον. Ἆρ' ὁ προσάγων θυσίας, εἰ παροτρύνῃ Θεὸν καθ' ἑτέρους τρόπους, ἁγιασθήσεται παρ' αὐτῆς; Οὐδαμῶς, καταικριθήσεται δὲ μᾶλλον, ὡς οὕπω μὲν ἀποκαθηράμενος, προσαγαγὼν δὲ θυσίαν. Ὅτι δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος, ἄκουε τί φησιν ὁ νομοθέτης ἐν τῷ Λευϊτικῷ· « Καὶ κρέας ὃ ἂν ἅψηται παντὸς ἀκαθάρτου, οὐ βρωθήσεται, ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται. Πᾶς καθαρὸς φάγεται κρέας, ἡ δὲ ψυχὴ, ἥτις ἐὰν φάγῃ ἀπὸ τῶν κρεῶν τῆς θυσίας τοῦ σωτηρίου, ὅ ἐστι Κυρίῳ, καὶ ἡ ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ, ἀπολεῖται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. » Ὁρᾷς ὅπως ἀνόνητον, μᾶλλον δὲ ὀργῆς καὶ θανάτου πρόξενον, τὸ ἀναπονίπτοις χερσὶ προσάγειν θυσίας. Ὥσπερ οὖν τὰ τῶν ἱερέων ἐσθήματα, καίτοι καθηγιασμένα διὰ τῶν κρεῶν τῆς θυσίας, οὐκ ἂν ἁγιάσῃ ἕτι τῶν προσψαυόντων αὐτοῖς· οὕτω, φη-

[91] Malach. II, 7. [92] Levit. VII, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σιν, οὐκ ἂν ἁγίους ἀποτελέσῃ τὸ καταθύειν Θεῷ τοὺς καθ' ἕτερον τρόπον λυπεῖν ἠρημένους, καὶ ἀπρακτεῖν ἐθέλοντας περὶ τὸ ἀνδάνον Θεῷ. Ὅτι δὲ, ὡς ἔφην, τῶν ἐμποριῶν ἕνεκα, καὶ τῶν ἐκ ταύτης λημμάτων βεβήλοις ἀνδράσιν ἀναμιγνύμενοι, ἐν μεθέξει πάντως καὶ αὐτοὶ τῆς ἐκείνων ἔσονται βδελυρίας, διὰ τῆς ἑτέρας ἐπερωτήσεως καθίστησιν ἐναργές. Ἔφη γὰρ πάλιν· « Ἐὰν ἅψηται μεμιασμένος ἐπὶ ψυχῇ ἀπὸ παντὸς τούτων, εἰ μιανθήσεται; Οἱ δὲ εἶπον, Μιανθήσεται. » Προστέταχε μὲν γὰρ ὁ διὰ Μωσέως νόμος τοῖς ἡγιασμένοις, νεκροῦ σώματος μὴ ἀποθίγειν, μήτε μὴν ἀνθρώποις τεθνεῶσιν ἐπιφοιτᾷν. Καὶ γοῦν ἔφη, δεῖν καταμιαίνεσθαι τοὺς ἱερουργοὺς, εἰ μὴ ἐπὶ μόνοις μητρὶ, καὶ πατρὶ, καὶ ἀδελφῷ, καὶ ἀδελφῇ, τὸν δέ γε τῶν ἱερῶν ταγμάτων προεστηκότα καὶ προὔχοντα μηδὲ ἐπὶ τούτοις ὅλως.

A agitare voluerint. Mercaturæ autem gratia, ut dixi, et quæstuum inde parandorum impuris hominibus admistos, eorum impuritatis fore omnino consortes, per aliam quæstionem manifestum reddit. Rursus enim ait : « Si tetigerit pollutus in anima de quolibet horum, si polluetur? Illi responderunt, Polluetur. » Mandavit enim lex per Mosen lata sanctificatis, ne morticinum, seu corpus mortuum tangerent, neque super mortuo ingrederentur [93]. Proinde ait, non debere pollui sacerdotes, nisi tantum super matre et patre, et super fratre et sorore, principem autem ac præpositum sacrorum ordinum ne super istis quidem ullo modo.

Αἴνιγμα δὲ τὸ κεκελευσμένον ἦν. Σκιὰ γὰρ ὁ νόμος. Ὁ γάρ τοι νεκρὸς νεκρῶν ἔργων καὶ ἀκαθαρσίας κοσμικῆς τύπος ἂν εἴη. Δεῖ δὲ, οἶμαι, τοὺς ἱεράν τε καὶ πάναγνον ἐπῃσκηκότας ζωὴν νεκρῶν ἔργων ἀπονοσφίζεσθαι, καὶ σαπρίας κοσμικῆς ἀπανίστασθαι φιλεῖν. Ἀλλ' εἰ συνέβη τὸ τηνικάδε νεκρῷ τινος τῶν ἄλλων ἀποθίγειν, ἢ ἀνθρώπου τυχὸν, ἤγουν ἐδέσματος, τοῦτο πάντως ἦν κατὰ νόμον ἐν μολυσμῷ. Ἐρωτᾷ δὲ οὖν ὁ προφήτης, εἴ ὅταν τις νεκροῦ σώματος ἁψάμενος, εἶτα μεμενηκὼς ἀναπόνιπτος, ἑτέρου τινὸς ἅψαιτο τυχὸν, εἰ πάντως αὐτὸν καταμιαίνῃ. Τῶν δὲ εἰρηκότων, Μιανεῖ· λοιπὸν ἐπιφέρει Θεός· « Οὕτως ὁ λαὸς οὗτος, καὶ οὕτως τὸ ἔθνος τοῦτο ἐνώπιόν μου, λέγει Κύριος, καὶ οὕτω πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ὃς ἂν ἐγγίσῃ ἐκεῖ, μιανθήσεται. » Ἐπειδὴ γὰρ νεκρῶν ἔργων ἅπτεται, φησὶν, οὐχὶ μεμίανται μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ γὰρ πρὸς τοῦτο ἥκει φαυλότητος, ὡς ἐπιτηδείως ἔχειν εἰς γε τὸ δύνασθαι καὶ μάλα νεανικῶς καταμιαίνειν ἑτέρους. Ἐπιμελητέον δὴ οὖν ἔργων ἀγαθῶν, καὶ πληροῦν σπουδάζωμεν τὸ ὅτι μάλιστα φίλον ἀληθῶς τῷ Θεῷ, θύωμέν τε οὕτω πνευματικῶς. Οὕτω γὰρ προσδέξεται, καὶ οὐκ εἰς κατάκριμα τὴν εὐχὴν, ἕξομεν δὲ μᾶλλον εἰς δνησίν τε καὶ εὐλογίαν. Ἀποσειώμεθα δὲ καὶ νεκρὰς ἐπιθυμίας, καὶ οἷον ἀψύχους ἡδονὰς, καὶ ἀκαθαρσίαν κοσμικήν. Κεκαθαρμένοις γὰρ οὕτω καὶ ἡγιασμένοις συνέσται Θεός.

B Hoc mandatum erat ænigma. Umbra enim lex [94]. Mortuus enim operum mortuorum et mundanæ immunditiæ typus fuit. Oportet autem, opinor, sacram et omnimodis puram vitam ingressos cum operibus mortuis nihil habere commune, et ab amore putredinis mundanæ se removere. Quod si tunc contingebat ut si quid aliud, aut hominem forte, aut escam tangeret, illud secundum legem prorsus contaminatum esset. Percontatur nunc propheta, si quis tacto corpore mortuo deinceps manus non ablueret, et alium quempiam forte tangeret, num omnino illum polluere. Illis respondentibus, polluturum, infert mox Deus : « Sic populus iste, et sic gens ista coram me, dicit Dominus, et sic omnia opera manuum eorum, et quicunque appropinquaverit ibi, contaminabitur [95]. » Quoniam C enim opera mortua tangit, inquit, non solum ipse contaminatus est, sed adeo improbus evasit, ut ad alios etiam strenue contaminandos idoneus sit. Studendum est itaque operibus bonis, et danda opera ut quod vero Deo gratissimum est exsequamur, et ita spiritualiter sacrificemus. Sic enim admittet, **646** et preces ac vota nostra non in judicium, sed ad utilitatem et benedictionem nobis evenient. Repellamus etiam desideria mortua, et voluptates quasi inanimas, et mundanam immunditiam. Sic enim purgatis et sanctificatis aderit Deus.

Ἕνεκεν τῶν λημμάτων αὐτῶν τῶν ὀρθρινῶν ὀδυνηθήσονται ἀπὸ προσώπου πόνων αὐτῶν, καὶ ἐμισεῖτε ἐν πύλαις ἐλέγχοντα.

Propter quæstus eorum matutinos dolebunt a facie laborum suorum, et odio habebatis qui in portis arguebat.

ΙϚ'. Ταῦτά φησι μήτε τὴν Ἑβραίων ἔκδοσιν, μήτε μὴν τοὺς ἑτέρους ἑρμηνευτὰς ἢ εἰπεῖν ἢ εἰδέναι. Πλὴν συμβαίνουσαν ἔχοντα διαφαίνεται τοῖς προλαβοῦσι τὴν ἔννοιαν. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ἔφην, ἀνεπτόηντο λίαν εἰς φιλοκερδίαν καὶ πλεονασμοὺς, πρόφασις δὲ αὕτη τῆς ῥαθυμίας αὐτῶν ἀνεδείκνυτο, καίτοι τὸν θεῖον ἀναδείμασθαι ναὸν ἐπιτεταγμένοις, αἰτιᾶται λοιπὸν ἀναγκαίως ἐπὶ τούτοις αὐτούς. Ὀρθρινὰ δὲ λήμματά φησι ἐπί τοι τὸ ἐφ' ἑτέρῳ μηδενὶ τὰς ἐν ὄρθρῳ ποιεῖσθαι προόδους καὶ σπουδὰς, πλὴν ὅτι γε τούτου ἕνεκα καὶ μόνου, τοῦ λημμάτων ἐφίεσθαι λέγω. Καὶ ὑπέρ γε τούτων ὀδυνηθήσεσθαί φησιν αὐ-

D XVI. Ista aiunt nec in Hebræorum editione exstare, nec ab aliis interpretibus posui, aut agnosci. Verumtamen cum præcedentibus conspirantem habere sententiam apparet. Postquam enim, ut dixi, propter cupiditatem lucri et rem exaggerandam perterriti sunt, et hoc socordiæ ipsorum mantellum esse demonstratum est, cum tamen divinum templum instaurare jussi essent, de cætero eos super hoc merito accusat. Matutinos autem quæstus appellat, quod non alia de causa mane in publicum prodirent, nec prius quidquam curarent. Ac super lucris quidem dolituros ait, cum consilium eventus

[93] Levit. xi, xii. [94] Hebr. x, 1. [95] Num. vi, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non consequetur. Deo enim non dirigente, et actionum nostrarum viam non complanante, inanis est prorsus et infructuosus hominis in quacunque re susceptus labor. Scriptum est enim : « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam [96]. » Cum igitur mane et sub auroram quæstum facere illis majori curæ esset, quam Dei templum ædificare, et melioribus indigniora anteferrent, adhuc alio morbo laborare deprehensi sunt. « Oderant enim arguentes in portis. » In portis intellige manifeste, palam. Quare autem oderant? Quibus enim semel a pravis voluptatibus jugum est impositum, et effrenati ad nefaria perpetranda proruerunt, iis non solent esse jucundi correctores, sed molesti et odiosi potius. Quid vero illis molestum atque odiosum non est? Perniciosissimus itaque morbus animi, improbis adhærescere, et scientes prodesse abominari, et ægrotare jucundissime si ita evenerit, in re licet infami admodum. Melius autem et cum sapientia conjunctum, fortiter repellere infusa in animum et mentem detrimenta, atque si quid invaletudinis acciderit, quærere quam primum medicos, et diligere arguentes, et tanquam Deo ad pedes eorum provolvi, ac dicere : « Sana me, Domine, et sanabor, et salva me, et salvus ero; quoniam gloriatio mea tu es [97]. »

647 VERS. 16-18. *Et nunc ponite in corda vestra a die hac et supra, antequam poneretur lapis supra lapidem in templo Domini, qui eratis, quando immittebatis in modium hordei viginti sata, et facta sunt hordei decem sata : et ingrediebamini in torcular, ut quinquaginta amphoras haurirelis, et factæ sunt viginti. Percussi vos in sterilitate, et in corruptione aeris, et in grandine omnia opera manuum vestrarum, et non estis reversi ad me, dicit Dominus.*

XVII. Evidentibus argumentis persuadet ipsis felicius eos ævum agitare, ex quo instituerunt ædificare templum Domini, et hoc labore suscepto meliores esse quam antea. Considerate enim, inquit, et reminiscimini quales eratis priusquam poneretur lapis supra lapidem in templo Domini. Tunc enim, inquit, vix longis sudoribus ex agris et area congregata hordei viginti sata (nomen mensuræ satum arbitror) reponebatis in cypselam (species intelligenda est apothecæ, seu horrei condendis fructibus), et fiebant hordei sata decem, curculione nempe fortassis absumente, et propter iram divinam fruges in pulverem redigente. Quod si quis ad torcular veniebat, quinquaginta metretas hausturus, cum vasis, inopinato mensuram imminutam inveniens, obstupescebat. Percussi etiam aliis plagis, inquit, sterilitate, corruptione aeris, grandinibus, et adhuc præfracti manebatis : « Neque enim conversi estis ad me, dicit Dominus. »

[96] Psal. CXXVI. 1. [97] Jerem. XVII, 14.

A τοὺς, μηδὲ εἰς πέρας αὐτοῖς τὸ ποθούμενον ἐξιόντος τοῦ σκοποῦ. Θεοῦ γὰρ οὐ κατευθύνοντος, καὶ τὴν τῶν πρακτέων ἡμῖν οὐ καταλιαίνοντος ὁδὸν, εἰκαία που πάντως καὶ ἀνόνητος ἡ ἐφ' ὑτῳοῦν ἀνθρώπου σπουδή. Γέγραπται γάρ· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. » Προτετιμηκότες δὴ οὖν τοῦ τὸν θεῖον ἐγείρειν ναὸν τὰ ὡς ἐν ὄρθρῳ τε καὶ ὑπὸ τὴν ἕω λήμματα, καὶ τῶν ἀμεινόνων τὰ αἰσχίω προτάττοντες, ἕτερόν τι πρὸς τούτῳ δεινὸν προσαῤῥωστοῦντες ἠλίσκοντο. « Μεμισήκασι γὰρ τοὺς ἐλέγχοντας ἐν πύλαις. » Τὸ δὲ ἐν πύλαις νοήσεις, ἀντὶ τοῦ, ἐναργῶς. Ἀνθ' ὅτου δὲ μεμισήκασι; Τοῖς γὰρ ἅπαξ κεκρατημένοις ἐξ ἡδονῶν πονηρῶν, καὶ ἀχαλίνως ὠλισθηκόσιν ἐπὶ τὸ ἐλέσθαι δρᾷν ἃ μὴ θέμις, οὐδ' ἂν εἶεν ἡδεῖς οἱ ἐπανορθοῦν ἰσχύοντες, φορτικοὶ δὲ μᾶλλον καὶ κατεστυγημένοι. Καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων καταλογισθεῖεν ἄν; Πάνδεινον τοίνυν ἀῤῥώστημα νοῦ, τὸ καὶ προσκεκλίσθαι τοῖς φαύλοις, καὶ τοὺς ὠφελεῖν εἰδότας καταμυσάττεσθαι, καὶ νοσεῖν ὡς ἥδιστα τὸ συμβὰν, κἂν εἴ τι τῶν ἄγαν ἐκτόπων ὑπάρχον ὁρῷτο. Ἀμεινον δὲ καὶ σοφὸν, ἀποκρούεσθαι μὲν γενικῶς τὰ εἰς ψυχὴν ἔσω καὶ νοῦν εἰσχεόμενα βλάβη, εἰ δὲ δή πού τι συμβαίνει παθεῖν, ζητεῖν μὲν κατὰ τάχος τοὺς ἰατροὺς, καὶ τοὺς ἐλέγχοντας ἀγαπᾷν, προκυλινδεῖσθαι δὲ ὥσπερ Θεοῦ, λέγοντας· « Ἴασαί με, Κύριε, καὶ ἰαθήσομαι· σῶσόν με, καὶ σωθήσομαι· ὅτι τὸ καύχημά μου σὺ εἶ. »

B

Καὶ νῦν θέσθε δὴ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν ἀπὸ C *τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ ὑπεράνω, πρὸ τοῦ θεῖναι λίθον ἐπὶ τῷ ναῷ Κυρίου, τίνες ἦτε, ὅτε ἐνεβάλλετε εἰς κυψέλην κριθῆς εἴκοσι σάτα, καὶ ἐγένετο δέκα σάτα κριθῆς· καὶ εἰσεπορεύεσθε εἰς τὸ ὑπολήνιον ἐξαντλῆσαι πεντήκοντα μετρητὰς, καὶ ἐγένοντο εἴκοσι. Ἔπάτυξα ὑμᾶς ἐν ἀχορίᾳ, καὶ ἐν ἀνεμοφθορίᾳ, καὶ ἐν χαλάζῃ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν, καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρὸς με, λέγει Κύριος.*

ΙΖ'. Ἐξ ἀναγκαίων αὐτοὺς ἀναπείθει λογισμῶν, ὅτι πεπράχασι δεξιῶς, οἰκοδομεῖν ἠρημένοι τὸν θεῖον ναὸν, καὶ εἰσὶν ἀμείνους, ἢ πάλαι, τῆς εἰς τοῦτο σπουδῆς ἀψάμενοι. Κατανοήσατε γὰρ, φησὶ, καὶ ἀναμνήσθητε, τίνες ἦτε, τουτέστιν ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον διέκεισθε, πρὶν ἐπιθεῖναι λίθον ἐπὶ λίθῳ ἐν D τῷ ναῷ Κυρίου. Τότε μὲν γὰρ, φησὶ, συναγηγερμένα μόλις ἱδρῶσι μακροῖς τὰ ἐξ ἀγρῶν τε καὶ ἅλω, κριθῆς εἴκοσι σάτα (μέτρον δὲ οἶμαι τὸ σάτον) ἐναπετίθεσθε κυψέλῃ (εἶδος δ' ἂν νοοῖτο καὶ τοῦτο καρπῶν ἀποθήκης), καὶ ἐγίνετο κριθῆς δέκα σάτα, σητὸς δηλονότι δαπανῶντός που τάχα, καὶ εἰς χοῦν ἀπολεπτύνοντος τοὺς καρποὺς ἐκ θείας ὀργῆς. Εἰ δὲ δή καὶ εἰς ληνὸν ἀφίκετό τις, πεντήκοντα μετρητὰς ἀρυσόμενός τε καὶ μετ' ἀγγείων, ἐν ἀδοκήτῳ μειώσει τὸ μέτρον εὑρὼν, κατετεθήπει λοιπόν. Ἐπατάχθητε δὲ, φησὶ, καὶ ἑτέραις πληγαῖς, ἀφορίαις, ἀνεμοφθορίαις, χαλάζαις, καὶ πάλιν ἦτε σκληροί· « Οὐ γὰρ ἐπεστρέψατε πρός με, φησὶ Κύριος. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τί οὖν ἐνταῦθα εἰσόμεθα; Πρόδηλον ὅτι τοῖς οὐκ ἐθέλουσιν οἰκοδομεῖν τὸν οἶκον Κυρίου, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, ἤγουν τὰς ἰδίας ψυχὰς εἰς ναὸν ἀποφαίνειν Θεοῦ κατωκνηκόσιν ἐκτόπως, καὶ τὰ ἤδη πορισθέντα τῶν ἀγαθῶν οἰχήσεται πρὸς οὐδέν, προσέσται δὲ πάντως καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων βλάβη, ἀκαρπίαι τε καὶ χάλαζαι, τουτέστιν, ἀφόρητοι πειρασμῶν ἐπιβολαὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν κατασείουσαι τῶν κακῶν, καὶ τὰ ἐκ θείας ὀργῆς συμβήσεται. A

Ὑποτάξατε δὴ τὰς καρδίας ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ ἐπέκεινα ἀπὸ τῆς τετράδος καὶ εἰκάδος τοῦ ἐνάτου μηνός, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς τεθεμελίωται ὁ ναὸς Κυρίου. Θέσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰ ἐπιγνωσθήσεται ἐπὶ τῆς ἄλω, καὶ εἰ ἔτι ἄμπελος, καὶ ἡ συκῆ, καὶ ἡ ῥοὰ, καὶ τὰ ξύλα τῆς ἐλαίας, τὰ οὐ φέροντα καρπὸν, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης εὐλογήσω. B

ΙΗ'. Προαναπείσας εὖ μάλα διὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων, ὡς ἀφιλεργεῖν ἠρημένοις περὶ τὸν θεῖον ναὸν πλεῖστη τις ὅση συμβέβηκε τῶν ἀνιαρῶν ἡ ἔφοδος, ἐκ τοῦ κατευφραίνειν εἰδότος πληροφορηθήσεσθαί φησιν, ὅτι τῆς εἰς τὰ αὐτῷ δοκοῦντα σπουδῆς καρπὸν ἕξουσι τὴν εὐημερίαν, καὶ μισθὸν ἐπιεικείας τῆς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, τὸ ἐν παντὶ δὴ πάντως κατευρύνεσθαι καλῷ. Ὑπισχνεῖται δὲ ὅτι μάλιστα χορηγήσει αὐτοῖς τὴν ἐξ ἀγρῶν εὐκαρπίαν, ὡς ἀπιστίας ἐγγὺς γενέσθαι τὸ χρῆμα, καὶ ὑπὲρ ἐλπίδα πολλὴν τοὺς ἀπὸ τῆς ἄλω διαφαίνεσθαι σωροὺς, καὶ ξύλων δὲ τῶν ἐν κήποις ἀνιεμένων ὡς εὔβοτρυν μὲν ὁρᾶσθαι τὴν ἄμπελον, συκῆν δὲ, καὶ ῥοὰν, καὶ ἁπαξαπλῶς πλουσίως αὐτοῖς ἐκτεθηλέναι τὰ ἐξ ὡρῶν, καὶ μὴν καὶ ἐλαίας ἐν ἀδοκήτῳ πλεονασμῷ τὸν οἰκεῖον αὐτοῖς ἐκδούσης καρπὸν, διά τοι τὸ εὐλογεῖσθαι παρὰ Θεοῦ. C

Ὥσπερ γὰρ τοῖς κατοικεῖν ἠρημένοις Ἐκκλησίας οἰκοδομεῖν, ἤγουν ἑαυτοὺς εἰς ναὸν ἅγιον παραστῆσαι Χριστῷ, πάντα καταῤῥεῖ πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ μὴν καὶ τὸ εἶναι πάντως ἐν πειρασμοῖς, καὶ νοηταῖς ἀκαρπίαις ὁρᾶται συμβαῖνον· οὕτω καὶ τὸ ἔμπαλιν ἀληθὲς, τοῖς οἰκοδομεῖν ἐθέλουσι καὶ τὸν τῆς ἐπιεικείας ἱδρῶτα τετιμηκόσι δοθήσεται παρὰ Θεοῦ τὸ ἐν παντὶ δὴ πάντως ὁρᾶσθαι καλῷ, καὶ ταῖς εἰς νοῦν εὐκαρπίαις καταπιαίνεσθαι, καὶ οἷον ἐκτεθηλότα διαφόροις ἀρετῶν αὐχήμασι κῆπον ἔχειν τὸ ἐσώτατον, μονονουχὶ καὶ τοῖς ὡρίμοις κατάκομον, ὡς καὶ δύνασθαι λοιπὸν μετὰ παῤῥησίας ἀνακραγεῖν τὸ ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ᾀσμάτων· « Καταβήτω ὁ ἀδελφός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ. » Τροφὴ γὰρ ὥσπερ θεῷ ἐξ ἀρετῶν βλαστήματα, καὶ τῆς εἰς νοῦν εὐκαρπίας ἡ χάρις. D

Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου ἐκ δευτέρου πρὸς Ἀγγαῖον τὸν προφήτην, τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, λέγων· Εἰπὸν πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, λέγων· Ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ξηράν. Καὶ καταστρέψω θρόνους βασι-

Quid ergo hinc discemus? Certum est, nolentibus ædificare domum Domini, hoc est, Ecclesiam, sive animas suas templum Dei efficere præter rationem tergiversantibus, etiam acquisita jam bona peritura, et ab immundis spiritibus sensuros utique incommoda, sterilitatemque et grandines, hoc est, intolerabilium tentationum impetus ad omne genus peccatorum Deo succensente impellentes perpessuros.

Vers. 19, 20. *Ponite corda vestra a die hac, et supra, a tertia et vicesima noni mensis, et a die qua fundatum est templum Domini. Ponite in cordibus vestris, si ultra cognoscetur super aream, et si ultra vinea, et ficus, et malus punica, et ligna* **648** *oliva, quæ non ferunt fructum, a die hac benedicam.*

XVIII. Cum jam ante dictis luculenter docuisset, ad ædificationem templi operam commodare subterfugientibus magnam vim rerum incommodarum obvenisse, ex lætis ac natura jucundis certissimo cognituros ait, ipsos ex studio sibi placitorum felicitatis fructum consecuturos, et pietate erga domum ejus omnium bonorum amplitudinem in mercedis loco relaturos. Promittit autem fructuum ubertatem ex agris potissimum illis præbiturum, ita ut res propemodum fidem excedat, et acervi ex area sublati spem longe superare videantur, et ut lignorum in hortis prodeuntium vitis quidem onusta botris cernatur, ficus et malus punica, et universe omnia secundum tempus affatim illis efflorescant; quin et oliva inexspectatam baccarum copiam propter benedictionem Dei ipsis efferat.

Sicut enim pigris ad Ecclesiam ædificandam, sive ad semetipsos in templum sanctum Christo exhibendos omnia in deterius ruunt, quin etiam periculosissimis tentationibus, et sterilitatibus quas mente percipimus subjecti reperiuntur: ita vicissim verum est, ædificare volentibus et sudorem pietatis complectentibus concessum iri a Deo ut omnibus penitus bonis affluere videantur, et animi fertilitate pinguescant, et in intimis hortum velut variis virtutum ornamentis quasi florentem possideant, ut deinceps libere exclamare possint, quod est in Canticis canticorum: « Descendat nepos meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum [98]. » Virtutum quippe germina, et fecunditas animi, Deo quidam cibus sunt.

Vers. 21-23. *Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum prophetam, quarta et vicesima mensis, dicens: Dic ad Zorobabel filium Salathiel, de tribu Juda, dicens: Ego moveo cœlum et terram, et mare, et aridam. Et subvertam thronos regum, et perdam fortitudinem regum gentium, et subvertam*

[98] Cant. VI, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

currus et ascensores, et descendent equi et ascensores eorum, unusquisque in gladio contra fratrem suum

649 XIX. Ex particularibus fere, et ex quotidianis et obviis actionibus ad universa et maxime generalia propheticus sermo excurrit. Nam si alicubi quorumdam liberationis meminit, sæpe ad eam quæ per Christum facta est delabitur. Tale quiddam nunc quoque propheticus sermo insinuat : nam prædictis hæc etiam necessario subjunguntur, quæ mysterium in Christo peractum velut in ænigmatis et umbris adhuc tenuiter proclamant. Mittitur namque propheta ad Zorobabel ex tribu Juda, nuntiaturus, commotum iri cœlum et terram, insuper et mare et aridam; eversum iri præterea regum solia. Et sapientissimus quidem Paulus propositorum verborum sententiæ astipulans illud, *commotum iri*, significare ait futuram mobilium translationem, ut maneant ea quæ sunt immobilia [99]. Facta sunt autem nova [1], quæ per ipsum facta sunt, nempe stabilia, firma, et manentia. Animadverte igitur sermonis œconomiam. Cum enim admirabilem frugum abundantiam ipsis spopondisset, omniaque plena manu præbiturum dixisset, quæ ad animum hilarandum et delicias pertinerent, veritatis tempus fluctuosum, spiritualis nimirum et supernæ benedictionis copiosam largitionem mox subjecit. Commovi enim terram, inquit, quando Israelem eduxi de terra Ægypti : tamen commoveho iterum, hoc est, iterum insignem et celebrem universis mortalibus faciam, tantum non omnia commovens. Et thronos quidem regum subvertam, et omnem eorum potentiam infringam, et quosdam quasi equites totum mundum percursantes de dominatu in omnes deturbabo, excitaboque alios equites sive bellatores, qui gladium contra genus suum et fratres distringant. Quibus verbis subindicare nobis videtur, per virtutem Salvatoris nostri destructas illas malignas et contrarias virtutes, principatus et potestates, quas in cruce sua triumphavit, et illis tyrannide ejectis, nobis indigne vexatis scilicet opem tulit [2]. Proinde sancta et immaculata Virgo, adhuc Christum gestans in utero, utpote Spiritu sancto plena, ante exclamavit his verbis : « Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles [3]. » Depositi sunt igitur potentes, et thronis suis exciderunt. Verum hic adventus Salvatoris nostri beneficia non terminantur. **650** Sed excitavit equitum multitudinem, viros bellatores et bellicæ rei peritos, ductandorumque ordinum scientes, et diaboli perversitatibus generose obsistentes. Sint sane hi rursum divini discipuli, qui gladio spiritus spiritualiter educto, sermone, inquam, mystagogico, vivo illo, et efficaci, et maxime penetrabili, iverunt contra quemvis hominem, et contra genus suum, et contra fratres, non ad mortem ferientes, sed eorum potius imperitiam interficientes, et eos

A *λέων, καὶ ὁλοθρεύσω δύναμιν βασιλέων τῶν ἐθνῶν, καὶ καταστρέψω ἅρματα καὶ ἀναβάτας, καὶ καταβήσονται ἵπποι καὶ ἀναβάται αὐτῶν, ἕκαστος ἐν ῥομφαίᾳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.*

ιθ'. Ἐκ τῶν μερικῶν ἀεί πως ὁ λόγος ἡμῖν ὁ προφητικὸς, καὶ ἐκ τῶν ἐν χερσὶ πράξεων ἐπὶ τὰ καθόλου καὶ γενικώτατα ποιεῖται τὴν ἐκδρομήν. Εἰ γάρ που περὶ λυτρώσεως τῆς τινων ποιοῖτο μνήμην, ἀποφοιτᾷ πολλάκις ἐπὶ τὴν διὰ Χριστοῦ. Τοιοῦτόν τι καὶ νῦν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ὑποφαίνει λόγος· ἐπενήνεκται γὰρ ἀναγκαίως τοῖς ἤδη προειρημένοις καὶ τάδε, μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστὸν ὡς ἐν αἰνίγμασί τε καὶ σκιαῖς ἔτι λεπτῶς εἰσκομίζοντα τὴν ἀνάρρησιν. Ἀποστέλλεται γὰρ ὁ προφήτης πρὸς τὸν ἐκ φυλῆς Ἰούδα Ζοροβάβελ, ἐρῶν ὅτι σεισθήσεται μὲν ὁ B οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, καὶ μὴν καὶ ἡ θάλασσα, καὶ ἡ ξηρὰ, καθαιρεθήσονται δὲ καὶ βασιλέων θρόνοι. Καὶ ὁ μὲν σοφώτατος Παῦλος ταῖς τῶν προκειμένων θεωρίαις προσβαλὼν, τὸ, *σεισθήσεται*, φησὶν ἐκεῖνο δηλοῦν, ὅτι τῶν σαλευομένων ἔσται μετάθεσις, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. Γέγονε δὲ καινὰ τὰ δι' αὐτοῦ, δηλονότι τὰ βεβηκότα τε καὶ ἐρηρεισμένα, καὶ μένοντα. Ὅρα τοίνυν τοῦ λόγου τὴν οἰκονομίαν. Ἀξιάγαστον γὰρ αὐτοῖς εὐκαρπίαν ἐπαγγειλάμενος, καὶ πάντα παρέξειν εἰπὼν πλουσίως τὰ εἰς εὐθυμίαν καὶ τρυφὴν, εἰσκεκόμικεν εὐθὺς τὸν τῆς ἀληθείας εὔκαρπον καιρὸν, δηλονότι τῆς πνευματικῆς ἄνωθεν εὐλογίας τὴν ἀμφιλαφῆ χορηγήν. Ἔσεισα μὲν γὰρ, φησὶ, τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ὅτε τὸν Ἰσραὴλ ἐξήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου· πλὴν σείσω καὶ ἔτι, C τουτέστιν, ἐπίσημόν τε καὶ διαβόητον τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἐργάσομαι πάλιν, μονονουχὶ κατασείων τὰ πάντα. Καὶ θρόνους μὲν βασιλέων καθελὼν, καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀφανιῶ τὴν δύναμιν, καὶ οἷόν τινας ἱππέας ὅλης καταθέοντας τῆς ὑπ' οὐρανὸν τῆς κατὰ πάντων πλεονεξίας ἐκβαλῶ, ἐγερῶ γε μὴν ἑτέρους ἱππέας, ἤτοι πολεμιστὰς, ῥομφαίαν σπωμένους κατὰ γένους καὶ ἀδελφῶν. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων ὑποφαίνειν ἡμῖν τὰς διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύος καθῃρημένας πονηράς τε καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις, ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας ἃς τεθριάμβευκε τῷ ἰδίῳ σταυρῷ, καὶ τῆς κατὰ πάντων πλεονεξίας ἐκβαλὼν ἐπήμυνε τοῖς ἠδικημένοις, ἡμῖν δηλονότι. Καὶ γοῦν ἡ ἁγία καὶ ἄμωμος Παρθένος, ἔτι κυοφοροῦσα D Χριστὸν, ἅτε δὴ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἀνάπλεων φέρουσα τὸν νοῦν, προανακεκράγει, τὰ τοιάδε λέγουσα· « Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. » Οὐκοῦν καθῄρηνται μὲν οἱ δυνάσται, καὶ πεπτώκασιν ἐξ ἰδίων θρόνων. Πλὴν οὐ μέχρι τούτων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας τὰ κατορθώματα. Ἀλλὰ γὰρ ἐγήγερταί τις ἱππέων ἐσμὸς, ἄνδρες μαχηταὶ, καὶ ἐμπειροπόλεμοι, καὶ στρατηγεῖν εἰδότες, καὶ ταῖς τοῦ διαβόλου δυστροπίαις ἀντεξάγοντες γενικῶς. Εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, οἱ τὴν τοῦ πνεύματος μάχαιραν νοητῶς ἐσπασμένοι, τουτέστι, τῆς μυσταγωγίας τὸν λόγον, τὸν ζῶντά τε καὶ ἐνεργῆ, καὶ τομώτατον, ἐχώρουν κατὰ παντὸς

[99] Hebr. xii, 26, 27. [1] II Cor. v, 17. [2] I Cor. xv, 24; Coloss. ii, 15. [3] Luc. i, 52.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀνθρώπου, καὶ κατὰ γένους, καὶ κατὰ ἀδελφῶν, οὐ πλήττοντες τὰ εἰς θάνατον, ἀναιροῦντες δὲ μᾶλλον τὴν ἐν αὐτοῖς ἁμαθίαν, καὶ οἷον νεκροῦντες τῷ κόσμῳ, καὶ ἐκτεθνᾶναι ταῖς ἁμαρτίαις παρασκευάζοντες, ἵνα ζήσειαν τῷ Θεῷ, τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀμώμητον ἠγαπημένης ζωήν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν εὐαγγελικήν. Ὅτι δὲ ἔμελλον τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἕνεκα υἱοὶ πατράσιν ἀντιτάξασθαι, καὶ μητράσι θυγατέρες, καὶ ἀδελφοῖς ἀδελφοί, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν, τοῦ Σωτῆρος λέγοντος ἐναργῶς· « Ἦλθον διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς, καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ; » Ἐχθροὶ μὲν οὖν καθὸ καὶ ἑτερόφρονες· φίλοι δὲ καὶ οὐκ εἰς μακράν, ὡς ἐν ὁμοψυχίᾳ πίστεως, καὶ ὡς ἐν ἑνότητι πνεύματος ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ.

A velut mundo jugulantes, et peccatis mori facientes, ut Deo viverent, gloriosam et inculpatam vitam, evangelicam videlicet, diligentes. Propter charitatem vero erga Christum adversaturos filios patribus, filias matribus, et fratres fratribus quo pacto dubitetur, quando Christus aperte dicit : « Veni separare hominem contra patrem suum, et filiam contra matrem, et nurum adversus socrum suam, et inimici hominis domestici ejus [a]? » Inimici igitur, quatenus aliud sentientes : nec multo post amici, ut in concordia fidei, et in unitate spiritus dilectionis in Christo.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, λήψομαί σε Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ, τὸν δοῦλόν μου, λέγει Κύριος, καὶ θήσομαί σε ὡς σφραγῖδα, διότι σε ᾑρέτισα, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

B Vers. 24. *In die illa, dicit Dominus omnipotens, assumam te, Zorobabel, filium Salathiel, servum meum, dicit Dominus, et ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus omnipotens.*

Κ'. Οὐ πρὸς Ζοροβάβελ ἀληθῶς ὁ τοιόσδε λόγος, γέγονε δὲ μᾶλλον ὡς πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἔν γε τῷ Ζοροβάβελ εὖ μάλα γραφόμενον· ὅτι καὶ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ μέντοι καὶ βασιλεὺς, καὶ τῶν αἰχμαλωσίας λελυτρωμένων ἡγούμενος, καὶ οἷον ἐπιστάτης τῶν οἰκοδομούντων Κυρίου. Σὲ τοίνυν, φησὶ, λαβὼν τὸν δοῦλόν μου, τουτέστι τὸν ἐν δούλου μορφῇ πεφηνότα, πλὴν κατὰ φύσιν ἐλεύθερον, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἂν ἐλοίμην καθελεῖν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ἐκβαλεῖν ἀρχῆς, « ὡς σφραγῖδα θήσομαι. » Σφραγὶς γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὅλην αὐτοῦ καὶ ἀκραιφνῆ τὴν ὁμοίωσιν ἔχων, καὶ ἐν ἰδίῳ κάλλει τὴν τοῦ γεννήσαντος ἀστράπτων φύσιν. Ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἡμᾶς εἰς ὁμοίωσιν ἰδίαν κατασφραγίζει Θεός· εἴπερ εἰς Χριστὸν μορφούμενοι, τὴν ὡς πρὸς Θεὸν εἰκόνα κερδαίνομεν. Σήμαντραν οὖν ἄρα τὸ ἀκριβὲς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ αὐτὸν ᾑρετίσατο, τοῦτ' ἔστιν, αἱρετὸν ἐποιήσατο καὶ ἐξειλεγμένον. Καὶ γοῦν ἐπὶ τοῖς Ἰορδάνου νάμασιν αὐτὸν ὡμολόγει, λέγων· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. » Εὐδόκησε γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀναστοιχειῶσαι τὰ πάντα, καὶ ἀναγαγεῖν εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, « ἀνακεφαλαιώσασθαι τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τῷ Χριστῷ. »

XX. Non ad Zorobabelem revera, sed ad Dominum nostrum Jesum Christum potius, ut in Zorobabele perquam convenienter expressum, hæc verba fiunt : quoniam et ex tribu Juda, et rex, et liberatorum e captivitate princeps, et domum Domini ædificantium tanquam præses erat. Te igitur, inquit, assumptum servum meum, hoc est, qui in forma servi apparuisti, cum natura liber sis, illo tempore quo voluero dynastas, seu potentes, de throno dejicere et a principatibus removere, « ponam C quasi signaculum. » Filius enim Dei et Patris signaculum est, totam ejus et perfectam similitudinem continens, et in proprio decore genitoris natura coruscans. In ipso porro quoque ad similitudinem suam nos signat Deus : siquidem in Christum transformati, velut imaginem Dei acquirimus. Signaculum igitur perfectum Dei et Patris est **651** Filius, et ipsum elegit, hoc est eligibilem reddidit, et electum. Proinde ad fluenta Jordanis eumdem confitebatur in hæc verba : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui [b]. » Complacuit enim Deo et Patri reformare omnia, et ad primum statum reducere, et, ut divinus Paulus scribit, « instaurare in Christo quæ in cœlis, et quæ in terris sunt [c]. »

[a] Matth. x, 35, 36. [b] Matth. xvii, 14. [c] Ephes. i, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

S. CYRILLUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

Commentarius in Oseam prophetam. 9
— in Joelem prophetam. 327
— in Amos prophetam. 407
— in Abdiam prophetam. 582
Commentarius in Jonam prophetam. 598
— in Michæam prophetam. 639
— in Nahum prophetam. 775
— in Habacuc prophetam. 843
— in Sophoniam prophetam. 943
— in Aggæum prophetam. 1022

FINIS TOMI SEPTUAGESIMI PRIMI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

3 2044 073 502 007

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY



Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
ABBYY FR

Это цифровая коиия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных иолках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира достуиными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все иометки, иримечания и другие заииси, существующие в оригинальном издании, как наиоминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использовапия

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодостуиными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, иринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредириняли некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заиросы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.
  Мы разработали ирограмму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.

- Не отиравляйте автоматические заиросы.
  Не отиравляйте в систему Google автоматические заиросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оитического расиознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.

- Не удаляйте атрибуты Google.
  В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доиолнительные материалы ири иомощи ирограммы Поиск книг Google. Не удаляйте его.

- Делайте это законно.
  Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих оиределить, можно ли в оиределенном случае исиользовать оиределенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

О программе Поиск кпиг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне достуиной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск ио этой книге можно выиолнить на странице `http://books.google.com/`

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`